




Johannis Despavterij Niniuitæ Grammaticæ institutionis pars prima.

<https://hdl.handle.net/1874/416844>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

DESCR. UTERQUE
Institutio
Grammatica.
Syntaxis.


Rariora

X. qu.
65











Litterae Latinae


Quarto n^o. 65.


Abrecht



Sicut palaeomomab quinq; fideliter artus
Verbaq; vis verbis interu grammaticis,
Concilium tibi phouibus, doctasq; hylionib;
ad tua vis obis vota mouere doat,
Etrandiq; utiam vis te suadela proutum
affinat, labus proufilitatq; tuit,
huc adob, huc propra, huc volita, sunt her tibi prum
pugustanda, roper her, prouluq; dfer, roli,
prouluq; congrstob (tulit her ninnuita) laborib;
prouluq; doctiloqui prouluq; derta vici,
Eturquid grammaticis reliqui propra colubib;
huc solub proutib contumt esse libit.








N^o 203. f

N 121 &

Plough - 478



IOHAN=

NIS DESPAVTE=

rii Niniuitæ grammati

cæ institutionis

pars prima.

Eucharius Cervicornus excudebat,

Anno M. D. XXIX.



Ex donatione Hub. a
Buisel.



IOHANNIS DE

SPAETERII NINYITAE IN PRIMAM GRAM-
maticæ suæ partem præfatio, ad excellentem pontificij iuris doctorem
M. Balduinum Braets, optimi maximi dei nostri sacerdotem, uitæ probi-
tate insignem.

Post linguæ latinæ à Gothis, reliquisq; barbaris miserabiliter laniatæ ac pro-
pemodum extinctæ, per neotericos instaurationem à diuino lumine præsti-
tam, Alexandri doctrinale doctissimo cuiq; usum est puerorum lectioe indig-
num, utpote nimis tenebrosum, citra utilitatem prælongum, plerunq; etiam
barbarum, insufficiens & falsum. Quocirca ut Alexander undiq; exularet, cœ-
perunt pleriq; grammaticâ latiniorē uerioresq; scribere: In Italia quidem Nicolaus Pe-
rortus, Iohannes Sulpitius, Antonius Mancinellus, Aldus Manutius: In Gallia, Guilielm^o
Tardius, Robertus Ganguinus, Iodocusadius de lingua latina benemeritus: In Hispa-
nia doctissimus Hispanorum Antonius Nebrissenfis: In Germania Henricus Bebelius cū
Iacobo Henrichmanno. Item præceptor meus literatissimus Gerardus Cannifius eloquē-
tissimus, sacrae theologiae baccalaureus, nunc archidiaconus Buscoducensis. Scripserūt
& plures, quos nimis longum foret enumerare. Pleriq; uidentes difficillimum fore Ale-
xandri exilium tot barbaris contra nitentibus, non noua quidem cuderunt, sed Alexan-
drinos uersus si qui falsi occurrerant emendarunt, superfluos rescando. Inter quos prin-
cipatum tenent Hermannus Torrētius Hollandus, & Iohānes Custos Brechtanus olim
præceptor meus, nunc iuuentutis Antuerpienæ moderator prudentissimus. Itaq; tot iſ-
de arte grammatica uolumina in lucem prodire, ut nullis ferme in literarijs ludis idē
autores legantur, non sine maximo adolescentulorū damno: qui ad aliam scholam quo-
ties mittantur, priora frustra didicisse censentur omnia: nec erit rei tam pernicioſa fi-
nis ulla, donec unus reliquis præferatur: hic quis erit, nouit deus. Post tantam igitur scri-
ptorum copiam, operæ pretium factū: me credidi, si & ipse grammaticæ præcepta lite-
ris mandarem. Ergo Syntaxi & Stichologia editis, primam grammaticæ partem publi-
care decreui, rem compositū, ut credunt, facillimam. Quis enim uel grammaticulus uel
magistellus non se optime, si uelit, hanc partem exequi posse arbiteretur? Verum enimue-
ro tale est huius partis elucubramentum, ut sibi quiuis speret idem, sudet multum, fru-
straq; laboret ausus idem. Quantum putas elaborandum fuisse, ut in generibus & decli-
nationibus aliorum labyrinthos euicarem? Nempe ferme omnes pueris ignotissimas pro-
posuerunt ambages, utpote per es breue, es longum &c. Etenim si Alexandrum roges,
trames qui faciat genitiuum casum: Trames, inquit, quia est masculinum in es breue.
Cur masculinum: quia in es breue desinit. Non intelligo mi Alexander quenam nomina
in es breue, quæ in longum desinant. Oro igitur edisserere mihi, cur trames in es breue de-
sinit? Quia nomen in es desinens, cuius genitiuus itis penultima breui efficit, corripit
es. Audisti ne nobilem grammaticam oppido q̄ probe pueros eludētem? Eiusmodi sunt
plurimi cum apud Priscianum tum apud Alexandrum, & reliquos pene omnes, præter
Phocam, & qui illum imitatur Nebrissensem, sed di ignorantia circuli, quos nostris in li-
bellis nullos conspicies. In heteroclitis haud parum laborauimus, non propter Alexan-
dram modo, uerum etiam propter alios quosdam minime proletarios, qui multa nō he-
teroclitica inter heteroclitica reiecerunt. In præteritijs & supinis magnum mihi negotium

secunda coniunctio exhibuit, dum per terminationes deo, geo, queo, & cætera, ac per quantitates pueris ignotas nolui procedere: & dum in omnibus dictionibus studui, ut ea eadem ferme carmina darentur de supinis quæ de præteritis, id totum per dei gratiam fecimus. In reliquis diligentiam nostram lector facile deprehendet. Quare ne uani fuisse ni more, mea plus æquo admirari censeat, sat est pauillula dixisse. Si cui nimis longum hoc opus uideatur, oro ut diligenter consideret seclusis dictionibus declarationibus quæ succincte concluderim omnia, & in neotericis hoc opere breuius nullum inueniet. Est enim carmen nostrum, etiam licet annumeres uersus de quantitate genitui in uersificatoria positos, breuius Alexandrino carmine, quantum ad primam grammaticæ partem attinet, uersibus quadringentis & amplius, citra obscuritatem, nulla regula pueris necessaria omiſſa, ut diligenter omnia perſcrutanti facile liquebit. In glossematis multa posui, non ut omnes omnia ediscant, uerum ut pro suo quisque captu, nostro è fonte hauriat. Ideo huius præceptor animam imitari studebit, quæ alimenta ad quasque corporis partes dirigit, dans cuique quantum necessarium est. Sic & præceptor faciat, quia ut Horatius ait: Omne superuacuum pleno de pectore manat. Quapropter sat erit obtusioribus, literam, uel, ut uulgus dicit, textum cum sententiola & duobus tribus exemplis memoria tenuisse. Cæteri quibus fortunatius ingenium contigit, reliqua ediscant: alij alijs plura pro suo quisque captu, quod totum præceptoris prudentiæ committimus. Hæc non caute satis considerantes plurimi hallucinantur. Nam quidam paucissimis præceptiunculis, neque adeo difficilibus grammaticam abſoluentes, hebetioribus consulunt, ingeniosis minime satisfacientes. Alij ne quid triuialiter effutire dicantur, tantis tenebris literaturam inuoluunt, ut obtusiores aut nihil aut minimum fructus inde consequantur. Ego autem (abſit uerbo inuidia) ita hanc rem temperaui, ut nec obtusus, nec ingeniosus iure possit conqueri. Cæterum utcumque fecerim, scio non defore Aesopicos canes: quibus nec bene agere animus est, nec sinere alios recte facere, stimulante illos inuidia: cuius mores nimirum sunt, teste Martiale: Præferat antiquos semper ut illa nouis. Huic Tacitus concinit in libello de oratore, dicens: Vitio malignitatis humanæ uetera semper in laude, præsentia in fastidio sunt. Id docti omnes queruntur, ut in epistola ad Augustum pulchre docet Horatius: & Hieronymus ille sanctissimus saepe rulit ægerrime, dum in singulis fere libris cogebatur aduersarijs respondere, conquerens & dolens uicem miserandorum hominum, qui è turbulento riuo quæ de purissimo fonte potare malunt. Ita & nunc sunt qui malunt Alexãdri oletam, quæ doctissimorum unguenta odorari. Parui æstimabantur Vergilius cæterisque suo tempore. Vnde Martialis ait: Ennius est lectus saluo tibi Roma Marone. Et sua referunt secula Mæconidem. Ob hæc facile crediderim inuidos superſiſſe Cerere palam semper per glandibus uſtitasse, ne Cereris inuentum laudare uiderentur, eisdem clanculum panem comesse opinor, uti diuus Hieronymus plerisque ait in publico detrahere, & legere in angulis: ut Horatij liuidus ille: Laudat, amatque domi, premit extra limem iniquus. Quocirca inuidiam floccifacio: & cum Martiale: Si post fata uenit gloria non propero: tamen si non tam gloriam uenari quæ posteris prodesse cupio, ut pro me miserimo peccatore roget. Sat itaque habeo si candidis & doctis placeo, tibi que in primis excellentissime doctor, cui hoc opus nuncupo, non ut ad grammaticæ elementa reuocem, sed ut operi meo defensorum & patronum parem, nisi esse recuses. Videbor cuique sorte rem facere indigna, qui opus tam uile, utpote de primis grammaticæ elementis, tanto doctori ausim dedicare, contra quem exemplis me tuebor. Neque enim Agræti opusculum suum Enchiristo episcopo, nec Antonij Nebrissenſis Iſabellæ Hispaniæ reginæ, nec plerique alij suam literaturam summis uiris dedicare ueriti sunt: quandoquidè longe præstantior est grammatica quæ uulgus imperitum credit. Ideo tuam dignitatè obnixè oro, ut hoc opus tuo nuncupatum nomini hilariter excipere digneris. Vale amicissime & peritissime doctor. Bergis apud diuum Guinocum, decimo septimo calendis Septembris, Anno domini sesquimillesimo duodecimo.

GRAMMATICAE

DE SPARTERIANAE LIBER PRIMVS.

De nominum generibus regulæ generales.

Exempla hinc
regulae sunt 3a



primo
683

Mne uiro soli quod conuenit, esto uirile.

Omne uiri specie pictum uir dicitur esse.

Omne nomen soli uiro datum, est masculini generis, ut Iohannes, Gabriel, Iupiter, Papa. Vir hic dicitur esse, quicquid ut uir pingitur: ueluti Adam, deus, angelus. Exempla huius regulæ sunt quintuplicia. Primo, propria nomina uiroꝝ, ut Seneca, Hercules, Catilina, Annibal. Secundo, propria nomina angelos: tam bonorum, ut Gabriel, Uriel, Michael; & malos, ut Lucifer, Beelzebub. At fatanas appellatiuum e, ut Cherub & Seraph masculina: quorum pluralia siue in m siue in n litteram desinant, cherubin & seraphin, dubij generis sunt, quia masculini uel neutri generis, ut beata cherubin & seraphin. De his habete: Masculi aut neutri generis cherubin seraphin sunt. Dominatio, uirtus, potestas, feminini gnis sunt: quia non angelos; uocabula sunt, sed poti⁹ choros uel ordinum. Tertio, propria deorum, quorum imagines idola dicuntur penultima longa: ut Mars deus belli, Cupido deus libidinis, Vulcanus deus ignis: sic Iupiter, Bacchus, Aecolus, Pluto, Neptunus &c. Quarto, propria uentos, quia pinguntur specie uirili, ut borcas uel aquilo, aphricus, notus, eurus, zephyrus, caecias, apeliotes, libs, etefias, iapyx &c. Quinto, appellatiua solis uiris data sub terminatione quam habent, ut Nauta, presbyter, sullo, scriba, scurra &c. Notandum idem nomen quandoq; esse proprium & appellatiuum sub uario plerunq; genere, nam Iuba regis Maurorum propriu, masculinum est, Iuba pro crine in collo equi aut leonis, femininu. Sic uariantur felix, clemens &c. Genera tribus modis noscuntur, significatione, ut Iohannes est masculini generis: quia ma rem significat. Terminatione, ut uulpes est feminini generis, quia terminatur in es. Autoritate, ut Talpa aliqui est masculini generis: quia Vergilius dixit: Talpæ oculis capti.

Puerilis est ratio, Petrus est masculini generis, quia præponitur ei hic. Nam cur ei hic præponitur? Nonne quia est masculinum? Vides ne ignorantia circulum? Sic ergo, Petrus est masculinum, quia est proprium nomen uiri &c. Talpa est dubium, quia in diuerso genere reperitur, non propter sexus discretionem.

Esto foemineum, recipit quod foemina tantum.

Foemina dicatur facie pictum muliebri.

Omne nomen soli foeminae datum, est foemini generis. Termina hic dicitur, quicquid specie muliebri pingitur, ut dea, nympa, furia &c. ueluti uenus, echo, alecto &c. Exempla huius regulæ sunt triplicia. Primo, propria mulieꝝ, ut Paula, Glyceriu, Eutochiu, Mytis, Thais, Dido, Panacuil, &c. Secundo, propria dearum & nympharum atq; furiaru &c. quæ omnes deæ aliquando dicuntur, ut Rhea mater deorum & Iarurni uxor: eadem est ops, cybele & tellus, Venus dea amoris, Proserpina, regina inferni, uxor scilicet Plutonis, Persephone, idem Dianæ uel Phæbe, id est, luna, Alecto, una furiarum, Celeno, una harpyiarum, Ceres, dea fragum, & ipsum frumentum atq; cibus, quia regula est: Nomina deorum & dearum sepe capiuntur pro rebus quibus præesse credebantur, ut Bacchus pro uino, Venus pro amore, Vulcanus pro igne, Mars pro bello, Mineria pro sapientia, Mercurus pro mari, Tellus pro terra, Lar pro domo, Terminus pro limite aut palo: nec ob

Exempla hinc
regulae sunt 3a

primo
580

Rhea. Ops.
Cybele.
Venus.
Proserpina.
Persephone.

hoc variant genus. Terentius: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Pales, est pabuli dea: aliquando deus uocatur ut Venus: testes sunt Macrobius & Seruius. Vergilius de Venere Descendo ac ducent te deo flammam inter & hostes Expedior. Tertio, feminini generis sunt per hanc regulam, appellatiua folis femininis data, ut foror, uxor, Saga, id est, incantatrix. Obfretrix, quæ præest parientibus.

Quicquid utriusque datur commune locatur, ut exul.

Omne nomen sub una terminatione, uiro & femininæ datum, est communis generis: ut Exul, qui uel quæ exulat. Auriga, qui uel quæ currum agit. Idololatra, qui uel quæ falsos deos adorat. Homicida, qui uel quæ hominem occidit. Macedo, qui uel quæ in Macedonia nascitur. Sic saxo, brito, friso, laureus &c. sed melius dicimus, frisius, frisica. Dixi sub una terminatione, quia ubi diuersæ sunt terminationes, diuersa sunt genera, ut hic gallus hæc galla, hic poeta hæc poetis uel poetria: de hoc ponetur una regula. Mancipium & scortum, neutri generis sunt per sequentem regulam. Passer & aquila, & similia communis generis non sunt, sed epicœni: quia sub unico articulo utrunque sexum significant: de hoc etiam ponetur una regula.

Um neutrum pones, hominum si propria tolles.

Omne nomen in um est neutri generis, nisi fuerit uiri aut femininæ proprium, ut Mancipium, id est, seruus uel serua. Scortum, id est, meretrix uel puer meritorius. Mæchaliū id est, meretricula. Plemmyrium & rhenum, fluuioꝝ nomina, dicitur & hic rhenus. Astipulatur mihi in hac regula doctissimus amicus meus Iodocus Badius cum grammatice undecunq; doctissimo Antonio Mancinello. Ponit eandem regulam Calepinus in dictione Abrotionis. Sunt qui reclamant, sed ostendant Plemmyrium aliquando masculinè legi. Nec me latet Plemmyrium undosum posse defendi, quia neutrum flumen uidetur intelligi: mihi tamen placet hæc regula. Candauum, Louanium, Capernaum, & similia oppidorum propria. Hebenum, balsamū, pomum, liburnum, uiburnū, buxum, & quæcunq; siue arborum, siue fruticum nomina in um desinentia. Hostorium, lignum quo modius æquat. Sagum, uillosus pannus, aut uestis militaris. Sagatus, sago indutus. Sagarius, sagoꝝ uenditor. Naulum, nauigandi præmium. Lorum, quiuis funis & habena. Lorare, ligare. Loramentum, ligamen. Lorarius, qui homines ligat. Lurum, id est, cœnum. Luteus, de luto factus. Lutofus, luto plenus. Luthum cum aspiratione pallens rubor. Luthus, id est, croceus. Prostibulum, domus meretricis, & ipsa meretrix. Hieronymus, Prostibula regnum dei non possidebunt. Prostibula, meretrix. Stabulum, ubi pecora stant, aut ubi homines fessi se reficiunt, id est, diuersorium. Vestibulum, locus ante domū, ubi homines expectant donec intromittantur. Dixi nisi fuerit uiri aut femininæ proprium, quia proprium uiri in um est masculini generis, ut Pagnium, Dinacium: Proprium femininæ, est feminini generis, ut Philenium.

Adiectiua trium generum communia sunt.

Omne nomen adiectiuum est omnis generis si unica sit terminatio, ut felix, audax, discors, quatuor, quinque, sex &c. centum, mille. Dicimus enim, centum uiri, centū feminæ, centum poma: sic mille uiri &c. Mille tamen aliquando est substantiuū singularis numeri, cuius plurale est milia, ut mille equitum occisum est, duo milia Turcay interierunt, & ita unico l scribitur, teste Placentino. De hoc dicere plura nolo, quia in Syntaxi plene enucleatur. Dixi si unica sit terminatio, quia alioqui cuius terminationi proprium genus daretur, ut bonus est masculini generis, bona feminini, bonum neutri: sic unus, una, unum. Duo est masculini & neutri generis: duæ feminini. Tres est communis generis, tria neutri. Propter hanc rem datur una regula generalis.

Diana Phoebe
alesto Celeno
Ceres. Bacchus
Minerua.
Nereus, Tellus.
Lar. Terminus
Pales. Saga.
Obfretrix.
Exul Auriga
Idololatra.
Homicida.
Macedo.

Idem minter

Mancipiū.
Scortum.
Mæchaliū.
Plemmyriū.

Capernaum.
Viburnum.
Hostorium.
Sagū Naulū.
Lorū Lutū.
Luthum.
Prostibulū.
Stabulum.
Vestibulum.

nom. ad omnes generes

In bo form p
dilig hinc anto

Esto genus uarium, fuerit nisi terminus idem.

Caupo.
Caupona.

In substantiuis uirum & foeminā significātibvs, & in adiectiuis si terminationes sint diuersae, distincta dantur genera: ut hic caupo, uini & epulae uenditor: haec caupona, quae id facit mulier, & ipsa taberna: hic & haec melior, & hoc melius: hic furdus haec furda hoc furdum. Sed multi detrahunt adiectiuis secundae declinationis articulos. Nunc de claremus omnia latius. In substantiuis sexum denorantibus, ubi duae sunt terminationes, prior est masculini generis, & posterior foeminini, hic Niniuita, Sunamita, Israelita, Leuita, Aaronita, Ebionita, Zodomita, Nicolaita, Scariota, Tesbita, Moabita, Ammonita, Thecuita, Galata, Epirota, Sarmata, Scytha, & alia eiusmodi prope infinita, quae gentem aut populum, aut familiā, aut imitatore[m] significant, & graece pro maribus terminant in es, niniuites, sunamites &c. Haec sub a uel es, solum uel masculini generis, ut contra indoctos probat doctissimus grammaticus Antonius Nebrissensis: ut Iudas Scariotes, quod uicio librariorum Iscarioris scriptum legitur, sic Elias tesbites dicitur, non tesbitis. Horum foeminina in is desinunt & faciunt in genitiuo idis, ut haec niniuitis idis, sunamitis &c. ut lib. iij. regum: Abilait sunamitis ministrabat ei. Leges uicio scriptorū sunamitē pro sunamicidem israelite pro israelitide, thecuites pro thecuitis &c. Aliquando tamen recte ut. iij. regu capite undecimo: Rex Salomon adamauit moabitidas & ammonitidas. Hic propheta uel es, haec prophetis uel prophetissa, ut Delbora prophetis, licet multi libri mendose habeant prophetes, pro eo quod est prophetis idis. Hic poeta uel poetes, haec poe[et]is uel poe[et]ria, ut Sappho poe[et]is: ars non poe[et]ria, sed poe[et]ica dicitur, hic origenista, imitator Origenis: haec origenistis. Ita de omnibus nominibus in a masculini, quae graece in es terminantur, dicendum puto, ut sexus significetur. Sambucista uel es canens sambuca. Psalta uel psaltes, canens aut ludens aliquo instrum[en]to musico. Citharistes id est, cithar[ist]e[us]. Cymbalista uel es, utēs cymbalo. Tympanista uel es, ludēs tympano. Horū foeminina sunt sambucistria, psalteria, citharistria, cymbalistr[ia], tympanistr[ia]. Pergamus ad alia. Hic teucer, haec teucra id est, troianus, troiana. sed eiusmodi nomina possunt esse adiectiua: ut apher, aphra, aphrum: ueluti bellum troianū &c. Sic galus galia, teutonus, teutona, hic cres, haec cressa, hic lacon, haec lacena, astur, asturica, & alia multa suo loco declaranda, ideo nunc supersedeo. Adiectiua secundae declinationis omnia tribus uocibus flectuntur, quorum secunda est primae declinationis, ut bonus bona bonū, niger nigra nigrū, satur satura saturum. Talia sunt omnia participia praeteriti & futuri temporis: ut lectus lecturus legendus. Talia quoque sunt numeralia tantū pluralia ex centum creata, ducenti, trecenti. Item unus ullus &c. pronomina meus tuus &c. quibus omnibus negantur articuli cum ego, tu, sui, & omnibus indeclinabilibus, praeter nostras & uestras, teste Lanceloto. Adiectiua tertiae declinationis plurima sub unica terminatione ois generis sunt: ut arpinas, clemens, felix. Multa etiam duas terminationes habent, ut hic & haec melior & hoc melius: sic caetera comparatiua, hic & haec fortis & hoc forte, sic omnia adiectiua in is. Et in istis prior uox est communis generis, posterior neutri. Pauca sunt adiectiua in er masculini generis, in is foeminini, in e neutri: ut campester, campestris, campestre, id est, ad campum pertinens. Volucer, uolucris, uolucris, id est, uelox aut uolans. Haec uolucris substantiuus, quicquid uolat. Alacer, cris, cre, id est, gestu laetitia[m] indicans. Dicimus etiam hic & haec alacris & hoc alacre. Parmeno Terentianus ad Cheream: Quid ne es alacris? Vergi. in quinto de Darete: Ergo alacris cunctosque putans excedere pugna Aeneas stetit ante pedes. In hunc locum Seruius ait: Nunq[ua]m Verg. dixit alacer, quāuis dicat acer sed falli uideretur Seruius, nisi mendosi sint libri quos uidi. Idem Aeneidos. xij. Palis equos alacer media inter praelia Turnus. Acer, cris, acre, id est, fortis & uehemens: acrimonia, uehementia. Quid Acer & ad palmae per se culturus honores, si tamen horteris fortius ibit equus. Lestū est hic & haec acris hoc acre. Ennius, teste Prisciano, Acris sopn[us] dixit. Pedester, stris, stre, id est, pertinens ad pedites: ut pedester exercitus. Etiam signifi-

Poe[et]ria.
Origenista.
Sambucista.
Psaltes.
Citharista.
Cymbalista.
Tympanista.
Teucer.

Campester
Volucer.
Alacer.

Acer.

Pedester.

cat humile, non altum, ut pedester sermo, pedestris oratio. Equester, tris, tre, id est, ad eques pertinens: ut equester exercitus, equestre cetramen. Syluester, tris, tre, ad syluam pertinens. Celeber, bris, bre, id est, nobilis late famatus, & frequens, ut celebrer homo, celebrer locus, ad quem multi ueniunt. Dicitur etiam hic & hæc celebris & hoc celebre. Cicero in secundo ad Herennium apud Priscianum lib. iij. Locus quæritur celebris, an desertus. Contra, Ouidius celebrer dixit in. iij. fast. Circus erat pompa celebrer numeroq; deoz. Celer, ris, re, id, est, uelox. Celerio, as, celeriter facio: accelero idem. Verg. Tum celerare fugam patriaq; excedere suadet. Saluber, bris, bre, sanitatē afferens, quam qui habet sanus dicitur. Insaluber non saluber. Dicitur etiam hic & hæc salubris & hoc salubre. Plinius: Belus amnis insalubris potui, sed ceremonijs sacer. Paluster, ad paludem pertinens, uel paludem incolens, ut paluster locus, canna palustris. Mediocer, cris, cre, teste Phoca, id est, medio modo se habens, sed melius declinatur hic & hæc mediocris & hoc mediocre. Cicero, Mediocris orator: & Horati. mediocris actor causarum dixit. Sequester, tris, tre, id est, medians inter litigantes. Hinc sequestro, as, id est, separo. Inuentū est sequester, tra, trū, Vergilius namq; in xi. pace sequestra dixit: & Plautus: Fugio sequestrum. Priscianus adicitur his ludicer, cris, cre, sed male teste Valla, quia semper inuenimus ludicer, aut (ut Perotus ait) ludicrus, era, crum, id est, ad ludū pertinens. Plautus: Meum cor cepit artem facere ludicrā. Hora. Valeat res ludicra, si me Palma negata macrū, donata reducit opimum.

Equester.
Syluester.
Celeber

Celer
Saluber

Paluster.
Mediocer

Sequester

Ludicer

Mobile pro fixo tacitum si subsit habetur.

Quod si non tacitum subsit, neutri generis sit.

¶ Adiectiuum per se positū, propter aliquid perpetuo subauditum, putatur esse substantiuum eius generis cuius est subauditū: ut molaris substantiuū est, quia intelligitur dens uel lapis. Si nihil subaudiatur, erit neutri generis, ut antecedens, id est, oratio aliam inferens. Consequens, i. oratio ex alia jllata. Alia ad hanc regulā spectantia post declarabunt.

Masculinum fluuij nomen decet usq; reponi.

¶ Nomen fluuij est masculini generis: ut tibris, sequana, lisa, tenera, garunna, pantagias. Sed in um neutra sunt per generalem regulā ante dictam: ut crustumiū &c. Styx & lethe semper feminina sunt, quia paludes esse dicuntur potius q fluuij. Sic Arethusa quia fons est, & ad nympham poetæ respiciunt. Plura declarabuntur in regula sequenti.

Communis proprio quandoq; genus lego iunctum.

¶ Nomen minus commune quandoq; respicit genus superioris uel cōmuniōris, ut bubo est masculini generis, ut sermo. Ouidi. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Magis cōmune uel superius aut, est feminini generis. Sic dicimus magna bubo, quia intelligitur auis. Verg. iij. Aeneidos: Solaq; culminibus ferali carmine bubo Visa queri. In hunc locū Seruius enucleat dictam regulam, per quā inuentis melius q̄ inueniendis utemur. Secundo itaq; per hanc regulā, nomina montium in diuerso genere interm leguntur: ut Ossa mons Thesalia: est feminini generis: ut penna, mula &c. Papinius tertio Thebaidos, si quādo niualem Othrin & arctoz gelidum caput institit Ossa. Item lib. ix. Semifer aerea talis centaurus ab Ossa. Interdum masculine reperitur, quia intelligitur mons per hanc regulam. Ouidi. in lbin: Vtq; dedit saltus ē summo Thesalus Ossa. Sic alia quædam. Ibidē, Plurima qua samna sicanus Aetna uomit. Idem alibi, Paruoq; in tempore nudus Arboris Othris erat. Pelion. solū est neutri generis, quia uertit on in um. & dicitur bene pelion. Papinius libro. x. Nec adhuc immane ueniret Pelion. Tertio per hanc regulā, nomina fluuij: feminina inueniuntur, quia intelligitur aqua. Nos inuentis tantum utamur. Vt Albulā, id est, tibris, Ouidi. iij. saltorū, Clauiger & tanta est Albulā pora deo. Martia-

Adm in men
tro generis sub
statuatur

nomine fluuij
masculini generis

Exempla huius
regule sunt q̄

Bubo.

Ossa.

Aetna.

Othris.

Pelion.

Albula
Allia
Cauton

lis masculinae dixit lib. xi. Cui rector aquarū Albula nauigerum per freta tendit iter. Sic Allia fluij nomen. Lucanus in septimo, Et damnata diu Romanis Allia fastis. Cauton fluij nomē femininū est, apud Strabonem lib. octauo. Nonnunq̄ fluij nomina neutra sunt, quia intelligitur per hanc regulā superius flumen. Lucanus lib. iij. Et tepidū in molles zephyros excurrit lader. Fluius est in adriaticū mare fluens. Cice. lib. iij. ad Atti cum Nar posuit neutrū dicens, Lactis Velinus inter ciso monte in Nar defluit. Nec potes dicere indeclinabile esse, quia Litius. x. ab urbe ait. A Nare flumine narnia appellata. Et Plinius. iij. c. quinto, Præcipuis Nare & Aniene qui & ipse nauigabilis. Vergilius regulā obseruans dixit septimo Aenei. Sulphureas Nar albus aquas. Sic fluij nomina. Mulucha, Turia & mutul neutra leguntur, testes sunt diuus Augustinus & Nescius Fuscus vetustissimus grāmaticus. Tamen Hermolaus barbarus dicit Turia uere esse masculini generis in tertium Plinij, autoritate Sallustij. Castra hostium apud Sucronem capta & præliū apud flumen Turiam. Claudianus. Floribus & roseis formosus Turia ripis. Grammatici formosum legerent, q̄ unum omnium Turia neutro genere proferre putant. Auctores Augustin⁹ & Priscianus. Hæc Hermolaus taxans grammaticos: peruersitatē, auctores nimis temerario ausu corrigentes, ut suam opinionē tuerentur. De lader in dictum Lucani uersum ait Omnibonus, Tepidum lader, non quod lader sit generis neutri, sed retulit ad flumē tepidum. Quarto per hanc regulā, fabularū nomina sunt feminini generis, quia intelligit superius fabula uel comedia uel tragœdia, idq̄ adeo licet, ut Antonius Nebrissenis uir uendecunq̄ doctissimus, neget recte in alio genere locari. Terentius, Quem transtulit in eunuchum suam. Quintilianus, Varij Thyestes cuiuslibet Græcorū comparanda est. Cū autem Iuuenalis dixit, Scriptus & in tergo nondū finitus Orestes, ad hominē respexisse uideretur, ut apud Suetoniū, interrogatus Augustus, quidnam Ajax suus ageret, dixit eum in spongiam incubuisse. Fuit autem Ajax tragœdia, quā de Ajace componebat Augustus.

Fabularū nomina.

Romano

Centauros.

Quinto, nomina nauium per hanc regulam, sunt generis feminini, quia eius generis est superius nauis. Verg. quinto Aeneidos (ubi Seruius hanc regulā dedarat) Centauro inuehitur magna, uix ausim dicere pro nauī centauro magno. Huc etiam reduci possent urbium & gemmarum nomina, sed suo loco manifestabuntur.

Insula, & urbs, regio capit hæc: neutrum genus optant,
Zeugma, reate, argos, præneste, & tibur, & Ispal,
Cære, neper: neutrum uel masculine dabit anxur.
Hoc Cīm uult: hic aut hæc donat lesbos, abydos,
Hic sulmo, hic acragas. Pluralia in i maribus do.

A plurale genus neutrum sibi poscit ubiq̄.

Insularū regionū nomina

Castulo.

Lesbos
Abydos.

Gadir.

Insularum, regionū, & urbium nomina, feminina sunt. Insularū quidem, ut Samos, Sason, Britannia. Regionum, ut Aegyptus, Aphrica. Urbium, ut Ephelus, Castulo, Tarraco, Corinthus, Hierusalem. Silius lib. iij. Fulget præcipuis parnasia Castulo signis. Chios insula maris Aegæi. Horatius primo epistolarū, Quid tibi uisa Chios Bullati, notaq̄ lesbos. Hæc Lesbos insulae nome, ut Neritos &c. est feminini generis. Verg. Posthabita coluisse Samo. Abydos, urbs Asiae. Ouidius in epistola Leadrī, Vel tua me sestis, uel te mea sumat Abydos. Poetæ aliquando terminationē aspiciunt, & sic Lesbos & Abydos masculina leguntur. Ouidi. xi. meta. Et Myrtenæi potiuntur littore Lesbi. Verg. primo Geor. Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi. Gadir, urbs in Gadibus feminini generis ē, ut reliqua. Rufus Auienus, Gadir prima fretū solida supereminet arce. Quia tñ aliquādo

Intelligitur oppidum, etiam neutrum inuenitur. Sallustius, teste Prisciano, in secundo hist. Tarrestium ciuitatem quam nunc Tyrin mutato nomine Gadir habent. At tantum in neutro genere reperi Zeugma, atis, oppidū ab Alexandro conditum. Lucanus libro octa uo, Zeugmaq; pellaam Pompeio uincite Parthi. Reate oppidū Vmbriae. Silius lib. octa uo, Magnaq; Reate dicatū Callicolum matri. Argos, oppidum Graeciae. Ouid. lib. i. de re medio, Vacuum litibus Argos erat. Præneste, oppidum Italiae. Vergili. Aeneid. septimo, Quisq; altū Præneste uiri &c. Seruius ait hoc præneste & hæc prænestis, unde est Aeneidos octa uo. Omīhi præteritos referat si Iuppiter annos. Qualis eram cum primā aciem Præneste sub ipsa Ieraui. Et Iuena. Quis timet aut timuit gelida præneste ruinā. Tibur, oppidum Italiae. Silius in octa uo, Hinc Tibur Catille tuum sacrisq; dicatū Tortunæ Præneste iugis, hic præneste neutrum est. Ispal, oppidi nomen. Idem lib. iij. Et celebre oceanō atq; alternis æstibus Ispal. Cære, is, oppidū quoddam. Etiam neutro genere cærete, tis, dicit. Apud Siliū inuenies, testimoniū nūc excidit. Neper, oppidi nomē neutrum est teste Prisciano: ut Cim, uici Italici nomen: quibus iungunt oppidorum nomina Bogud, Suthul, Muthul. De quibus sic loquitur Priscia. lib. quinto, Suthul, Muthul oppidorū propria barbara sunt, quæ ideo quaedam neutra esse putauerunt, q̄ appellatiuis neutris sint coniuncta ut oppidum Suthul, sed melius est figurate sic apposta dicere, ut si dicā, mons Osa, uel Tiberis flumen, q̄ dicere neutri generis esse in ul terminantia, & maxime cū lingua Pœnorum quæ Chaldaea uel Hebraea similis est & Syra, non habeat neutrum gen^o, hæc Priscianus. Anxur, urbs Italiae dubij generis est. Horatius, Impositum late faxis can dentibus Anxur. Martialis, Latius & æquoreis splendidus Anxur equis. Iupiter non anxur (ut quidam uult) sed anxurus dicitur. Sulmo, Ouidij patria masc. est. Naso, Sulmo mihi patria est gelidis huberrimus undis. Sic Acragas, antris, tam pro monte q̄ pro oppido masc. legitur. Verg. de oppido, Arduus inde Acragas ostendit maxima longe Mœnia. Fateor non inuenisse de monte posse intelligi. Pluralia in i sunt masculini generis quicquid significant, itaq; uolo regulam esse generalem, non solum exceptionem a dicta regula. Inter hæc oppidorum nomina sunt Philippi, Vesij, Gabij, Campi, Parrhisij, Bergi. Cuncta pluralia in a neutra sunt, ut ista, extra. Inter hæc oppidorū nomina sunt Baetra, Cythera, Artaxata, Sufa, Hierosolyma, licet singulariter aliquando hæc Sufa, hæc Hierosolyma legamus.

Arboris est nomen muliebre: dat hic oleaster

Vt spinus: platanon, acer, & thus, robur habent hoc,

Arbor uixq; filer: dabit hic aut hoc tibi suber.

Hic aut hæc libanus, pinus, rubus, atq; cupressus.

Nomē arboris est feminini gñis, ut pomus, pirus, prunus, populus, quercus, ascul^o, salix, abies, ficus, fraxin^o, malus, morus. Malus aut, arbor est, quæ uulgo pomus dicit. Nā pomus generale ē ad prunū, pirum &c. Fagus, boechboē, Sambuc^o, ulienderboē. Buxus, busboē inuenitur aliqñ masculini, ut lib. iij. Eldra, Præpara tibi buxos multos. Taxus, huls. Vinus, arbor alba, cuius uirgis uapulant pueri, ut ex Plautina lectione facile deprehenditur. In um desinentia siue arbores, siue fructum significant, neutra sunt per regulam prius positam, ut bdellium, hebenum, pomum. Vergi. Sola India nigrum fert hebenū. Tibullus, Ipse seram teneras maturo tempore uites Rusticus, & facili grandia poma manu. i. pomos. Quæ in um desinunt sæpius fructus significant, ut pirum, prunum. Sed nux, ficus, glans, auellana, & quædam alia eodem seruato genere arborem fructumq; significant. Malus masculinum, est lignum ueliferum. A regula excipiuntur quædam, ut Oleaster, syluestris olea. Verg. ij. Georg. Indicio est tractu surgens oleaster eodem Plurimus.

Zeugma.
Reate.
Argos.
Præneste.

Tibur.
Ispal.

Cære.
Neper.
Cim.
Suthul.
Muthul.

Anxur.
Sulmo.
Acragas.

Nomē arboris
femininum

Vinus.

Oleaster.

Dicitur quoq; oleastrum in neutro genere, ut pyrafter & pyrastrū, pinafter & pinastrū, id est, pirus syluestris, & pinus syluestris. Sunt qui dicant pinafter masculinū esse, quos Nebriffentis improbat. Plin. lib. decimoquinto, Pinafter nihil aliud est q̄ pinus syluestris, copiosam dat hęc materiam. Theodoros Gaza in Theophrasto lib. iiii. de stirpibus, Sicut pinafter quę in locis umbrosis nascuntur. Spinus pruni species, masculinum teste Seruio. Platanon, arboris nomen, aut potius locus platanus constitus. Plinius in epistolis dixit, Platanon opacissimum. Calepinus dicit Platanus tam masculinū q̄ femininū esse, pro masculino defidero testimonium. ¶ Neutra sunt quędam arborum nomina, ut acer contra Priscianum. Quid, in primo de amoribus, At nuper uile fuit acer. Sic Plinius, acer galli cum dicit, & acer campestre atq; montanū. Thus, nam aliquando ipsa arbor dicitur. Robur uel robor, species quercus durissima. Siler, arbuscula uel frutex potius q̄ arbor. Vulgo salix dicitur, ut ait Calepinus. Id si uerum est iure arbor dicitur, quod Priscianus negat. Verg. ij. Georg. Molle siler lentęq; genistę. Siler uel silerus masculinū, fluuij nomen est. Lucanus lib. ij. Radensq; salerni tecta siler. Sillius libro octauo, Nunc silerus quos nutrit aquis. Suber sępius neutri generis, eyn corekboem. Theodoros in Theophrasto, Lute suber. Plinius masculine dixit libro decimosexto, Tardissimus suber. Libanus, arboris nomen, Calepinus dicit tam masculini generis esse q̄ feminini. Hieronymus in eccle. Et quasi libanus non incensus uaporauit habitationem meā. Arbor est thurifera, unde & pro thure accipitur, quod & libanū dicitur. Libanicus, thureus. Pinus & cupressus nunc femina solum habeantur, licet olim masculine prolata sint ab Ennio. Rubus, sentis genus, frutex potius est q̄ arbor, teste Prisciano. Verg. Ferat & rubus asper amomum. Serenus, Mandatur apra rubus gingiuis & bona labris. Prudentius, Quem contorta rubus denfis cruciatibus edit. Rectius cum Vergilio masculine proferes.

Ex se nullius generis pro nomine sumptum,

Est neutrum; ceu litera, uox quoq; materialis.

Distio ex sua significatione non recipiens genus, ut de eo in nomine loquimur, si pro nomine sumatur, erit neutri generis: ut omnis litera & uox materialiter posita, ueluti pulchrum scire, longum a, homo terminatū in o facit g̃m hominis. Exempla huius regulę sunt quadruplicia. ¶ Primo, uerbum loco nominis, ut sumens illud aue. i. illam salutationem, id per infinitum sępius fit. Per sius, Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. i. scientia tua. Idem, At pulchrum est digito monstrari & dicier hic est. Idem, Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuunt uno. Valerius Maxi. lib. sexto, Velle ac posse in æquo positum erat. ¶ Secundo, aduerbiū loco nominis. Per sius, Nempe hoc assidue iam clarum mane fenestras Inerat, & angustas extendit lumine rimas. Idem, iam cras hesternum consumptus, ecce aliud cras. Sergius in Donatum dicit, Mane ubi in nomen transit, declinari, hoc mane, manis, mani, mane, o mane, a mani, quo ablatiuo Plautum usum dicit in amphit. Hęc illic est pugnata pugna utq; a mani ad uesperum, Sic quoq; Vergi. in Ciri: Et gelido ueniens mani quatiebat ab Oeta. Idem sentit Seruius in illud quinti Aenei. Mutati transuersa fremunt, & uespere ab atro Consurgunt uenti. Transuersa (inquit Seruius) aduerbium factum a nomine, ut rauca sonat, toruum clamat. Recens pro recenter &c. Nomen autem in aduerbium transiens declinatione cum genere perdit, aduerbiū uero si nomē fiat, declinatur, ut mane &c. Sed quid dicent de cras & pluribus? Placet mihi magis cum Lanciloto mani aduerbiū esse loco nominis, ut si dicerem ab illo cras, & dictum mani p mane, ut heri pro here, uespero pro uespere &c. Sponte sua, uerum est nomen, quia g̃tus spontis sępe legitur. In hoc hallucinantur grammaticę. ¶ Tertio, nomina literarę aut ipsę literę neutri generis sunt. Hieronymus, Non pertrāsibit neq; unum iota neq; unus apex, iota est litera gręca, hoc est i. Thita aut theta. i. th, sic Per sius in. iiii. saty. Et potes es nigrum utio præhigere thita. Mart. Est operę pretiū discere theta nouum. Sic duo bb,

Sponte.
Literę

Sponte
Literę

u uenue uel p̄silon, o micron, i. o paruum. Cum autem dicit Donatus in a producā, am correptam &c. utitur regula, Communis proprio &c. quia intelligitur terminū superius litera uel syllaba. ¶ Quarto, uox materialiter accepta est neutri generis, ut dissyllabus homo in o terminatur, Martia. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata, Non tu Pomponi, cōna diserta tua est. Nebrissenis dicit hic sophos pro sapienter accipi, ueruntamen materialiter sumitur, quia sensus est: O Pomponi q̄ turba togata .i. populus Romanus à te ad cornam uocatus, clamat tibi adulando tam grande sophos .i. audient te legentem carmina tua, quasi uehementer admirans dicit: Oh q̄ sapienter, q̄ belle, q̄ recte dictum: euge poeta, non dicit hoc q̄ te putet disertum, sed quia cōna tua est diserta. i. lauta & opipara. Sophos pro sapiente apud eundem est, Te sophos omnis amat. Persius, Euge tuum & belle, nam belle hoc excute totum. Idem, Quin optes te pidum hoc audire deceter, Martia. Aue latinum, chare non potest gr̄cum exprimere. Ouid, Vix illud potui dicere triste uale. Vox uel scriptura materialiter sumitur, quando seclusa significatione pro mera uoce uel scriptura capitur, et quando sensus est, illa dictio, illud uerbum, illa oratio, ut homo in o definit. i. illa uox homo etc. Causa uocabuli est, quia omnis dictio habet ipsam uocem uel scripturam tanq̄ materiam, et significationē tanq̄ formam. Veruntamen ueteres non dicunt dictionem materialiter sumi, sed technice, teste Lanceloto. Per hāc regulam etiam sic loquuntur, Pulchrum benedicamus, Pascale kyrie eleison, et est oratio syllabarum septem, significans domine miserere. Non libenter dixero, legi unum miserere mei deus, duo de profundis, sed legi semel miserere, bis de profundis, legi orationē dominicam bis, non duo pater noster. Salutationē angelicam, non aue maria, symbolum apostolorum, non credo in deum etc. Nonnūq̄ dictio materialiter uel technice .i. nō per significationē, sed per artem posita, retinet genus quod habuit, ut fides à fīo et dictum, est deriuata. Alexander, Dempra carne. Idem, Adulter erit superandus. Sed sic intelligi potest n̄t̄s, Valla lib. i. elegan. Sector qui signat accusatorem etc. Non homo, nonequus etc. infinitis latini nō utuntur, nec credo esse neutri generis, quia inepta locutio est, Leo est crudele non homo. Aliter grammaticā et neoterici dialectici docēt, quibus non credo.

Materialis
uox

Kyrie eleison.

*uox dicitur
alio inflexu
alio inflexu*

E P I C O E N V M G E N V S .

Epicœni generis dictio est, quæ sub uno articulo significat utrunq̄ sexum, etiam in nominibus animalium, in quibus sexus non facile dinoscitur, ut in nominibus auium, uelut aquila, passer, anser. Caue dicas aucha, quia latini ea uoce non utuntur. Pica, picus, plitracus, olor uel cygnus, philomena uel lucinia uel aedon, struthio, turdus uel coturnix, merula, achantis, perdix, otus, n̄sus &c. Gallus, gallina, epicœna non sunt, quia sexus facile cernitur. Columba epicœnum est, licet pro mare hic columbus etiam dicatur, testis est huius rei Valla in Matthaum. Vnde apud Verg. Gemina uenere columba, quarum certa una mas erat, Hæc Valla. Hæc palumbes, epicœni generis, syluestris columba, Vergi. Rauce tua cura palumbes. Reperitur quandoq̄ masculine, ut notauit Calepi. Luca, Macroscopus palumbes. Dicitur & palumbus & palumba. Hæc alcyone uel alcyon, & hic & hæc alcyonis uel hæc alcedo, auicula hyeme pullos educans. Hic œstrus uel hoc œstrum, uolatile ap̄is magnitudine bobus apibusq̄ infestum. Si abest sexus non dicitur epicœnum, uti nec pulex, apex, musca, anguilla &c. ¶ Secundo, epicœna sunt piscium nomina, ut balena maxima belua marina. Cetus, omnis magnus piscis. Cetarius marinorū piscium ueditor. Cetaria, fossa prope mare, in quo capiuntur cete. Murena, piscis similis anguillæ, hinc murenula torques, uel ornamentū colli. Sepia, piscis habens aramentū pro sanguine, & ponitur pro atramento. ¶ Tertio, nomina ferarum ubi sexus difficulter noscitur epicœna sunt, ut uulpes, mustela, cuniculus &c. ad discernendū sexum dicimus cygnus mas, cygnus femina. Ouid. in .ij. de arte, Inuenit in media femina piscis aqua. Varro, teste Fabio, Lupus femina dixit, quia lupus epicœnum erat, licet nunc dicatur lupus lupa, ut ursus ur̄sa, leolea, uelleana &c. Si quis roget mustela cuius generis, sic respondet, Mustela est epicœni

*Appropinquans
Causa signat
uoluntate uox
sub uox signat
Et p̄silon signat
in dictione sub uox
uoxna dicit*

generis sub articulo hæc, quia terminatur in a &c. ¶ Græca & alia non latina sæpe retinent genus suum, ut lampas, damas, etiam terminatione mutata, ut hæc diphthongus, hic propheta uel prophetes, hic Geta, populi nome, femininum est Getis, idis, hic organista, farmata &c. ante declarata. Male autem dicitur iustitia, legita &c. quia masculina in sta à solis græcis ueniūt. Aliquando apud nos genus mutatur, quia fœmina sunt, charta, cera, amphora, margarita, catapulta, iaculum uel sagitta: cataracta, porta, pendula, & specus subteranea, & fluuioꝝ obices, ne aqua tota defluat, ut nauigari possit, hæc græce sub es masculina sunt. Sic puls fœmininū est, poltos masculinū. Nec apud nos masculina, habent etiam semper masculina, aut contra: ut murmur græcis est masculinū, nobis neutrū. Gens, nobis fœmininū, illis neutrū. De his nonnihil leges apud uerūq; Vallam.

Hæc dat a, do neutris cum pascha mammona manna.

Situla.
Pustula.
Sarissa.
Stipula.
Fistula.
Musa.
Polenta.

Nemina in a sunt fœminini generis, ut Situla uas quod haurit aqua. Pustula, cutis infario. Sarissa, id est, hasta. Stipula calamus frumenti. Fistula, musicum instrumentum quo statu canitur. Fistulæ tibicen. Fistula, etiam per quam aqua ducitur. Musa, carmen uel carminis dea. Polenta, hordeum madefactum, & iterum siccatum. Plautus, Polentam pinsant. In Iosue, Et comederunt de frugibus terræ die altero, & azymos panes & polentam eiusdem anni. Nusq; legitur polenta neutrum, contra Alexandrum p̄ omnibus neotericis, inter quos Sulpitius, & Nebrissenis, Baptista Pius, Calepinus, Baptista Mantuanus &c. Priscianus de hoc nihil meminit. Ait autem Mantuanus, Artocreas & pingue polenta comedi in Bucolicis, quæ illi adolescentulo exciderunt, deceptus est per grammaticos, qui putant polenta bis neutrum esse apud Ouidium in meta. Dulce dedit testa, quod coxerat ante polenta. Cum liquido mixta perdidit diua polenta. Putant parum cauti homines sensum esse, dedit dulce polenta, perdidit cum liquido polenta &c. at nugantur, quia polenta in priore uersiculo est ablatiuus casus, teste etiã Raphaelle Regio, & uersus sentus est, An? dedit s̄tribudæ Cereri dulce, i. dulce potū, quod ante coxerat polenta, i. hordeo uel hordeacea farina, ut apud nos rusticæ mulieres conficiūt ceruisiolā, nō bibitur polenta. In secundo manifestissime errant, quia polenta habet secū adiectiuum fœmininum mixta. Sic enim dicitur: Iuuenemq; Cum liquido mixta perdidit diua polenta. Sensus, diua, i. dea Ceres irata impudenti puero perdidit ipsum iuuenem polenta mixta cum liquido, farina hordeacea, cuius furture conspersus puer contraxit maculas, quæ in stellione hodie conspiciuntur. Mammona, id est, pecunia uel diuitiæ. Manna, cælestis cibus, neutra sunt indeclinabilia, teste Antonio Nebrissenis, licet nonnulli sint auli per primam declinare. Pascha, neutrum primæ teste Placentino, licet multi per tertiam Paschatis declinare malint. Aufonius, Nos etenim primis sanctum post Pascha diebus Auemus agrum usere. Idem, Instantis reuocant quia nos solēnia Paschæ. Apud Græcos est indeclinabile, teste Placentino lib. 31. ca. 1. ubi reprehēdit Lactantium, quia a Pascho uerbo græco, id est, patior Pascha deduxit, quum sit nomen Hebræum, teste diuo Hieronymo, significans transitum, unde declarationem in Calepino.

Adria masculeum datur, atq; cometa, planeta.

Adria.

Tria sunt masculina, Adria, Cometa, Planeta. Adria, est finis maris, uel ipsum mare adriaticum. Lucanus libro quinto, Sonat Ionio uagus Adria ponto. Hora, tertio carminum, Dux inquieti turbidus Adria. Torrentinus dicit fuisse idolum quoddam. Adria, urbis nomē fœmininum est, per regulam, Insula & urbs regio & cætera. Cometa, uel cometes, stella crinita. Planeta, interpretatur erro, omis. Sunt autem Planetæ, stellæ erraticæ, ut Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Cometa.
Planeta.

Hic aut hæc talpæ, cum panthera dato damæ.

f. x. i. m. a
India

Tria in a sunt dubij generis, hic aut hæc talpa, hic uel melius hæc pãthera, hic aut hæc dama. Vergilius, Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Dama, capra syluestris. Virgil. Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Horatius i. carm. Et superiecto pauidæ natarunt Aequore damæ. Subest (inquit Quintilianus libro nono) aliquid rationis, quia uterq; sexus significatur, ergo uidetur communis generis. Panthera, animal maculosum, non legi masculinum, nisi apud grammaticos, tibi ergo sit magis femininum. Horatius, Diuersum confusa genus panthera camelo.

Dama.

Panthera.

Sit neutri generis, per a quicquid tertiã flectit.

Nomen tertiã declinationis in a desinens, est neutri generis, ut scomma, iocosa irrisio. Problema. i. propositio, aut quæstio, sine u. Anathema, maledictio. Diadema, pretiosus pannus, qui capiti regio circumdatur. Anadema, idem, sed prius in usu est. Pneuma. i. spûs. Dogma, stigma & c. Popa cuius gñs masculini ex significatiõe uſ officio per regulã, Omne uiro soli. Nã Popa est uictimari⁹. i. q uictimas ligat, feritq; Propertius lib. 4. Illa dies hornis cædem denuntiat agnis, Succinctiq; calent ad noua lucra Popæ. Aliqui libri habent in feminino genere succinctæ, quæ lectio si uera est Popa erit cõmunis generis, & significabit etiam uictimariam, per regulam. Quicquid utriq; datur, Aelius Spartianus in Geta, Percussit hostiam Popa nomine Antonius. Suetonius in Caligula, Admota altaribus uictima succinctus popæ habitu claro alte, malleo cultrarium maſta uit, Cultrarius. i. uictimarius. Hinc Persius uentrem popam dixit, non pro pingui & obeso (ut rentur aliqui) inquit Hermolaus in secundis castigacionibus in. 7. Pliñq; sed pro heluone, uoratoreq; ac phagone. Errat in hoc nomine Calepinus cum omnibus neotericis ferme præter Hermolaum Barbarum. ¶ Sunt ne alia in a desinentia masculini generis ex significatiõe uel officio per regulã, Omne uiro soli & c. Sũt profecto ualde multa, ut Papa. i. summus põtifex. Patriarcha, patrum princeps. Nauarcha, gubernator & nauis princeps. Satrapa, præfectus. Monarcha solus princeps. Tetrarcha, qui quartã partem regni detinet, græce tetrarches dicitur. Chiliarcha uel Chiliarchus, tribunus militum. Athleta, puginator. ¶ Adduntur quorum fœminina in is uel ia desinunt, delectata in regula, Esto genus uarium, ut propheta, iophista, farmata & c. Pirata, prædo marinus. Trapezita, nummularius, Trapeza, mensa trapezita. Vulgus dicit bancarius, bancus, nescit enim docte loqui. Lixa, coquus in exercitu, & quicumq; quæstus gratia sequitur exercitum, ut qui aquam ministrat, Et lixa. i. aqua apud ueteres. Sil⁹ in. 5. Inferitq; globo pedites & inutile Marti lixarum uulgus. Collega, socius in dignitate. Scriba, qui res quascunq; nomine alterius scribit. Scurra, qui risum captat non salua dignitate personæ, hinc scurrilis, impudicus. Agrippa, qui in partu primo loco pedem emit tit. Proxinetã, mediator inter eumentem & uendentem. Lanista, qui domi gladiatores docet & populo uendit. Vacia, cui in exteriorem partem crura flectuntur. Pansa, cui lati & pansi sunt pedes, ut planci, quibus plani. Apella. i. Iudæus quasi sine pelle, quia circumcilitur. Horatius, Credat Iudæus apella. Verna, seruus domi nostræ natus. Hinc uernaculus. i. domesticus & uulgaris, & uernacula lingua. Inuenies aliquando in fœminino genere hæc uerna. Rabula clamorosus & obstreperus aduocatus. Et capitur pro quouis linguæ, dictus quasi radula, à radendis garrulitate auribus. Cacula, militis famulus. Holophanta & Sycophanta. i. nebulosus, planus & deceptor. Aſſecula, famulus ab assequendo. Mastigia uerberos. Cæfulia, cæcos oculos habens. Sympota, id est, compotor, Græce in es desinit, ut iophista, holophanta & c. Sophista, qui uanis argumentariunculis popularem auram uenatur. Rauilia, rauios oculos habens. Quædam dictorum uidentur etiam ad fœminas pertinere, nos ideo cum Antonio Nebriffensi & Phocæ inter masculina reieciimus, quia eã in feminino genere nusquam inuenimus, ut neq; ea

Scomma.
Problema.
Diadema.
Anadema.
Pneuma.
Popa.Papa.
Patriarcha.
Satrapa.
Monarcha.
Tetrarcha.
Athleta.
Pirata.
Trapezita.
Lixa.
Collega.
Scriba.
Scurra.
Agrippa.
Proxinetã.
Lanista.
Vacia.
Pansa.
Apella.
Verna.
Rabula.
Cacula.
Holophanta.
Sycophanta.
Mastigia.
Cæfulia.
Sympota.
Sophista.
Rauilia.

quæ sequuntur. Si quis tamen apud ueteres horum aliqua recipiat in fœminino genere, dicat esse communis generis, quia significatio non repugnat. Et ipse postq̄ ediderã hoc opus, in Seneca legi homicida fœminine, Voluere dñ esse miraculo in captiua libertatẽ, in prostituta pudicitiam, in homicida innocentiam, Sic idem sæpius in .i. dekla. notabit diligens plura. Homicida, hominis cæsor, Parricida, in lege. 11. tabularũ dicitur, quicunq̄ hominem liberum occidit, nunc qui parentem occidit. Fratricida, maritica, canicida. Bibliopola, librorum uenditor. Pharmacopola, medicamentorum uenditor &c. Anachoreta, solitarius. Eremita, eremi cultor, fœmininum opinor esse eremitis, idis &c. Propola, qui à mercatoribus emit ut uendat. Pincerna .i. pocillator, legitur apud Hieronymũ. Perfuga et transfuga, qui ad hostes confugit. Turca, fœmininum eius est Turcis, ut opinor, Turcus, inepre dici testantur doctissimi. Legirupa, transgressor legis apud Plautum. Curruca, et si figurate pro uiro sumitur, fœmininum semper erit. Bellicrepa quid sit, pu to latinos ignorare. Antisma neutrum est, ut dogma. Longus essem si barbarorum nãni as uellem in his libris semper reprehendere. Itaq̄ illis omisiss uideamus quid doctissimis placeat. Auriga cuius generis? Communis, pertinet enim ad utrũq̄ sexum. Estq̄ qui uel quæ regit currum. Pro fœmina, Verg. 12. Aenei. Nec currus usquã uidit aurigamq̄ sororẽ, regula, Quicquid utrũq̄ datur etc. Sunt ne plura in a per hãc regulã, communis generis? Etiam, ut aduena, qui, quauis, ex alia regione aduenit, et figurate neutro iungitur, teste. Nestore et Festo, ut aduena mancipium. Conuena, qui cum alio uenit ad aliquem locum habitandum. Hæredipeta, hæreditatem captã. Sic cœnipeta, gloripeta, et si quid tale in ueniatur. Accola, prope habitans. Incola, inhabitans. Conuiuia .i. conuiuium. Alienigena, diuersi generis homo: figurate neutris iungitur, ueluti aduena, et quædam alia. Gell. lib. 2. ca. 24. Neq̄ uino alienigena, sed patrio usuros. Dicimus etiam alienigenus, a, um. Valerius Max. lib. 1. Alienigena studia. Et lib. 4. Alienigenti amores, et lib. 6. Mulier alienigeni sanguinis. Sic caprigenus, terrigenus, et similia interim leguntur. Terrigena, è terra natus. Ignigena, ex igne. Verbigena, solus Christus dicitur, et ita casu solum masculini generis est, ita dicunt omnes, præter Antonium Nebrissensem, qui negat Christum recte uerbigenam dici, quia Christus uel ipsum uerbum, non uerbo genitus. Hæc et alia multa Nebrissenensis. Nubigena, è nube genitus, ut Centaurus. Indigena, in regione qua habitat genitus. Pli. 14. ca. 6. Indigena uina, figurate dixit. Pedissequa, multi commune esse uolunt, licet pedissequus pro uiro etiam legatur. Idololatra, qui idola colit. Hypocrita, puto solum esse masculinum, ut poeta, quia græce similiter in es desinit, et est dissimulator simulatorq̄ Marticola, Monticola etc. Indiga, licet pro uiro etiam indigus dicatur. .i. indigēs, testis est Omri bonus, in illud Luca. li. 9. Indiga cogatur latices potare iuuentus. Lingulaca, Plau. in cassina, Vxor domi est, ea lingulaca est, nobis nunq̄ tacet. Var. Quare resident lingulacæ obrectatores tui. Hic significat uiros garrulos, plura sunt communis generis, nimis foret difficile omnia colligere.

Hoc dat e: Fœmineo generi do gracula primæ.

Cubile. ¶ Nomen in e est neutri generis, ut Cubile, lectus: cubiculum, cella dormitoria. Sedile .i. sedes. Mare, notum est: mare in biblis etiam quoddam uas. Marinus, in mari natus, Maritimus, circa mare: ut homines maritimi. Phasc. .i. pascha, uerum hoc non inuenio declinatum, quia hebræum est, & interpretatur transitus. Duo sunt pluralia in e, Cete, grandes pisces, Tempe, loca Thesaliæ amœnissima. Quisq̄ & uterq̄ quantuſcunq̄ &c. ad simplicia reducutur: quia in partem desinunt, cui genus non accidit. Hoc mile lubitantiũ est. hi & hæc & hæc nulle adiectiuum: ut quinq̄ &c. per regulam: Adiectiua trium. ¶ Excipiuntur à regula nomina in e græca primæ declinationis, quæ sunt fœminini generis: ut lynæche, angina, iquinacia. Nymphæ .i. nympha, formosa puella, Iposa et Lemidea uel dea, Campe .i. eruca. Epitome, abbreviatio. Ethice, moralis sciẽtia. Ninuæ, maxima oliu urbs Syriæ, nunc Flandriæ oppidũ mea patria, ad generalẽ regulã pertinet: Insula & urbs &c.

Sedile.
Mare, Phasc.
Cere.
Tempe.
Quisq̄.
Vterq̄.
Nymphæ.
Campe.
Epitome.
Ninuæ.

Neutrum pono: Finita per o maribus do.

¶ Omne nomen in i singulare, est neutri generis indeclinabile: ut Gummi, uiscus ex arboribus fluens. Plin. lib. xiiij. Gummi optimū ex Aegyptia spina. Inuenitur etiā hęc Gūmis Colu. Talis materies, qualis gummis. Idem: Sarius est noua dolia gummi liquida perluerre. Idem: Serias, crassa gummi lierunt. Piperi. i. piper. Meli. i. mel in simplici nō utimur. Moly cum y græca, herba & flos, genitiuus est molyos, teste Nestore. Sinapi, satis notum. Serenus: Sæpius ergo decet mordax haurire sinapi. Legitur etiam sinapis. Colu, Fletum factura sinapis. Nauci, putamē nucis. Capitur adiectiue pro uilis: & ita est omnis gñis per regulā: Adiectiua triū generis. Plau. Amas hominē nō nauci: Sic adiectiua esse dicunt huiusmodi, cuiusmodi, nihili. i. inutilis. Frugi. i. utilis, rebus suis nō abutēs. Tulli. Homo frugi omnia recte facit. Hora. Sum bonus & frugi. Priscia. non uult hęc dici adiectiua, sed obliqs quibuscunq; casibus figurate iunctos: nam aliquando uir bonæ frugi legimus. Plautus in cassi. Tu frugi bonæ es. Idem dicit de mancipi. Officiperdi. in Catonis carmine pro homine nihili, est masculinum. Carui apud doctos non inueni.

Gummi.

Piperi.
Moly.
Sinapā
Sinapis.
Nauci.
Nihili.
Frugi.
Officiperdi.
Carui.

Finita per o & c. Nomen in o desinens est masculinum, ut

Cento, stragulū lecti crassum & uillosum. Est etiam Cento carmen ex diuersis locis alii cuius poetæ collectū, quale scripsit Proba ex Vergilio. Tyro nouus & rudis miles. Ternio numerus ternarius. Quaternio, numerus quaternarius. Senio, sex puncta, aut numerus senarius. Titio, lignū semiustum. Scipio, stipes & uiri nomē. Gurgulio, fistula uel meatus à naribus ad pulmonē, & uermis rodens frumenta. Vnio, pro margarita, & pro uno puncto. Plini. In aqua mollis unio, exemptus durefcit. Vnio rursus pro concordia apud solos neotericos inueni: & fœmininū est, quia uerbale ab unio unis unire. Stellio, uermis quidam: & Papilio, quicquid significet semper est masculinum.

Cento
Tyro.
Ternio
Quaternio
Senio.
Titio.
Scipio
Vnio.
Stellio
Papilio

Pondo loca neutrum: uerbale io cum caro uult hęc,

Talio iungatur, posuit quod Valla uirile.

¶ Excipitur à regula pondo neutri generis. i. libra. Secundo excipiunt nomina uerbalia in io, quæ sunt fœminini gñis, & caro: ueluti religio, à relinquendo uel religādo &c. Portio quasi partio, concio à concire &c. omnia sunt à uerbis: licet semidoctis id nō statim pateat. Natio, progenies aut gens. Tul. Stultorū magna est natio. Ratio, qua bonum à malo discernimus, & computatio: ut redde rationē uillicationis tuæ: & respectus, habe rationem famæ: & modus, percunctare qua ratione beatā uitam duces. Auctio, publica uenditio. Legio, portio exercitus. Religio, dei cultus. Portio, pars. Conatio, locus ubi cœnatur. Opinio, sententia dubia: Minus recte pro fama sumit, teste in Matthæum Valla. Sic cōcio, regio, suspicio, rebellio, cōmunio, confortio, participatio, ditio si inueniat, possessio, contagio, alluuiio, obliuio, factio, superstitio, mentio, obsidio, interneccio. Talio, fœminini est contra Vallā, licet à nullo uerbo descendat. Celli, lib. ulti. Acerba talio uisa fuerat. Sic ibidē sæpissime ponit, & semper est fœminini, & est æqualis redditio. Pugio, masculinum est, licet à pungo deriuet. Lucrio, conuiuio, rarissime aut nunq; pro fœminis reperuntur. Lucrio, qui multū lucratur. ¶ Nota sunt hęc per generalem regulam.

Natio.
Ratio.
Auctio
Legio.
Cœnatio,
Opinio.
Talio.

Pugio.

Lucrio

Lungito fœmineis do, go. Sed mascula sunt

Ordo, udo, harpago, cudo, ligo: Sed dubitabis

Margo, cupido, quibus iungunt cum cardine bubo.

¶ Nomina in do, & in go, sunt fœminini gñis: ut Formido, timor. Sartago, frixorium.

Formido,
Sartago.

DE NOMINVM GENERIBVS.

- Vligo.** terræ humor ex ea nunquam recedens. Vliginosus ager. i. naturaliter humidus. Si ligo. penultima semper producta. & tantummodo feminini generis contra indoctos, q̄ stultissime assentire uersiculo. Si bona sit fligo ueniet bonus inde fligo. Est tritici species, unde optimus fit panis, qui siligineus dicitur. Iuue. Tor medicaminibus coctæ; siliginis ossas. Viriligo, corporis maculæ diuersi coloris per totum corpus dispersæ. Lanugo, prima barba, & in flosculis quædam quasi lana. Salomon: Spes impij quasi lanugo, quæ a uento tollitur. Ouid. Signarat teneras dubia lanugine malas. Sic grandio, arundo, dulcedo, imago &c. ¶ Excipiuntur pauca ex hac exceptione: nam masculini generis sunt. Ordo, in suo cuiusq̄ loco collocatio. Vdo, calceamenti genus, ut digestis de auro & argento legato. L. Argumento, ubi dicitur: Alia est causa udonum, qui usum calceamentorū præstant. Apud Martialem in distichis titulus est, udones cilices. Harpago, onis, telum in summitate aduncum quo nauigia capiuntur. Vel instrumentum quo capiuntur, quæ in puteum uel in flumen deciderint: & dicitur harpax, triuiales a lupo, q̄ rapax fit lupum appellant. Est & harpago ferramenti genus, quod nonnulli canem uocant, quo ferramento circi uasis uinarijs aptantur. Lilius uero lib. 30. ab urbe condita, sic ait. Asseres ferreo unco præfixos harpagonas uocant milites. Cudo, onis, uel codo, capitis ornamentum ex corio. Silf. lib. 7. Spicula bina gerunt, caput his cudone ferino stat cautum. Ligo, ferramentum quo purgantur fossæ. ¶ Sunt pauca alia masculina solis uiris data, licet significatio uideatur ad feminas pertinere, hæc non posui in carmine, quia non sunt per regulam, Omne uiro soli, ut Hugo uiri proprium. Prædo, latro & raptor. Pedit, cui grandes sunt pedes, & uiri nomen. Comedo. i. heluo & epulo. Mando, edo & phago idem. Lucilius: Omnes mandonum gula. Si quid tale ex uerbis, uiris datum reperies, adscito. Cerdo, quicumq̄ illiberales artes exercet, dici potest lucurio, a cerdos græcæ. i. lucrum, Spado, castratus. Mango, quasi manugo, dicitur mancipiorum atq̄ etiam aliarum rerum uenditor, quas polir & interpollat, ut pluris uendat. Potest esse communis generis, quia de femina dicitur. Plinius. 32. Ita pueros pubescere negauit mango Salpe obsterix. Hinc mangonico, as. i. orno & compono ad alliciendos emptores. Hinc domus mangonizata, oratio mangonizata, equus mangonizarus &c. Ad hæc dicitis unum masculinum Burdo, id est, q̄ ex equo & asino natus est. Dubij generis sunt hic & hæc margo. i. cuiusq̄ rei extremitas. Iuuenalis, Plenam marginem libri. Papi. i. Thebaidos, Soluerat hesperij deuexo margine ponti. Cupido, pro cupiditate. Pro amoris deo solum masculinum est. Hora. Viuit paruo bene cui paternum splendet in mensa tenui salinum, Nec leues somnos timor aut cupidus sordidus aufert. Idem: At bona pars hominum decepta cupidine falso. Silius lib. 4. Dux instat uterq̄ Ambobus uelox uirrus, geminusq̄ cupido Laudis. Idem lib. 14. Nec fat maturus laudum bellij cupido. Sæpius femininum est. Idem lib. i. Et recti sacra cupido. **Cardo.** Cardo nunc fit masculinum, Vergil. Cardine uerso. Gracchus in Atalanta feminino usus est, O grata cardo regum egressum indicans. Boe. 3. de conso. summa cardo dixit. Cardo, quo ianua uouertur. Capitur pro polo. Bubo declarati est in regula. Cõmunis proprio &c. Teredo, uermiculus, solum est femininum contra indoctos, ut formido & alia. Plin. lib. 11. ca. 19. Nascuntur & in ipso ligno teredines, quæ ceras præcipue appetunt. ¶ Echo cuius generis? feminini, quia poetæ dicunt esse nympham uel deam, loquentium uoces iterantem siue repetentem. Et capitur pro tali uoce, ut Ceres pro frumento, per regulam, Esto femineum &c. Tarraco, narbo &c. oppidorum nomina feminina sunt omnia, præter Sulno per regulam, Inula & urbs, regio etc. Sic Hiericho, sed rectius dicitur Hierichus. ¶ Homo cuius generis? communis, quia uiro et femina datur, ut hinc deductum nemo, licet feminine raro inueniantur. Sulpitius ad Ciceronem de Tulliola Ciceronis filia, Quoniam homo nata fuerat. Terentius in Andria, Hoc ego scio unum neminem peperisse hic. Ticinnius, Quod rogas neminem decet bonam. ¶ Sunt ne alia in o communiæ etiam, ut uirgo, uix unq̄ masculinum nisi in sacris. Latro, uix usquam de femina dictum, quam Nebrissenfis latronam uocaret, ut a leo lea uel leæna, licet Homerus, teste
- Vligo.**
Siligo.
Viriligo.
Lanugo.
Ordo.
Vdo.
Harpago.
Cudo.
Prædo.
Pedit.
Comedo.
Mando.
Cerdo.
Spado.
Mango.
Mangonizo
Burdo.
Margo.
Cupido.
Cardo.
Teredo.
Echo.
Homo.
Nemo.

Cellio, leones etiā dixerit ipsas feminas, a sullo fultona, pro linteorū lotrice. Latro est qui in syluis & alijs locis latet, ut hoies occidat. Capiti aliqñ pro satellite. ¶ Cōmunia aut sunt: Cōuiuio, id est, cōuiuia. Sic combibo forsan, q̄ de terminis dictū nō inueni, sicut nec erro, epulo, māduco, & multa alia, quæ ex significatione uidentur esse communis generis. Sic gentilia, macedo, friso, saxo, brito &c. Pellio, qui, quæue facit uestes pelliceas. Restio, qui quæue facit retes. Phrygio, qui quæue acu pingit, uel uestibus aurum intexit. Hæc reducuntur ad regulam: Quicquid utriq̄ datur. ¶ Præsto cuius generis? omnis: quia est adiectiuum indeclinabile, per regulam: Adiectiua trium &c. Et significat præfens cū uerbo sum. Aliquando est efficax. Celsus lib. 6. Neq̄ medicamentum præsto est. Pseudo, id est, false nullius generis, quia extra compositionem non reperitur, ut pseudopropheta. &c. Phonaico nunq̄ reperitur: sed phonaicus, pro magistro uocis. Soluendo gerundium est, nullius generis, figurate omnibus tanq̄ adiectiuum iunctum, pro sufficiente ad soluendum. Fabius: Pauperi soluendo non sumus.

Pellio,
Restio,
Præsto,

Pseudo,

Soluendo,

Vc neutra, d uel l t; sed hæc dabit halec

Aut hoc: sol, mugil dant hic, ut sal, quod & hoc uult.

Nomina definitiua in u, c, d, l, t, sunt neutri generis: ut cornu, gelu, lac, quid. Tribunal, sedes iudicis. Triental, mensura. Et dicitur etiam triens. Bidental, aliquid ictum fulmine. Toral, uentis qua torus ornatur. Horati⁹. Ne turpe toral, ne sordida mappa. Ceruical, pul uinus qui capiti aut ceruici supponitur. Sic animal, uetrigal &c. mel, fel, subtel pro cauo pedis. Nil, nihil sine c, quia fiunt a nihilum, & hoc a ni pro non, & hilum, i. nigrum fabæ, & quiduis nullius pretij. Lucullius: Neque proficis hilum. Sil filis, caruleum in metallis apud Plin. lib. 33. ubi de hoc multa dicit Hermolaus. Caput, sinciput, occiput, & quæ nō de clinantur git & frit. Est autem git herba & legumen. Plin. lib. 20. Cit ex Græcis, alijs melanthion, alijs melaspermon uocant, optimum q̄ excitatissimi odoris & q̄nigerrimum. Frit teste Varrone in re rustica dicitur illud in summa spica iam matura, quod est minus q̄ granum. Sinciput, est anterior pars capitis. Occiput, uero posterior. Interciput apud latinos nō legitur. Excipiuntur a regula pauca: Nam halec tam feminini q̄ neutri est pro pisce qui sola aqua nutritur, & pro quodam liquamine ex intestinis piscium. Martialis: Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecem, sed quam protinus illa uorat. Plin. Halec imperfecta nec colata. Diminutiuum apud Columellam est halecula. Horat. 1. lib. Ser. Ego fecem ptimus & halec. Primus & iuueni piper album. Secundo hoc liquamen etiam dicitur garum, galentyn. Antonius Nebrisenensis pro pisce per x literam solū feminino gñe, hæc halec dici debere asserit. ¶ Tor, quot, totidem, aliquot, q̄tq̄ & idē significans quotcunq̄, adiectiua sunt omnis generis, per regulam: Adiectiua trium &c. Quid substantiuum est, quod adiectiuum: sed de hoc alias. Tor & totidem, id est, tam multi. Quot, q̄ multi. Aliquot, id est, aliquantum multi. Hic sol, mundi oculus. Mugil, piscis capitosus, qui in metu abscondito capite, totum se occultari putat. Plin. lib. 9. Mugil & lup⁹ multo odio flagrant. Dicitur etiam mugilis. Iuuenal. Quosdam mæchos & mugilis intrat. Addunt strigil: sed melius dicitur strigilis. Sal nunc est masculinum, olim etiam neutru, ita docet Priscianus: Afranius uetustissimus: Quicquid loquimur sal merum est. Sic etiam ecclesiastici, sed eloquentissimos imitemur. Plini. Seruandis carnibus aptior est sal acer & siccus. Varro. Melior est sal fossilis, q̄ marinus. Colu. Sal candidissimus coniciatur in ur ceum. Luc. in. 10. Ac quoere osq̄ sales longo mitefcere tractu. Macro. 7. satur, capite ulti, id fieri sal mixtus corpori prohibet. Est enim natura siccus & calidus. Salina, locus ubi sal paratur. Salinum, uasculum cui imponitur sal. Vigil cuius generis? omnis: quia datur uiro & femina, per regulam: Quicquid utriq̄ datur &c. Est enim qui uel quæ uigilat. In obliquis neutris iungitur: ut uigili studio. Per eandem regulam sunt communis generis: Pugil, qui uel quæ pugnandi artem nouit. Præful, qui uel quæ præfuit, ut pontifex, Teren

Tribunal,

Triental,

Bidental,

Toral,

Ceruical,

Subtel,

Nil, nihil,

Nihilum,

Nilum,

Sil, Git, Frit,

Sinciput,

Occiput,

Halec,

Mugil,

Sal,

Vigil,

Pugil,

DE NOMINVM GENERIBVS.

tius: Si qua est paulo habitior pugilem esse aiunt. Macro. lib. i. Satur. Quia Iutta corporis præful est. Sedulius neutro iunxit dicens, ligno præful. Exul, qui uel quæ exulat, per eandem regulam communis generis est. Consul, dignitatis nomen, quia soli uiro dabit, masculinum est per regulam: Omne uiro soli, &c. Sic uetustissimum nomen famul, pro famulus. Proconsul, exconsul, ut consul. Nequam est omnis generis, per regulam: Adiectiua trium generum. Quia nequam est adiectiuum indeclinabile, id est inuulitil. Nequitia uitium cætera complectens. Quisnam sequitur quis &c. Totidem uero tot. Tandem neutrum est, ut tantum. Idem ut is. Quandocunq; posterior pars compositi genus non recipit, ut sunt syllabica adiectiones, & aduerbia, tum solum priorem partem aspiciamus.

An, in, on, maribus dantur: Sint neutra secundæ.

Hic aut hæc Python: Sîndon muliebris & Icon.

Nomina desinentia in an, in, uel on, masculina sunt: ut titan, id est sol. Ouidius de creatione mundi: Nullus adhuc mundo præbebat lumina titan. Azan, mōs Arabiz. Papini: Venit & idæis ulularibus æmulus Azan. Acarnan, populi nomē. Pæan, i. hymnus & Apollo. Delphin, piscis quidam & astrum. Delphinus & delphis idem. Agon, certamen. Dæmon, i. diabolus, interpretatur sciens. Excipiuntur a regula nomina in on, secundæ declinationis, quæ Latini plerunq; uertunt in um, & sunt neutri generis: ut colon, id est, membrum. Diatessaron de quatuor, quia quatuor uoces habet, & Diapason, musicæ artis symphonia constans ex quinque tonis, & duobus semitonis. Diafatyron, compositio quædam medicorum ad excitandam uenerem. Dialyton, i. dissolutum. Est figura, per quam plura sine coniunctione ponuntur. Talia sunt prope infinita, inter quæ est Pelion, nomen montis. Pæston & Iliion, oppidorum nomina, quæ Latini dicunt Pæstum & Ilium. Verg. 4. Geor. Biferiq; rosaria Pæsti. Idem alibi, Sub Ilio altro. Dicitur etiam hæc Ilios. Oui. Sed mihi quid prodest uestris dissecta lacertis Ilios. Barbiton, quod doctissimi quidam male putauerunt esse feminini generis. Hora. Lesboum relugit tendere barbiton. Aufonius in epigrammatis, Hoc genere & chordas & pleetra & barbita condo. Est instrumentum musicum, quod pulsatur pleetro, uel calamo, latine dicitur barbitum. Pro eodem dicitur hic uel hæc barbitos, uel barbitus, Sappho ad Phaonem, Nec facit ad lachrymas barbitos ulla meas. Mendose plurimi libri habent ibi barbiton. Horatius: Age dic latinum barbite carmen. Lesbio primum modulate cui. Hic masculinum est, ut apud Sidonium in Eucharistico: Te magne sacerdos Barbitus hic noster pleetro licet impare cantat. Sîndon, uel subtrilissimum. Marria. lib. 2. Quo tu, quo liber otiose tendis, Cultus sîdnone nō quoridiana. Icon, i. imago, feminini est teste Nestore. Dicitur etiam icona iconæ, & iconisima iconisimatis. Python uel phyton phytonis, serpens quidam, dubij generis est. Ouidius nanq; tumidum pythona dixit. Tibullus uero Delphica python, hoc de serpente plurimi intellegunt, sed quidam sine n pytho habent, quod aliud est. Sidon cuius generis est feminini, quia est urbis nomen, ut Babylon, Afcalon, Lacedæmon, Ancon, Croton &c. Urbium aut regionum nomina, ueluti etiam Salamin, Eleuſin, Trachyn, oppida. Iuuenalis, Ille tamen qualis redijt Salamine relicta. Quæ tamen secundæ sunt, neutra esse diximus, ut Iliion, quibus iungitur hebræum Man, i. manna, nec declinatur.

En neutrum pono, mas est cum pectine lichen,

Et ren, siue rien, atagen, splen, iunge Iyenem.

Nomen in en est neutrum. Flumen, i. fluuius. Fulmen, ignis ingenti uelocitate e nubibus decidens. Frumen, summa pars gulæ, per quam cibum lingua mittit in uentrē. Examen noua apum soboles, & stylus in statera uel in bilance. Et dicitur etiam æquamētū trutina, æquilibrium, libramentum, & ponitur pro æquamēto & iudicij inuestigatione.

Famul.
Nequam.

Titan.
Azan.
Acarnan.
Pæan.
Delphin.
Agon.
Dæmon.
Diatessaron.
Diapason.
Diafatyron.
Dialyton.
Pelion.
Pæstum.
Iliion.
Ilios.
Barbiton.
Barbitos.
Barbitus.
Sîndon.
Icon.

Python.
Sidon.
Babylon.
Salamin.

Flumen.
Fulmen.
Frumen.
Examen.

Rinc examino, as, id est, scrutor & inuestigo. Omen, diuinitio quasi ex ore sumpra, quasi
 oremen. Vergil. Quod dii prius omen in ipsum conuertant. Ominofus. i. qui omen fa-
 cit. Sic autem pulchre loquimur, Si pater obiret (quod omen deus auerrat) mendicandū
 mihi esset. Sic semen, nomen, solamen &c. Excipiuntur a regula pauca masculina. Pecten,
 licet Seruius crediderit esse neutrum. s. Aene. iam pectine pulsar eburno. Plautus namq;
 in captiuis, per pectinem dixit. Est autem pecten quo pectitur capillus, & quo crines per-
 cutiuntur, & cratis dentata ad colendam terram, & pubes, & piscis qui etiam pectunculus
 dicitur, & est instrumentum textorum dictum, q̄ fila in telis figat, & semper masculinū
 esse arbitror. Lichen. i. mentagra talis morbus. Martia. lib. ii. Nec triste mentum sordidi-
 ue lichenes. Ren siue rien, uiscus quoddam teu. dye nyere, diminutium renunculus. Ara-
 gen, usus sum figura syncopa imitatus Antonii Nebriffensem, quia aliter uerbum ingre-
 di nequibat. Nam recta scriptura est attagen gemino et secūda breui, & ultima producta,
 sic eundem & alios imitatus, hoc nomen Neuter, a, um, interdum dissyllabum feci cum
 sit trissyllabum, quia nullum nomen latinum eu diphthongum habet. Attagen igitur ma-
 sculini generis, aut epicæni sub articulo hic, significat autem quandam delicati saporis,
 ualde uocalem, sed capram mox obmutescentem. Hora. in epodo, Nam attagen ionicus
 iticundior. Dicitur etiam feminine attagena, & attages, is. Mar. Ionicarum guttus attage-
 narum. Hiero. in epistolis. Tu attagen ructas? Aliqui libri habent attagenem alij attagen,
 ut sit ab attage attages. Splen, & lien idem uiscus significant, teu. dye mylte. Lyenofus et
 spleneticus, qui male habet in splene. Seruius teste Sulpitio neutrum esse dixit, sed errat,
 ut opinor. Celsus. lib. 4. Splen in sinistra parte est intestino innexus, natura mollis & ra-
 rus, longitudinis et crassitudinis modicæ. ¶ Flamen cuius generis? Masculini, quia uxor
 eius et femina sacerdos dicitur flaminica. Da regulam, Esto genus uarium etc. Omne ui-
 ro soli etc. Dicitur flamen, quasi filamen a filo, quo cinctum caput habebat, Flamen dia-
 lis, id est, sacerdos Iouis, a dio, id est Ioue. Flamē Martialis. i. Martis Flamē Quirinalis, id
 est, Quirini siue Romuli. Flamen, pro flatu est neutrum. Cicero in arato. Interior pau-
 lo est paries et flamen ad austrum. ¶ Sunt ne alia in en sic masculina? Etiam, quia compo-
 sita a cano habent feminina per a, per regulam, Esto genus uarium etc. ut Fidicen, qui
 fidibus canit, id est, citharedus. Fidicina, citharistria. Tubicen, qui tuba canit, ut Tibi-
 cen, qui tibia. Cornicen, qui cornu. Lyricen, qui lyra. Lticen, qui litro. Oscen, qui canit
 ore. Horatius: Oscinem coruum prece suscitabo Solis ab ortu. Proprie de aue auspiciū
 ore faciente dicitur. Siticen, qui apud Sitos mortuus canit. Feminina tubicina, tibia
 et cætera. Hymen, nuptiarum deus, masculinum est per regulam: Omne uiro soli etc. O-
 nidius, Turpia famofus corpora iungit hymen. Dicitur etiam tenuis illa membrana, qua
 infantes aliquando nascuntur inuoluti, et est masculini generis, ut Bacchus pro uino.
 Nam illi rei præesse credebatur deus Hymen. Siren cuius generis? Feminini, quia puta-
 batur esse nymp̄ha marina pube tenus uirgo, reliqua parte corporis piscis. Et Sirenes fue-
 runt tres filæ Acheloi & Calliopes incolentes littus Siculum, Parthenope, Ligia & Leu-
 cofia. Hæc cætu dulcissimo nautas ad se allectos demerferūt. Dicitur etiam sirena, a. Hier.
 in Prof. Iosue: Et nos ad partiam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debem⁹
 aure pertransire. Siren itaq; refertur ad regulam: Esto femineum &c. Træzen, urbis no-
 men, feminini est, per regulam: Insula & urbs regio. Scribitur æ diphthongo. Seneca:
 An maris lati sinuosa Træzen. Papinius, diphthongum diuisit, dicens: Et quas uicina
 Troezen iungit opes. Incolæ dicuntur Træzenij, Dæmen, & Seben, sunt propria uiro-
 rum. Siren, capitur etiam pro quacunq; illecebra. Horatius: Vitanda est improba sirena
 Desidia.

Omen.

Pecten.

Lichen.

Ren.

Atagen.

Neuter.

Attagen.

Flamen.

Flaminica.

Fidicen.

Tubicen.

Tibicen.

Cornicen.

Lyricen.

Lticen.

Oscen.

Siticen.

Hymen.

Siren.

Træzen.

Ar petit hoc: Sed lucar auis cum baccare uult hæc,
 Nunc iubar hoc tantum poscit, iubar hic dedit olim.

DE NOMINVM GENERIBVS.

Lupanar.
Calcar.

Lucar.

Baccar.
Iubar.

Lar.
Cæsar.
Bostar.
Nar.
Par.

¶ Nomina in ar sunt neutra, ut lupanar, domus luparum. i. meretricum. Calcar. i. ferreus stimulus ad calcem alligatus ad urgendos equos. Et capitur pro quouis incitamento. Ouid. Excitat auditor studium, laudatq; uirtus Crescit, & immensum gloria calcar haber. Cochlear, quo sorbemus. Puluinar. Laquear. Torcular &c. ¶ Excipiuntur duo femina. Lucar, pro aue prima luce suauiter canente, si quicq; credimus Nouarienti. Sed Lucar pro erogatione quæ in lucis. i. fyluis idolorum cultui consecratis fiebat, est neutrum. Baccar uel baccaris, herba quædam sine aspiratione. bacchar cum aspiratione neutri generis, est uas uinarium quod baccharium quoq; & bacchium dicitur. Iubar, sol uel ipsius splendor, à iubis. i. radijs: nunc est neutrum, olim etiam masculinum. Ennius, Interea fugit albus iubar hyperionis cursum. ¶ Notanda sunt diligenter, per regulas generales nota, ut Lar, domesticus deus, & ipsa domus, ut bacchus uinum. Perius, Es modicus uoti, presso laure, dulcis amicis. Lares dicuntur esse plures. Cæsar, cognomè et imperator. Bostar, proprium uiri, pro stabulo apud ueteres nusquam inueni, licet Calepinus ponat. Nar, Arar, fluminum propria, satis patent. Par, adiectiuum. i. æqualis, est omnis generis, per regulam: Adiectiuarium. Sic compar. i. par, dispar, impar, lepar. i. non par. Par lubitantiue, est neutri generis. Cicero in Philippicis, Ecce tibi geminum in scelere par. Lucanus in sexto, Parq; suum uidere dei. Hora. ij. serm. Ludere par, impar, equitare in arundine longa.

Er petit hic: Terræ hoc fœtus (cucumer nisi) poscit.

Huber, iter, uerber, cancer ternæ, atq; cadauer,

Ver, spinter, tuber: Dabit hic aut hæc tibi lynter,

Vesper.

Papauer.
Lauer.

Cicer.
Sifer.
Cucumer.
Huber

Iter

Uerber

Cancer.

¶ Nomina in er, siue declinationis secundæ, siue terciæ, sunt masculini generis, ut anser, passer, ager etc. Sic uesper siue pro stella uespertina, siue tempore serotino, contra Alexandrum. Sulpirium, Calepinum, et plures asserentes inueniri neutro genere, sed nulla uetq; autoritate id probant, nec quirent ut opinor. Vergii, Deniq; quid uesper serus uehat. Statius. xij. Thebaidos, It lachrymis exempta dies, nec serus abegit Vesper, amant miseri lamenta, malisq; fruuntur. Hic pro tempore rectissime capitur. Est autem terciæ declinationis. Aufonius, Hæc ad te breuiter et ilico uesperis illius secuto mane dictaui. Celsus lib. iij. Quæ non inter meridiem et uesperem desinit. Vergi. Vespere ab arce confurgunt uenti. Plura dicam in tertio libro. ¶ Excipiuntur à regula quædam nomina terciæ declinationis neutri generis, ut fructus terræ significantia, ueluti papauer, herba semen soporiferum habens. Lauer, alia herba. Plinius uirum quandoq; in termino, quia subauditur herba, per regulam, Communis proprio. Laser, herba quædam & succus ex culmo laserpitij exudans. Cicer, quoddam legumè est superius acutum. Cicera & cicercula, sunt alia legumina. Sifer per s, in utraq; syllaba, herba cuius radicem olim nobilitauit Tiberius flagitans eam omnibus annis à Germania. Sic piper, zinziber, & si qua sunt similia. Cucumer, tamen masculinum est, uerum sæpius in nominatiuo cucumis legitur, herba quædam est. ¶ Neutra etiam sunt quæ sequuntur. Huber, mamma pecoris, aliquando etiam hominis, ut beata hubera quæ fuxisti. Ouid. Fertilior feges est alieno semper in agro, Vicinumq; pecus grandius huber habet. Etiam est hubertas. i. magna agri fertilitas. Vergi. septimo Aeneidos, Non uobis rege Latino Diuiris huber agri Troiaie opulentia deerit. Iter, sub quo comprehenditur synonymum. i. idem significans, itiner. i. iterum uel actus eundi: & aliqui uia. Hieronymus in lib. Nume. Auertit se de itinere, & ibat per agrum. Uerber, uerberandi instrumentum: nominatiuus singularis uix inuenitur. Uerbero, onis, uerberari dignum. Cancer, pro morbo quodam, terciæ declinationis, neutri generis est apud ueteres, quos non sequimur, ac Periscianus: Solent probare cancer neutrum esse, per illud Ouidij, Vtq; malum late solet immedicabile cancer Serpere, & illætas uitatis addere partes.

Sed nulla est probatio, quia hic malum est substantium cui adheret adiectiuum immedicabile, ut sit sensus: & ut cancer per appositionem malum immedicabile solet &c. Itaque potius cancer etiam terciae, secundum Priscianum uidetur esse masculinum, ut carcer, quod apud uetustissimos neutrum fuit. Cadauer, a cadendo, est corpus mortuum: & per similitudinem de alijs dicitur. Sulpitius Ciceroni: Tor oppidorum cadauera proiecta iacent. Hinc cadauerinus, ut cadauerinis odor. Ver. anni pars temperatior. Hinc uernus, ut uerni flores: Et uerno, id est, pullulo, cresco, & splendo atq; etiam cano. Plautus, Dum uicula uernant. Spinter, fibula mulieris, id est, uncus quo uestes nectuntur. Plautus, Scis quod hoc alit spinter. Armillam non esse spinter, patet ex Menæch. Est autem armilla brachij infigne. Vide Calepinum. Tuber priore longa, est terra callus: uulgo tartarus dicitur in Italia, teste Calepino, nomen habet a tumore. Martialis in xenijs, Rumpimus altricem tenero de uertice terram, Tubera boletis poma secunda sumus. Metaphoricos pro quouis tumore capitur: nec propterea dixerim esse adiectiuum, licet doctissimo cuidam ita uideatur. Terentius, Tuber est torum caput. Ouidius decimo meta. Immodico prodibant tubere tali. Tuber priore breui arboris nomen femininum esse opinor, pro pomis illius arboris masculinum est. Suetonius in Domiciano: Oblatos tuberes seruari iussit in crastinum. Martialis in xenijs: Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et uernæ tuberes quid tibi cum libycis? Antonij duo, Nebrisenfis & Sabellicus, credunt hic tuberes esse feminini generis, at falli uidentur, quia uernæ hic adiectiuum non est, sed substantiuum plurale ab hic uerna, ut per appositionem figurate dicamus, Tuber uerna, id est, domi nostræ natus, non ex Africa allatus. Concinit mihi Domitius, licet exponat uernæ per femininum, domi nostræ nata, quum nati dixisset. Aliter docui in uerificatoria: sed hæc magis placent. Ruder & iuger, barbara sunt: latine dicimus rudus & iugerum, quæ postea patebunt. Lynxer, nauicula, rectius femininum est. Liuius libro sexto ab urbe condita: iam in altum expulsa lyncere. Tibul. lib. secundo: Ire solebat Exiguus pulla per uada lyncer aqua. Etiam est lignum cauatum, quæ nauia dicitur, qua in uindemijs rustici uti solent. Mater cuius generis? feminini, quia soli femininæ datur, ut mulier, quod de homine solo dicitur. Femina etiã de bestijs, ut femina piscis, datur regula: Esto femineum &c. Pauper cuius generis? communis in nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo: in reliquis etiã omnis generis. Da regulã: Quicquid utriq; datur. Et, Adiectiua trium &c. Talia sunt quatuor, pauper, degener, huber, puber. Pauper, qui paupere habet. Lucanus in .x. Pone duces priuos, & nomina pauperis æui. Papinius, Pugna est de paupere regno. Vergi dixit, Pauperis & tuguri. Hinc paupero, as. i. paupere facio. Plaut. Boni uiri me pauperant, improbi alunt. Degener, ignobilis, ignauus, timidus, non sequens uirtutem suorum maiorum. Verg. iiii. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. Luca. in primo: Degenerem patiere togam. Degenero. i. a genere desisco. Hierony. Frumenta in Iolium auenamq; degenerant. Huber, i. fertilis, uel abundans. Lactan. Ecclesiæ pastos hubere lacte sine. Lucre. in sexto, Sequitur grauis imber & huber. Caro, Res huber fuit. Hoc etiam in recto neutrum est. Taci. Rari imbres, huber solum: exhuberant fruges nostrum ad morem. Hubertas. i. abundantia & fertilitas. Hubertim, abundanter. Exhubero. i. abundo. Vergi. Pomisq; exhuberant annus. Huber substantiuum patuit. Inhuber, non huber. Gel. Inhuberes & incultæ quidem marcesq; essent. Puber, maturus ad generandum. Dicitur etiam hic & hæc pubis. Sallusti. Puberes omnes interfici iubet. Philadelphus, Superas annos iam puberis æui. Impuber uel impubis, ad generandum immaturus. Pubes, crinis circa genitalia. & ipsi puberes, ut iuuetus ipsi iuuenes. Campestier, est masculinum, quia prima uox adiectiui, ut syluester, & cætera declarata circa regulam: Esto genus uarium &c.

Ir iunges maribus: neutri generis tamen est hir.

Nomen in ir est masculinum, ut Abaddir, lapis, quem Saturnus dicitur deuorasse. Sic

Cadauer.

Ver
Spinter.

Tuber,

Lynxer

Pauper

Degener.

Huber

Puber,

Abaddir

DE NOMINVM GENERIBVS.

Hir.
Pyr.
Martyr.

uir, & gentile Treuir. At Hir. i. uola manus est neutrum. Pyr. i. ignis, neutrum est, sed Latini non utuntur, ideo omisi. Martyr communis generis est, quia uiro & feminae datur, per regulam: Quicquid utriq; &c. ut Paulus martyr, Hagne martyr. Est autem martyr testis: martyrium, testimonium. Verissimus Christi testis est, qui propter illum libens moritur. Protomartyr, primus martyr.

Hic dat or: hęc arbor, cor adorq; hoc, marmor, & æquor.

Moror.
Rumor.
Fulgor.
Arbor.

Nomen in or masculinum est, ut Moror, uehemens dolor. Rumor, populi sermo: Rumor est te amare. i. populus dicit q; &c. Fulgor. i. splendor. Sic amor, albor, dulcor, ualor, &c. Vnicum est fœmininũ arbor, cuius diminutiuum est arbuscula. Arborator. i. arborum putator & frondator. Arboreasco, arbor fœo. Arbustum, ubi multæ sunt arbores. ¶ Duo etiam fœminina sunt, per regulam: Esto fœminicum etc. quia solis fœminis dantur: quæ sunt Soror: unde Sororius. i. maritus sororis, uel aliquid ad sororem pertinet, ut oscula sororia. Vxor, uiri coniunx: diminutiuum est uxorcula, ut sororcula. Vxorius, ad uxore pertinet, uel aliquis uxori nimium deditus. ¶ Quatuor sunt in or neutra. Cor, fons, & radix uitæ: diminutiuum est corculum. Cordatus, prudens. Cordolium, commiseratio, quasi dolor cordis. Plaut, Mihi cordolium est. Ador, frumentum quoddam: unde adorea uel adorea, laus bellica. Marmor, genus lapidis. Marmoreus, a, um, quod ex marmore est, ut sepulchrum marmoreum. Marmoratus, a, um, quod superficiem tantum ex marmore habet, ut marmorata domus. Aequor. i. mare: aliquando etiam campus aut aer. Nã proprie dicitur superficies rei, ab aqua, cui æqua superficies est, quum non fluctuat. Aequoreus. i. marinus. ¶ Senior cuius generis: cõmunis: quia est prior uox adiectiui, ut multa alia, ueluti hic & hęc senior, & hoc senius: hic & hęc doctior, & hoc doctius. Sic melior, dulcor &c. per regulam: Esto genus uarium &c. Senior tamen frequentius masculinum est. Corne, celsus lib. quinto, Corpora seniora tentantur. Plin. lib. xi. de apibus dixit, Seniores intus operantur. Seneca in Hippolyto, Fama miratrix senioris æui. Ambrosius, Ut fides astrueretur exemplo senioris fœminæ. Varro in posituo dixit, Et tua amica senex. Comparatiua in or, olim fuerunt neutri generis, teste Prisciano. Id iam exoleuit.

Soror.
Vxor.
Cor.
Ador.
Marmor.
Æquor.

Senior,

¶ Author cuius generis: communis, quia datur uiro & fœminæ, per regulam, quicquid utriq; datur. Nam author sine c cum aspiratione, est factor aut factrix, Græce authentes dicitur, ut poeta est author carminis. Eua est author miseræ nostræ. Deus est author mû di. Author etiam est, qui suadet aut persuadet potius, ut author deditiois, & promissor, & propugnator siue defensor: author item cui quis fidem habet. Hinc authoritas, multo plura dicit Calepinus. Libèrius dixero cum Macrobio in lib. iij. satur. Natura huius fabricæ author & nutrix, q; cum sanctissimo eodemq; doctissimo Aurelio Augustino, Authrix peccati Eua, Authrix meriti Maria, Et diuo Hieronymo: ueneremur salutis authricem. Reclamat frustra Calepinus. Mundi lumina fuerunt, & uiri sanctissimi, mysteriorũq; diuinorum doctissimi, quorum non fuisset digni corrigiam calceamenti soluere, ergo semper fuerunt latinissimi: Mendose colligis, inquit Stoicus, hic aurenti mordaci lotus aceto. Auctor, qui auget, latinum est masculini generis, quia fœmininũ est auctor. Prius auctor etiam figurate neutris iungitur. Lu. in quinto, Italiam si cælo auctore reculas. Vergilius in. x. Aenei. Italiam petijt fatis auctoribus esto. Philel. & Lancilotus refragârur mihi in orthographia huius dictionis, qua de dicam alibi. Sunt qui dicant senator, balneator, & actor pro recitatore ac oratore, item aleator esse communis generis, inter quos cum Seruio est Sulpitius, licet Petronius ulurpatuæ balnearicem dixit. Item communis generis, sunt per regulam, Quicquid utriq; datur &c. uerbalia in for non facientia. f. mi nina in trix, ut Sponfor, qui uel quæ spondet. Intercessor, qui uel quæ intercedit &c. Ouidius, Sponfor coniugij stat dea picta sui. Mapheus, Virgo intercessor nostra fer ante deũ. Sic possessor &c. licet de fœminis raro dicantur, ut Rhetor, quod etiam gũs cõmunis esse dicunt. Pauca sunt fœminina in trix a uerbalibus in for, ut tonitrix, possitrix, assistrix.

Author.

¶ Author cuius generis: communis, quia datur uiro & fœminæ, per regulam, quicquid utriq; datur. Nam author sine c cum aspiratione, est factor aut factrix, Græce authentes dicitur, ut poeta est author carminis. Eua est author miseræ nostræ. Deus est author mû di. Author etiam est, qui suadet aut persuadet potius, ut author deditiois, & promissor, & propugnator siue defensor: author item cui quis fidem habet. Hinc authoritas, multo plura dicit Calepinus. Libèrius dixero cum Macrobio in lib. iij. satur. Natura huius fabricæ author & nutrix, q; cum sanctissimo eodemq; doctissimo Aurelio Augustino, Authrix peccati Eua, Authrix meriti Maria, Et diuo Hieronymo: ueneremur salutis authricem. Reclamat frustra Calepinus. Mundi lumina fuerunt, & uiri sanctissimi, mysteriorũq; diuinorum doctissimi, quorum non fuisset digni corrigiam calceamenti soluere, ergo semper fuerunt latinissimi: Mendose colligis, inquit Stoicus, hic aurenti mordaci lotus aceto. Auctor, qui auget, latinum est masculini generis, quia fœmininũ est auctor. Prius auctor etiam figurate neutris iungitur. Lu. in quinto, Italiam si cælo auctore reculas. Vergilius in. x. Aenei. Italiam petijt fatis auctoribus esto. Philel. & Lancilotus refragârur mihi in orthographia huius dictionis, qua de dicam alibi. Sunt qui dicant senator, balneator, & actor pro recitatore ac oratore, item aleator esse communis generis, inter quos cum Seruio est Sulpitius, licet Petronius ulurpatuæ balnearicem dixit. Item communis generis, sunt per regulam, Quicquid utriq; datur &c. uerbalia in for non facientia. f. mi nina in trix, ut Sponfor, qui uel quæ spondet. Intercessor, qui uel quæ intercedit &c. Ouidius, Sponfor coniugij stat dea picta sui. Mapheus, Virgo intercessor nostra fer ante deũ. Sic possessor &c. licet de fœminis raro dicantur, ut Rhetor, quod etiam gũs cõmunis esse dicunt. Pauca sunt fœminina in trix a uerbalibus in for, ut tonitrix, possitrix, assistrix.

Auctor.

Verbalia in
for.
Sponfor.
Intercessor.
Rhetor.

¶ Author cuius generis: communis, quia datur uiro & fœminæ, per regulam, quicquid utriq; datur. Nam author sine c cum aspiratione, est factor aut factrix, Græce authentes dicitur, ut poeta est author carminis. Eua est author miseræ nostræ. Deus est author mû di. Author etiam est, qui suadet aut persuadet potius, ut author deditiois, & promissor, & propugnator siue defensor: author item cui quis fidem habet. Hinc authoritas, multo plura dicit Calepinus. Libèrius dixero cum Macrobio in lib. iij. satur. Natura huius fabricæ author & nutrix, q; cum sanctissimo eodemq; doctissimo Aurelio Augustino, Authrix peccati Eua, Authrix meriti Maria, Et diuo Hieronymo: ueneremur salutis authricem. Reclamat frustra Calepinus. Mundi lumina fuerunt, & uiri sanctissimi, mysteriorũq; diuinorum doctissimi, quorum non fuisset digni corrigiam calceamenti soluere, ergo semper fuerunt latinissimi: Mendose colligis, inquit Stoicus, hic aurenti mordaci lotus aceto. Auctor, qui auget, latinum est masculini generis, quia fœmininũ est auctor. Prius auctor etiam figurate neutris iungitur. Lu. in quinto, Italiam si cælo auctore reculas. Vergilius in. x. Aenei. Italiam petijt fatis auctoribus esto. Philel. & Lancilotus refragârur mihi in orthographia huius dictionis, qua de dicam alibi. Sunt qui dicant senator, balneator, & actor pro recitatore ac oratore, item aleator esse communis generis, inter quos cum Seruio est Sulpitius, licet Petronius ulurpatuæ balnearicem dixit. Item communis generis, sunt per regulam, Quicquid utriq; datur &c. uerbalia in for non facientia. f. mi nina in trix, ut Sponfor, qui uel quæ spondet. Intercessor, qui uel quæ intercedit &c. Ouidius, Sponfor coniugij stat dea picta sui. Mapheus, Virgo intercessor nostra fer ante deũ. Sic possessor &c. licet de fœminis raro dicantur, ut Rhetor, quod etiam gũs cõmunis esse dicunt. Pauca sunt fœminina in trix a uerbalibus in for, ut tonitrix, possitrix, assistrix.

Rhetor. qui uel quæ scit rhetoricam, & eam proficitur. Memor cuius gñis: omnis in singulari, per regulam, Adiectiua trium, in plurali, per regulam. Quicquid utriq; datur. Verg. in. Aenei. Iuttung; memorq; precatur. Idem in. ix. Nulla dies unq; memori uos eximer æuo. Memor, qui recordatur. Aliqñ etiam passiuæ, ut memorem lunonis ob iram. Immemor, qui non meminit. Difcolor cuius gñis: omnis, quia sub una terminatione omni generi conuenit, ut difcolor pannus, difcolor uestis, difcolor agmen. Ouid. in. amoz. Et uolar admissis difcolor agmen equis. Plinius litora uersicoloria dixit. Idem, Intus omne ouum est bicolor, Gelli. lib. xi. Tunica muliebris indutus & pallio uersicolore, Difcolor, diuersi coloris. Concolor, eiusdem coloris, Aues concolores una uolant. Unicolor, unius coloris Bicolor, duoz; colorum. Sic tricolor &c. Multificolor, multoz; colorum, Versicolor, uarij coloris. Decolor, mali coloris. Item per eandem regulam omnis generis sunt quædã a corpore composita, ut Bicolorpor, habens duo corpora, sic Tricolorpor. Verg. in. Iexto, Et forma tricolorporis umbræ. Bitempor, excor, & similia a barbaris facta sunt, latine dices bitẽ porcus excors &c. Item per eandem regulam omnis gñis sunt a decus. i. honor deducta, ut Indecor & Deducor. i. inhonestus, qui nominatiuè rarissime leguntur. Papinius, Pro funere pulchro Deducoram amplexi uitã reditusq; pudendos. Verg. xi. Aenei. Non tamen in decorem tua te regina reliquit. Hic Seruius dicit nominatiuũ non reperiri. Priscianus deducit hæc a uetustissimo adiectiuo, hic & hæc & hoc decor, genitiuo huius decoris, penultima breuitate, i. honestus. Neuius apud Priscianũ, Decoremq; ditem duxerant. Verius est iam bicus dimeter, primus pes decor est Anapæstus. Hinc decor decoris penultima longa, pulchritudo. Liquor, res naturaliter fluens, ut aqua, uinum, oleum. Masculini generis est color, olim etiam femininum, quod non sequimur.

Memor.

A Color.
Difcolor.
Concolor.
Versicolor.
Decolor.
Bicolorpor.
Tricolorpor.A decus
Indecor.
Deducor.

Decor.

Hoc dat ur; hic fuffur capiet cum uulture turtur.

Nomen in ur est neutri generis, ut Murmur, leuis aquæ strepitus, licet metaphoricè pro quouis strepitu capiatur. Hinc murmuro, as, murmurillo, as. i. murmuro. & murmurillum. i. murmuratio. In euangelio Iohannis, masculine legitur, Murmur multus de eo erat in turba. Valla ait, Imitatus est interpres græcos, apud quos nomen idem significas, masculinum est, nobis autem murmur tantum sit neutri generis, ut guttur, quod Plautus ut imperitus sermo petulantis serui spectantibus risum excutiat, masculine in Aulularia protulit. Et ne obturet guttur in inferiorem. Sic carcer neutrum, & papauer masculinum repertum, quorum nihil imitabimur. Guttur, est fistula colli. Guttus, est uasculum superne angustum, unde liquor guttatim effunditur. Mamphur, lignum medicis longitudo rotundum, quod loro circunvolutum circumagunt fabri in operibus tornandis, cyn dreyholt. Tria excipiuntur a regula masculini generis, Furfur, purgamentum farinae. Serenus, Additur excusius niuea simlagine furtur. Et est nomen auis, si Calepino credimus. Nunq; est feminini, aut neutri gñis, contra indoctos multa effutientes, nihil probantes. Pro capitis morbo melius pluraliter tantũ furtures dicimus. Furtureus ex furture, ut furtureus panis. Vultur, auis rapax & carniuora, quæ etiam uulturis & uulturis dicitur. Ennius, Vulturis in syluis mifer; mandebat homonem. Catull. Lingua exerta auido sit data uulturio. Turtur, siue piscis, siue uolucris, pro pife non occurrit mihi testimoniũ aliud q; grammaticoz; græcè dicitur paltinaca & trigon, in cuius cauda stat radius præsentissimi ueneni. Pro aue, Sappho ad Phaonẽ, Et niger a uiridi turtur amatur aue. Sic Iuue. Cariturus turture magno. Seruius & plures putat dubij gñis esse, & femininũ reperiri apud Verg. in Buc. dicentem, Nec gemere aerea cessabit turtur ab ulmo, ut sit aerea turtur, sed fallitur, quia melior uersus, & est sensus, ut aerea ablatiuus sit pro alta, & ponatur quemadmodum legimus quercus & cyparissos aereas. Idem. in. Aenei. Aereæ quercus aut coniferæ cyparissũ. Martia. Daphnonas, platanonas, & aereas cyparissos. Quod uersus melior sit in sensu nostro, patet ex his, quæ in uersificatoria de cæsuris diximus. Ambrosius in feminine proptus turtur, aut cũ seruo deceptus, aut per regulam, Cõmunis

Murmur.

Guttur.
Guttus.
Mamphur.Vultur.
Turtur.

DE NOMINVM GENERIBVS.

Satur. proprio etc. magis commune auis subaudiens, Turtur ubi iugalis proprii fuerit viduata, pertasa thalamos et nomen habere coniugij, eo quod primus amor fetellerit eam.
Cicur. ¶ Satur cuius generis est masculini, quia est prima nox adiectiuu, per regulam, Esto gen^o uarium etc. Satur, satura, saturum, i. cibo plenus. Terentius, Cum satura atq; ebria eris, puer ut sit satur. Satur etiam est abundans et fecundum, ut rus saturum. Hinc satias, et saturo, as, atq; quod uetus est satio. ¶ Cicur cuius generis est omnis, ga sub una uoce adiectiuu est, per regulam. Adiectiuu trium, i. mire et mansuetum, ut cicur ingenium, cicur bestia.
Astur. Cicuro, as, mansuetacio. ¶ Astur cuius generis est masculini. Nam fa minimum est Asturica, per regulam. Esto genus uarium. Astur namq; est aliquis ab Asturia ciuitate Hispania, ut cquis astur i. asturco, siue gradarius. Anxur, oppidi nomen patuit. Insula et urbs regio etc. ¶ Fur cuius generis est communis generis, quia datur uiro et foeminae. Nam fur, est q uel quae furat, p regulam, Quicqd utriq; dat. Hinc bifur et trifur, i. summe fur. Aurifur q furatur aurum. Diminutiuu est furcul^o & furiculus. Fur, etiam seruu significat. Ver. Quid domini facient, audent cum talia fures. Per eandem regulam communis generis sunt Ligur et augur. Ligur, qui uel quae ab Liguria regione Italiae est, et pro eodem dicitur lig^o.
Ligur. Perlius, Mihi nunc ligus ora intepet. Possessiuum est ligusticus et ligustinus. Augur, qui uel quae futura coniectat, proprie ex auium garritu, talis diuinatio dicitur auguriu. Et uerbum auguror, i. diuino. Pro foemina. Papini. Sit augur casta futuri. Hora, in quarto carmi. apud Priscianum, Nisi fallax augur annosa cornix. Sæpius de uiris dicitur. Nã augurum Romæ fuit collegium.

As petit hæc; neutrum est uas uasis, fasq; nefasq;

Atq; ceras; uult as hic assis, ut omnia primæ

Nomina, quis addes adamas, elephas, acragasq;

Charitas.
Caritas.
Facultas.
Vas, fis.
Fas. Nefas.
Ceras.
As.
Boreas.
Satanas.
Tiaras.

Tiara.
Pharias.
Adamas.
Elephas.
Acragas.
Mas

¶ Nomen in as est foeminini generis, ut Charitas cum h. i. dilectio. Caritas sine h id est, pretiositas, nec dicitur caritita latine. Tul. Ex tanta caritate annox subito tanta uilitas facta est. Facultas. i. possibilitas, ars, possessio. ¶ Excipiuntur a regula quatuor neutra. Vas, quando genitiuus est uasis, quod continet aliquid. Vasculum, paruum uas. Fas, licitu. Nefas, illicitum, nec fiectuntur. Iuuen. Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si u uenis uetulo non assurrexerat. Ceras adis, teste Prisciano cuiusdam loci nomen. Masculi na uero sunt, As assis. i. libra, duodecim uncias continens, græce mna dicitur, quod uocalis interiectu mina pronuntiat Latini. Accipitur pro nummo, et pro rota possessione, ut hæres ex asse. i. tota possessio. Masculina etiam sunt omnia primæ declinationis nomina in as, ut Boreas, uetus qui et aquilo dicitur, sed ex generalibus noscitur. Satanus, demon, Tiaras, capitis ornamentum, quo reges sacerdotesq; utebantur. Ver. Sceptrumq; sacerq; tiaras. Dicitur etiam foeminino genere hæc tiara. Iuuen. satyra. 6. Et Phrygia uestit buccatiara. Pharias, serpentis nomen. Luca. Et contentus iter cauda sulcarum pharias. His iunguntur Adamas, lapillus pretiosus. Diamas, barbarum est, licet quidam usurpant. Iuuen. Adamas notissimus &c. Elephas, maximum animal, & sæpius a Latinis in secunda declinatione elephantus dicitur. Lucan. Nec tutus spatium est elephas. Acragas, pro monte et si militer pro oppido, hoc satis patuit ibi: Insula, & urbs &c. ¶ Mas cuius generis masculini generis, quia soli uiro datur. Nam mas. i. uir, per regulam. Omne uiro soli. Mulier mari si milis dicitur mascula, mascula Sappho. Item masculus, a, um, adiectiuum est, ut mascula bilis. i. uirilis ira, mascula uirtus &c. Per eandem regulam masculina sunt: Gigas, garamas, uas, abbas. Gigas, uir altissimæ staturæ. Garamas, populi Libyci nomen: termina dicitur garamantis, idis: sic a Gigas si opus fuerit, pro foemina gigantantis, idis, recte dixeris. Vas, dis, fideiussor. Cicero: Vas factus est alter. Proprie in re capitali dicitur: aliquando de quocunq; fideiussore. Horatius: Ille datis uadibus qui rure extractus in urbem est. Abbas,

Gigas.
Garamas.
Vas, dis.
Abbas.

interpretatur pater. Atlas, gigantis nomen, qui fingitur fulcire cælum humeris, masculi-
num est per regulam: Omne uiro foli. Nec pro monte in quem conuersus esse fertur, alte-
rius generis est: nec ite ꝑ metaphoricum significatu, ut Atlas est apud doctissimos masculi-
lapidus, structuram in ædificiis humeris sustentans, ut Atlas ille cælum. Optimas, pri-
mas, summas, & pauca alia rarissime singulariter reperta, communis generis sunt, ut no-
mē gentile Arcas, per regulam: Quicquid utriq; datur. Plaut. in Cist. Summates matro-
nas. In Politiano matronæ optimates. Apul. quarto de Assi. Summatem regiōis puellā.
¶ Arpinas cuius generis: omnis, quia est sub una uoce adiectiuum. Da regulam: Adiectiuum
trium &c. Arpinas, id est, arpini oppidi Italici incola, uel ad arpinum pertinens. Sic adie-
ctiua sunt familia, ueluti Aquinas ab aquino, Bergomas a bergomo, Rauennas a Rauen-
na, Sarfnas a sarfina, Priuernas a priuerno, Fidenas a fidenis, & sunt oppida Italia. Sic
Virbinas, Capenas &c. Sic nostras, id est, aliquis nostræ gentis uel sectæ. Ab Alpibus mō-
tibus altissimis non Alpinas atis usquam legitur: sed Alpinus, a, um. Ouidius: Exigis Al-
pino Roma sub hoste iacet. Cuias atis, interrogatiuum gentilitium: similiter omnis gen-
eris est. Olim dicebant hic & hæc Arpinatis & hoc Arpinate: nūc sic loquimur: Cicero
Arpinas, Plautus Sarfnas, Iuuenalis & Thomas Aquinas, res Arpinas, iter Arpinas &c.
Cicero ad Atticum li. ultimo: In quo flexus est ad iter Arpinas. Idem ad Cælium Nostra
tia uerba dixit. Et alibi, in Arpinati prædio. Idem: Ut ueni in Arpinas, subaudi prædiū.
Plinius lib. 14. Priuernata uina dixit. Lucil. autem oleum castinas dixit. ¶ Nomina prædi-
orum prope aliquod oppidū, ex nomine possessio illius oppidi in neutro genere figu-
rabantur: ut Tusculanum, Albanum, Cumanum, Formianum, Arpinas &c. Nugas, teste
Priscian. & Phoca, adiectiuū est ois gnis indeclinabile, idē significans quod nugax & mē-
dax, da regula: Adiectiua triū. Hierony. in Sophonia: Nugas qui a lege recesserant, cōgre-
gabo. Sæpius legit nugax. In libro Sapientia: Tanq; nugaces æstimati, sumus ab illo.

Atlas.

Arpinas.

Cuias.

Aquinas.

Priuernas.

Castinas.

Arpinas.

Nugas.

Es sit fœmineum; tudes hic uult, poples, & ames,

Pes, aries, paries, palmes, cum limite, stipes,

Et fomes, trames, termes, cum gurgite, cespes,

Et uerres, merges, quibus addito græca, diesq;

Tempore pro certo: cum prole, dat hæc ita raro.

¶ Nomen in es fœminini generis, ut Apes, bestiola nota. Apiarius, qui apes habet, aut
custodit. Apiarium. i. aluicarium, uas in quo apes mellificant. Dicitur etiam hæc apis: At
hic Apis idis, est nomē ethnici dei, & significat bouem quem colebāt Aegyptij, quos imi-
tari uolentes peruerli ludæi, conflauerunt sibi uitulum. hoc pertinet ad regulam, Omne
uiro foli &c. Moles, id est, magnitudo. Verg. Tantæ molis erat Romanam cōdere gen-
tem, id est, tam difficile. Proles, filius aut filia. Cædes interfectio. Sedes, id est, sedile. Ru-
pes, altus & præruptus locus. Tudes, stipes quo nauis truditur. Sic teges, leges, res, speci-
es. Compes, pedum uinculū, in heteroclitis declarabitur, quia raro singulariter legitur.
Excipiuntur a regula quædam in es nomina masculini generis, ut tudes a Badio ante me
notatum, id est malleus, a tundendo dictus, & priorem corripit, ut uerbum eiusdem ori-
ginis tudito, n nancq; correptionis gratia abiecta est. Poples, curuatura sub genu. Ames
sine h, baculus quo sustinetur rete aucuparium. Pes, una pars corporis. Sub hoc compre-
hendūtur semipes, id est, dimidium pedis. Sesquipes, id est, pes & dimidium pedis. id nan-
q; Sesqui significat, ut sequihora. Sonipes & cornipes, id est, equus: sed natura adiectiua
sunt, ut bipes, tripes, quadrupes &c. Pes totum dicitur a femore ad calcē. Partes eius sunt
coxædix, siue coxa, femur, tamen, genu, poples, crus, sura, & calx, qui pes imus dicitur.

Apes.

Apis.

Moles.

Proles.

Cædes.

Sedes.

Compes.

Tudes.

Poples.

Ames.

Pes.

D N O M I N V M G E N E R I B V S.

- Calx**, est quod uulgo appellatur pes. Et calcaneus uel calcaneum, est id quod uulgo calce dicitur. **Aries**, masculus ouium, & quoddam instrumentum bellicum. **Paries**, murus domus ex quacunque materia. **Palmes**, ramus uitis. **Limes**, lignū aut lapis agros distinguēs, & quicunque terminus. **Hinc limito**, as, id est, terminus. **Stipes**, iustus terræ defixus, & quicunque baculus. **Fomes**, id est, nutrimentum, a fouendo dicitur, ut unum est fomes libidinis. **Luca. in. 8. Excitat inualidas admoto fomite flamas. Trames**, uia uel trāstrus a trāfmeo. **Termes**, surculus arboris. **Gel. li. 3. Palma** termes ex arbore cum fructu auulsus, spadix dicitur. **Horatius**: **Arminat** & nunquam termes pallentes oliuæ. **Termes**, pro uermiculo nusquam capitur. Nam apud **Seruium** in illud primo **Geor.** Aut tempestiuam syluis euertere pinum, dicentem: **Importuno** tempore arbores cæ sæ cito termites faciunt, mendum est utio librariorū. **Termires**, pro terebīnes: ut alibi **oredones** pro unedones: **Autor** mihi est **Antonius Nebriffensis**. **Gurges**, profundus in flumine locus. **Ouidius**: **Casus** ubiq; ualeat, semper tibi pendeat hamus: Quo minime credis, gurgite piscis erit. **Gurgito**, as, deuoro, impleo. **Hinc egurgito** & **ingurgito**. **Cespes**, fructum terræ graminoisæ. **Cespititius**, ex cespite: ut scdile cespititium. **Verres**, porcus non castratus: nā castratus, dicitur maiialis. **Sic differūt aries**, uerue: equus, cantherius, & quod non semper obseruaf, hircus, caper. **Merges**, manipulus spicarum. **Ver. 2. Geor.** Cerealis mergite culmi. **Etrant**, qui genitium per secundam uocalē mergetis efferunt. **At mergæ**, arii, sunt furculæ, quibus acerui frugum fiunt. **Mergus**, aus aliduo se mergens. **Mergulus**, i. emunctoriū. **Mergus oris**, i. stula. ¶ **Masculina** quoque sunt noia græca, ut **planetes**, **prophetes**, **cometes**, **sophistes**, **priamides**. **Bootes**, sidus cæleste, interpretatur **bubulcus**, alio nomine **arctophylax**, potest esse **Calepino** etiam per secundam fleciti, asserente etiam **boonus** booti dici. **Zelotes**, uehementis amator & æmulus. **Argestes** & **Apelioretes**, uentose nomina sunt. **Achates**, **pyrites**, **ophites**, pretiosorum lapillorum nomina sunt: quæ & alia si femina legantur, hoc est per regulam: **Communis** proprio, quia intelligitur gemma. ¶ **Tertiae** declinationis in es græca sunt, etiam non pauca: ut **Magnes** nomen lapilli ad se ferrum trahentis. **Magnes**, etiam est incola **Magnetis** regionis **Macedoniae**: & solum masculinum est, quia femina dicitur **Magneta** uel **Magnetis**, tidis. **Horatius**: **Magnesam** hippolyten dum fugit abstinentis. **Medea** ad **Iasonē**: Cur unquam colchi magnetida uidi mus argo. **Cres**, id est, **Cretensis**, solum masculinum quia femina dicitur **cresta**. **Tibul. Phæbo** gratissima dona **Cres** tulit, id est, **Dædalus** in **Creta** semper moratus. **Ver.** **Cressa** genus **pholoe**. **Lebes** lebetis, uas æneum in quo res bulliunt. **Ouidius** in epistola **Bryseidis**: **Addidit** & fuluos operoso ex ære lebetes. **Bebelius** & **Calepinus** male credunt **fæmininum** esse in **Ezechie. ca. 11.** **Hæc** est lebes, uos autem carnes: quia hæc urbs, non hæc lebes, uera constructio est, ut liquet capitulum per legenti: ubi etiā dicitur: **Hæc** non erit uobis in lebetem, & uos non eritis in medio eius in carnes. **Accusatiuus** hunc lebeta: unde fit nomen **primæ**, hæc lebeta: ut in **Paralip.** **Pacificas** hostias coxerunt in lebetis. **Tapetes**, etis, tegmen mire pictum uarijs coloribus, quo equi, mensæ, uel pauimenta sternuntur. **Papinius. l. Theb.** **Altoq;** inferre tapetas. **Dicitur** etiā hoc tapete, tis: uel tapetum, ti. **Dies** pro tempore certo, ut. 24. horarum, est tam **fæminini** q̄ **masculini** generis, teste **Nonio Marcello**: **sa** pius tamen masculinum: unde quarto **calendas** nonas uel idus, nō quarta, & melius **dominicus** dies q̄ **dominica**: & dies **hæternus**, q̄ **hæterna**. **Neutrum** tamen reprehensione dignum esse sentit **Nonius Pacuuius**: **Gnatam** despondit, nuptijs hinc dicit diem. **Vergilius** secundo **Aeneidos**: **lamq;** dies infanda aderat: hæc **Nonius**. **Addamus** aliquid. **Sillius lib. 6.** **Necdum** exorta dies pro exortus dixit. **Afinius Cice. libro. 16.** **Die** qua dragesima, in **fæminino** genere dixit, ubi manifeste tempus certum significatur. in plurali solum est masculinum, nisi forsitan apud **Tibullū** libro tertio: **Venit** post multas uia serena dies. **Nonnulli** libri masculini generis, multos, habent. **Ab hoc** fit **meridies**, i. diei medium, solum masculini generis. **Dies** pro tempore simpliciter, saepius **fæmininū**: unde **dicula** pro tempusculo. **Hinc bima**, **trima**, **quadrime** die, pro tpe biennij & c. usurpāt.

consulti. Tibullus: Longa dies homini docuit parere leones. Ver. 1. Aenei. Venit summa dies & ineluctabile tempus. Et in fine quinti: Quam nec longa dies pietas nec mitigat ulla. Hic dicit Seruius, pro certo tempore masculinum, pro incerto autem femininum. Sed Nonius Marcellus vult etiam simpliciter pro tempore aliquando esse masculinum. Turpilium in Pedio: Quando equidem amorem intercapedine ipse leniuit dies. ipsum tempus, ut ait Nonius. Circites circitis. i. circulus æreus, etiam est masculinum: carmen nostrum ingredi nequit. Sidonius in laudibus Narbonis: Quinto circite non ualens sequentem Pondus ferre prior rotabat axem.

Circites.

Hippomanes neutrum dabimus, uelut æs, cacoëthes.

Neutri generis sunt Hippomanes, & quod per æ diphthongū scribit æs, & cacoëthes. Hippomanes, uirus ab equa collectum, uel carūcula in fronte pulli equini hominē ad insaniam redigens. Hippos. i. equus aut equa: mania, insania. Ver. 3. Geor. Hic demum hippomanes, uero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine uirus: Hippomanes quod sæpe malæ legere noueræ. Non desunt qui dicant etiam esse herbā, quā gustata equi in furorem uertuntur. Aes quoddam metallū, Capis pro pecunia. Alienū æs, pecunia debita. Aereus, aheneus & aheneus, & æneus. i. ex ære factus. Ahenū, uas æneum. Cacoëthes, malus mos. Iuuenalis: Tenet insanabile multos Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit. Multa de hoc in uersificatoria dixi. Myrtites, uinum ex myrti baccarum succo confectum. Scyllites uinum ex succo scyllæ herbæ temperatum. Vnde scyllites, acetum apud Plin. li. 7. & myrtites uinū apud eundē li. 14. Hæc duo Nebriffensis uoluit esse neutri generis, quia inuenit in neutris uinū & acetum iuncta, sed fallit, quia hoc fit per appositionē, ut si dicat flumen Tiberis. Et Plin. in accō non myrtites, scyllites &c. dicit, sed myrtitem, helleboritem, aromatitem &c. ideo omnia sunt masculini generis: ut similia graeca. Plini. 14. cap. 15. Myrtitem Cato quemadmodum fecerit, hoc paulopost indicabimus. ¶ Præs cuius generis est masculini, quia de feminis dictum non inueni, per regulam: Omne uirō soli &c. significatio tamen non uidetur omnino a feminis abhorre-re, ut neq. in satelles & ueles, quæ masculina per eandem regulam solum inueni, nisi rarissime. Cicero secundo de fini. Voluptatum satellites & ministras. Hoc licet rarum sit, audebo sic loqui. præs cum æ diphthongo, id est, fideiussor in lite nummaria. Aufoni. Quis subit in pœnam capitali supplicio uas. Quis, cum his fuerit nummaria, quis dabitur? præs. Satelles, minister crudelitatis & apparitor. Satellitium, satellitum actio. Ueles, miles leuissime omnium armatus, qui ferentarius etiam dicitur. Et per trāslationem dicitur, qui uerbis altercatur. Hinc uelitor uelitaris, id est, contendo, digladior, pugno, & iurgor. Hinc item uelitaris adiectiuum, ut uelitaris pugna. Ouidius: Velitis haista mei. Cicero ad Pætum libro nono: Me autem a te ut scurram uelitem malis oneratum esse, nō moleste tuli, id est, iocularibus uerbis expositum. ¶ Miles cuius generis est communis, quia uirō & feminæ conuenit per regulam: Quicquid utriq. datur. Est enim miles, qui uel quæ militat. Ouidius de Calisto puella: Miles erat Phœbes. Idem de alia muliere: Nam rudis ad partus & noua miles eram. Sunt ne alia in es communis generis? Sunt certe, & his uerficulis possunt memoriæ commendari:

Hippo-
manes.Aes.
Caco-
ëthes.Myrti-
tes,
Scylli-
tes.

Præs.

Satelles.
Ueles.

Miles.

Miles, equus, cocles, generis communis, & hospes,

Indiges, antistes, uates, interpretes, & hæres,

Et pedes. Alii sic aut hæc fixum suscipit ales.

Eques, equo insitens. Eques auratus, est quem imperitum uulgus militē appellat. Eques, aliquando ipse equus dicitur. Ver. Dorsoq. equitem docuere sub armis, Insultare solo & gressus glomerare superbos. Cocles, id est, luscus uel luscā, id est, alterutro oculo captus. Hospes, qui quæue ad hospitium recipit aut recipitur: & capitur pro peregrino. Exemplū ubi de femina dicit, Papinius quinto The. Pudeat ne forte benigne hospitis,

Eques.
Cocles.
Hospes.

rertia: Deposicum tibi sospes erit. Pro foemina etiam in prima declinatione sospita dicitur. Ouidius. ij. Fasto. Sospita delubris creditur aucta nouis. Sospes etiam est saluber. Vnde Ennius sospitem senarorem dixit. Sospito, as, id est, incolumem seruo. Hebes, obrufus & minime acutus. Hebetor, as, id est, hebetem facio. Ouidius: Os hebes est, positaque mouet fastidia mensa. Teres, rotundus cum longitudine, Vergilius septimo Aeneidos: Haereteri mos est aptare flagello. Gellius libro septimo in plurali utitur neutro, dicens: Scita & rertia. Praepes, in altum tendens & uelox. Vergilius: Et praepetis omnia penna. Ennius apud Macrobius libro sexto saturnalium: Nec respirandi sit copia praepete ferro. Si quãdo uidebitur esse substantiuum, intelligendum est auis. Locuples, id est diues, quasi locorum plenus. Cicero in frumentaria: In provincia locupletis & referta. Persius: In locuplete penu. Capitur pro firmo, certo, bono, magnaque autoritatis. Cicero libro tertio officiorum. Accedit eo testis locuples Possidonius. Perpes, id est, perperuus. Hinc perpetim aduerbium, id est, perpetuo. Iusti, libro quinto: Perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. In hymno: Perpes corona praesulum. Ales, id est, uelox. Silli. Alite uetus equo. Inquies, id est, inquietus. Sallustius apud Priscianum: Nobis primae diffensionis uitio humani ingenij euenere, quod inquietus atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae aut dominationis agit. Inquies substantiuum, femininum est. Plinius: Ex ebrietate fit inquietus nocturna. Quies etiam olim adiectiue repertum est pro quieto. Ennius apud Priscianum: Nam & eius mentem fecit fortuna quietem. Lici. Non minimopere milites quietes uolebant esse. Veges, pro uegetus, adicitur dictis à Badio nostro. Veges, etis, uel uegetus, a, um. i. sanus & incolumis, proprie ad corpus pertinet, uigens ad animum. Vegeto, as, id est, recreo, fortifico, & uegetem facio. Vegeo, es, id est, in sanitate sum: aliquando idem quod uegeto, as. Pomponius. Animos Venus ueget uoluptatibus, id est, recreat &c. Mansues, id est, mansuetus. Plautus in Asinaria: Reddam ego te ex fera fame mansuetem. Accius in Meleagro: Misericordia mansues est. Impes, pro imperuoso, adiectiuum esse uolunt: pro impetu, substantiuum masculini generis. Nos cum nominatiuum, impes, nusquam legerimus, sed obliquum solum, huius impetis, ab hoc impete, his impetibus, inter ecliptica reuicimus. Trigenes, id est, triplicis generis, additur adiectiuus in es à Georgio Valla. Expes, id est, sine spe, cuius obliquos non inueni. Multa à pes composita adiectiua sunt, ut bipes habens duos pedes. Sic tripes, quadripes, octipes, multipes, centipes, legnipes, id est, tardus. Latipes latos pedes habens, ut anas & anser. Callipes nusquam legitur apud doctos, sed callipides in notio singulari, quo significat nusquam progrediens, sumpto adagio à motu & gestulatione Callipedis histrionis. Alipes & aripes, id est, uelox, quasi alatos & aereos pedes habens, ab aer. Nam ab aere aripes. i. aereos pedes habes. Hæc non penitus refugiunt neutro: plurale, quia Plinius quadrupedia dixit. Quadrupes, per se quasi fixum sumit, per regulam: Mobile pro fixo. Et aliqui in masculino genere, quia intelligit equus aut seruus. Ver. Saucius aut quadrupes nota intra tecta refugit. Aliquando in feminino, quia intelligitur bestia. Idem: Nulla neque amne libauit quadrupes. Per eandem regulam alia quedam, per naturam adiectiua: quasi substantiue ponunt: ut loripes, id est, contractos & contortos in modum lori, pedes siue crura habens. Iuue. Loripedem rectus derideat Aethiopem albus. Sonipes, id est, equus, quia magnum sonum pedibus facit. Cornipes, quasi corneos pedes habens. i. equus. At semipes, omnino fixus est, pro dimidio pedis. Et lesquipes. i. pes cum dimidio, masculina sunt, ut pes. Nonnulla sunt adiectiua: ut defes. i. piger. Claud. Desidis auriga non addit currus habenas. Luca. in 9. Natura desidet torpet. Desidia, inertia, ignauia, pigritia. Refes. i. residens & quietus & otiosus ab opere, quod exercere solebat. Liuius in secundo: Timuere patres residem in urbe plebem, incerti manere cam, an abire mallent. Ver. Otia qui rumpet patriam residesque uocabit Tullus in arma uitos. Reliqua à sedeo magis sunt diuina communia: ut praeses, qui uel quæ praesidet. Obses, qui uel quæ ob fidem pignori datur.

Is dabo foemineis: sunt mascula piscis & axis.

Sospes.
Hebes.

Teres
Praepes.

Locuples.

Perpes.

Ales.
Inquies.

Quies.

Veges.

Mansues.
Impes.

Trigenes.
Expes.
A pes composita.

Quadrupes.

Loripes.

Sonipes.

Defes.
Refes.
Praeses.
Obses.

Glis, callis, uermis, sotularis, acinacis, orbis,
Et cenchrís, uectis, postis, cum sanguine, fascis,
Et fustis, mensis, collis, caulis, quoq; follis,
Et cassis, torris, quibus addes pollis, & ensis,
Sic delphis, cucumis, uomis, compositaq; ab asse,
In nis finitum, lapis, unguis, aqualis, aprilis.

Hæmorrhôis.

¶ Nomen in is est femininum, ut Hæmorrhôis, hæmorrhoidis, serpens, cuius morsu
sanguis omnis e corpore fluit, latine sanguinaria dicitur. Lucanus: At non stare luum mi
seris pastura cruorem Squamiferos ingens hæmorrhôis explicat orbis. Etiam est quiddã
morbis. Assis, id est, asser. Assula, paruus assis, teu, cyn spaen. Assiculus etiam pro assercu-
lus inuenitur. Noualis, id est, ager qui renouatur semine. Ver. Alternis idem tonsas ces-
sare nauales. Legitur quoq; hoc nouale. Idem: Impius hæc tam culta noualia miles habe-
bit: Curulis, sella contulis aut prætoris, sed natura mobile est, ut curulis magistratus, cu-
ruleis sella, curule ebur: nam sella curulis ferme ex ebore fiebat. Horatius li. i. epistolariũ
de populo: Cui liber hic fascis dabit, eripietq; curule Cui uolet importunus ebur. Lucan.
lib. 3. Prætor adest uacuaq; loco cessere curules. Bilis, cholera & ira. Ne moueas mihi bi-
lem. Crasis, rara connexio ferramentorum aut lignorum. Hinc crasis ferrea, uiminea &
cætera, singulare rarum est. Vallis, locus decliuis. Pro eodem dicitur hæc ualles. Vergi-
lius: Est curuo anfractu ualles accommoda fraudi, Conuallis, rotunda uallis montibus
septa. Basis, lapis aut lignum portans columnam aut statuum. Crasis, id est temperamē-
tum. Phrasis, elocutio. Sic pestis, uectis, &c. ¶ Tolluntur à regula multa masculini gene-
ris: ut piscis, nomen notum. Diminutiuum est pisciculus. Piscor, aris, i. pisces uenor. Expi-
scor, i. caute exquiro. Piscatus, us, ui, id est piscatio. Piscatorius, ad piscatorem pertinens,
ut nauis piscatoria. Piscarius, idem, ut, ham^o piscari^o. Piscarius etiã qui pisces uendit: fœ-
mina piscaria dicitur. Piscaria, locus ubi pisces uenduntur. Varro: Nullus in piscaria pi-
scis erat. Piscosus, piscibus plenus, & ubi facile est piscari. Pisculentus idem. Piscinalis, ad
piscem pertinens, ut Piscinalis cella. A piscis etiam est piscina, & alia quædam. Longus es
sem si omnia uellem declarare. Axis, stipes, uel lignum teres, circa quod rota currus uer-
titur, & capitur pro toto curru & pro parte caeli, quem Polum uocant. Etiam est fera
quædam Indiæ, & sic est femininum. Axungia, est pingue quo axis ungitur. Glis, ani-
mal nõ ab simile muri. Glirarium, locus ubi nutriuntur glires. Fominini glis glitis &
glissis, barbarum censimus, licet Verulanus & Bergomas cum Alexandro ponant, non
probenr. Marr. Somniculosos ille porriget glires. Callis uia trita. Ver. li. 7. Rara per oc-
cultos ducebat semita calles. Vermis, cyn vuorm, à uertendo, quia sese torquendo rept.
Vermis, as, uermes habeo. Sotularis, i. calceus. Apud ueteres non inueni hanc uoculã.
Vtitur tamen Hiero. contra Iouini. hic sotularis quem cernitis, uidetur uobis nouus &
elegans, sed nemo scit præter me ubi premat. Acinacis, i. gladius, & proprie Medus uel
Perlicus. Horat. i. car. Vno & lucernis Medus acinacis. Hiero. contra Iou. Extorsit acina-
cẽ de manu, & latus eius trãfuerberauit. Orbis, res rotunda, circulus, diminutiũ est orbi-
culus. Sunt qui dicant olim etiã femininũ fuisse. Cenchrís, quiddã serpens. Luca. li. 9. Et
semper recto lapsurus limite cẽchris. Et etiam auis ex accipitrum genere, latine rinnun-
culus dicitur. Et portus Corinthi, uectis instrumentum quo clauditur ostium, est quoq;
lignum teres quo aliquid uehitur aut portatur, ut uectes arca. Item uectis, insula quæ-
dã uersus Thylem, & sic est feminini. Postis, latus ianua: aut portæ, Vergilius: Hæ-

Assis.

Noualis.

Curulis.

Bilis.

Crasis.

Vallis.

Basis.

Crasis.

Phrasis.

Piscis.

Axis.

Glis.

Vermis.

Sotularis.

Acinacis.

Orbis.

Cenchrís.

Vectis.

Postis.

- Canalis.** Canalis, lignum cauatum, aut quiduis aliud, per quod aqua fluit in uis: sepius masculinā est, licet id Seruius neget. Virg. in Aetna: Quod si diuersos emittit terra canales. Seneca libro. 4. naturalium quaestio. Tenuissimos canales tenent. Iurifconsultus. ff. De riuis. l. Si seruus: Si quis nouum canalem &c. Liu. 3. canalem qui &c. masculine dixit. De feminino non fuccurrit testimonium. Nebriffensis dicit Caronem & Varronē feminine extulisse. Diminutiuum est haec canalicula, uel quod frequentius legitur canaliculus. Sene. li. 8. Excipiēda sunt ex ferula factō canaliculo. Sic Columel. Viētr. u. pluresq;. Dicitur etiam hoc canale, teste Calepi. quod eum puto dixisse propter ablatiuum canali, quem semper inuenio, nunquam per secundam uocalem, canale. Papi. 1. syl. Flumina demerito trahit in temerata canali. i. occulto meatu. Vergilius in Aetna: Pressoq; canali. Sene. 3. nat. quae fit. Amisso canali suo flumina primum refundūtur. In eodem: Quibus torrens in canali suo cursus est. Liuius lib. 32. ab urbe: Vtraq; est in capitolio, canali uno discreta. Apul. li. 6. me. Canali directo pergas ad ipsam orci regiam. Anguis, serpens, melius est masculinum, ut diminutiuum anguiculus, Valerius Maxi. lib. 1. Anguis, eximie magnitudinis uisus, e conspectu abiit. De feminino in eodem libro: Angues duae ex occulto prolapsae. In eodem: Subito ex una parte prolapsam anguem prospexit. Corneli. Tacitus: Vnam omnino anguem in cubiculo uisam narrare solitus est. Halcyonis, auis maritima in arenis medio fere hyemis oua deponens. Sulpitius dicit esse communis generis, ego dubij uel epicurij sub hic uel haec. Dicitur etiam haec halcyon & halcyone: & latine alcedo, dinis. Torquis, colli ornamentum & summi pectoris, ut circulus aureus flexilis obtortus. De masculino. Vege. lib. 3. Quibus aureus torquis ob uirtutis praemium dabatur. Silius lib. quarto: Colla uiri sulco radiabant lactea torque. Liuius libro septimo: Vno torque spoli auit. Sue. in Augu. Lapsu debilitatum aureo torque donauit. Papini. 5. Theb. Colloq; de corus Torquis in hostiles cecidit per uulnus arenas. De feminino Propertius, Torquis ab incisa decidit unca gula. Gellius li. 9. Torquis ex auro induuias, quam ex hoste quem occiderat detractam induit. Iustinianus lib. 13. Torque aurea donatus. Sic Apuleius, Hierony. pluresq;. Dicimus pro eodem haec torques, ut uulpes. Puluis sepius masculinum. Nam apud solij Propertium feminine legitur, ut lib. 1. Sit mihi praecipue puluis hetrusca dolor. Et lib. 2. Et duo sint uersus, qui nunc iacet horrida puluis. Cinis, sit tibi masculini, quia solus Catullus (quantum colligere potui) feminine dixit: Troia uirum & uirtutum omnium acerba cinis. Amnis, tibi sit masculinum, quia solus Vale. dicitur feminine locasse. Est autem fluuius. Funis, id est, reftis, tantum masculinum nunc est. Lucilius tamen feminine apud Gel. ait: Aurea de caelo summi sit funis in arua. Retis, pro reite, femini. esse dicunt, Plau. tamen masculine dixit in Rudete: Non uides proferre me uuidū retem sine squamoso pecu: Aedilis cuius generis: maf. quia ex officio soli uiro conuenit. Est qui sacras & priuatas aedes procurat. Item qui frumento praest & cibarijs. Hic graece agoronomus dicitur. Aedilitas, est ipsa dignitas. Dabis regulam. Omne uiro &c. Molaris cuius generis est: maf. per subauditionem: est enim natura adiectiuum, & intelligit lapis uel dens, per regulam: Mobile pro fixo. Quae sunt alia in is ad hanc regulam referenda: multa sunt, ut Maxillaris. f. dens. Auricularis. f. digitus. Annalis. f. liber: rarenter singulariter lectum. Pugillaris. f. calamus. Annularis. f. digitus. Consularis. f. uir, qui sit consul aut consulari dignus. Sue. in Augu. femininam consularem uocat consulis uxorem. Cardinalis, uir praecipuus circa quem fides christiana uertitur. Virtus cardinalis. i. principalis. Officialis. f. uir. Iugalis. f. equus aut bos qui iugum habet, adiectiuum est: ut uinculum iugale, id est, copula matrimonij. Ver. Cui uinda iugalia curae. Riualis, riua eundem petens. f. uir eandem amans. Maialis. f. porcus castratus: adiectiuum est si dicas, maialis ramus. Patruelis, ad patruum spectans, ut patruelis origo, quasi substantiuum communis generis est, quia intelligitur filius aut filia. patruelis meus, est patrum mei filius. Natalis. f. dies. Eiusmodi plura notabit diligens praceptor. Cuius cuius generis: communis, quia uiro & feminae datur, per regulam, Quicquid utriq; datur &c. Cuius, urbis colo

nus aut colona, a colendo. Ciuitas, ciues ipsi & ius ciuium. **Conciuis**, latine non dicitur, licet Laurentius Valla & plures neoterici sine autoritate ueterum utantur. Cicero lib. 3. Tullu. quaest. Legimus librum Clitomachi quem ille euerfa Cartagine misit consolandi causa ad captiuos ciues suos. Ita dices: Petrus est ciuis meus, no conciuus, ut (quod idem significat) est municeps meus, non communiiceps. Luca, lib. 8. Illam quam toto tempore belli ut ciuem uidere suam discordie cernens ingemuit populus: rusticus diceret conciuē. Plura possem in hanc rem testimonia citare, nisi haec abunde satisfacerent. A ciuis fit ciuilis & ciuicus &c. Quae sunt alia per eandem regulam communis generis: Samnis, populi nomē, cuius regio Italica Samnium & Apurium dicitur, melius est masculini: quia femina dicitur samnitia, ueteres dixerunt hoc samnite. Liti. libro 10. tanq̄ a samnitius, a, um, dixit: Cohortium samnitarum paulisper recruduit pugna. Iuuenis saepe masculini, licet de puella Ouidi, id dixerit. Testis, qui uel qua testatur, figurate neutris iungit. Horat. Testis Metaurum flumen. Testes etiam sunt testiculi, & masculinum est. Hostis inimicus. Perduellus idem. Papini. in secundo Theba. Hostem occupat amplexam, hic feminini generis est. Olim hostis dicebatur peregrinus, hinc hostilis & hosticus. Canis, quia sexus facile discernitur communis generis est. Canis uenaticus, qui uenatur: uillaticus qui custodit uillam; pastoralis aut pastoritius, qui tuetur gregem. Affinis, uiri aut uxoris cognatus, cognatae, ut socer socrus. gener. nurus, uictrix, nouerca, priuignus, priuigna, leuir. glos. Aliquando adiectiuum est & significat propinquus. Extorris, id est, exul. Sodalis, quasi simul edalis, est compotor & familiaris in leuioribus. Hinc sodalitas & sodalium. Contubernalis, cohabitans & socialis. Contubernium & contubernalitas, id est, sodalitas. Libys, genitiuo libyos, masc. est, quia femina dicitur libyssa & libystis, idis. Est autem Libys aliquis Libyae, id est, Africae. Luca. in. 6. Pannonis haud aliter post ictum saegit de uiro libyco, Omnibus uero de puella: quia Ver. dixit: Virginitus Tyrijs mos est gestate pharetram, masculinum dicit esse Libs: ego uero assentior Nebrissensi, quia licet uirgines Tyriae uentur, non continuo uiri a uenatione abhorrent. Et libis no pro homine libyco dicimus, sed pro uento Africae. Silp. lib. 1. Turbae libyssa. Ver. 3. Aenei. Horridus in iaculis & pelle libyftidis urfae. Tricuspis cuius generis: communis in recto, per regulam: Quicquid utriq; datur. In obliquis uero omnis generis, per regulam: Adiectiua triu &c. quia etiam neutris iungitur. Ouid. Postroq; tricuspide telo. Mulcet aquas rector pelagi. Tricuspis, id est, tres cuspides siue acies habens. Idem dic de bicuspis. Philel. Num fortasse sibi te totum mitra bicuspis Arripuit baculusq; sacer soliumq; superbum. Dis cuius generis: communis, quia est prior uox adiectiui, neutri est dite. Sic hic & haec dis & hoc dite, huius ditis, huius diti &c. i. diues. Da regulam: Esto genus uarium. Inuenitur licet raro tam dis quam dite pro diues: quis celebres quidam grammatici negent. Terenti. in Adel. Dis quidem esses Demca, & tuam rem constabilises, id est, diues, teste Donato. Vale. Flaccus li. 1. Non populos non dite solum non ulla parenti Regna peto. Horat. 1. sermo. Bruto pretore tenente ditem Asiam. Luca. in. 8. Non illic libycae posuerunt ditia gentes Tepla. Ditro, id est, diuitem facio. Sunt certe prope innumera, & omnia sub is sunt communis generis, sub e neutri, per regulam. Esto genus uarium &c. ut hic & haec tortis, & hoc forte, sic dulcis, leuis &c. inter quae multa sunt compositae figurae, quorū simplicia sunt substantiua, ut infamis, id est, diffamatus. Confinis, id est, propinquus. Exanguis, id est, exanimis. Perennis, id est, perpetuus. Iugis, id est, continuus. Comis, id est, benignus. Comiter, benigne. Immanis, ualde magnus & crudelis. Segnis, id est, piger. Insignis, id est, nobilis tam in bonum q̄ in malum capitur, ut insignis senator, insignis latro. Bipennis, id est, habens duas pennas, & quod utranq; partem acutam habet. Verg. Ferro sonat ista bipennis, quasi substantiuum feminini est, quia intelligitur securis, ut altis, quia intelligitur auis. Hic & haec scholaris & hoc scholare, ad scholam pertinens. Hiero. ad Damasum papa. Nec aures Quintilianus a scolulis & scholari declamatione mulceda. Pruden. in Cassia-

Conciuis.

Samnis.

Iuuenis.

Testis.

Hostis.

Perduellus.

Canis.

Affinis.

Extorris.

Sodalis.

Contubernalis.

Libys.

Tricuspis.

Bicuspis.

Dis.

Dite.

Adiectiua in is

Iugis.

Comis.

Immanis.

Segnis.

Insignis.

Bipennis.

Scholaris.

no, Scholare murmur annotātes scripserant. Pro eodē dicitur scholasticus, a, um, ut disciplina scholastica. Substātie autē scholasticus, ē puer discendi gratia scholā frequentans. Is a doctissimis nunq̄ scholaris dicitur. Vnde quidā barbare inscripsit libz de disciplina scholarium. Neq; is fuit Boetii, nimis em abhorret à Boetiano eloquio, ut recte docuit uir undecunq; doctissimus Ascensius, cui refragatur Baptista Pius, in hoc, licet alioqui doctissimus, mea quidem sententia hallucinans. Neq; Quintilianus dixit scholarium, sed scholarum, teste Regio sic: In ipsos deniq; cœtus scholarum læti & alacres conuenient. Vulgo tamen (ut multa alia) mendose legitur scholarium. Curialis, aliquid ad curiam perti- nens, uel aliquis curiæ. Lewis, id est, non asper &c.

Curialis.

Os maribus detur; sint neutra chaos, melos, os, os,

Atq; epos: hæc arbos dices, cui iungito, cos, dos,

Cū multis Græcis, per us hæc uertere latini.

Ros.

¶ Nomen in os desinens, est masculinum, ut Ros, humor qui sereno tempore fluit superne. Rorulentus, rore plenus. Roldus, rore perfusus, ut rosida mala. Roro, as, id est, humorem instar roris, paulatim demitto. Irroro, madefacio, irriro. Istmos, terra angusta inter duo maria. Logos, id est, sermo, uerbum, ratio. Quidam male putant esse neutrum. Plautus in Menæchmis: Loquere uter meruistis culpam paucis, non longos logos. Cicero: Ego te certo sic omnes logos, qui ludis dicti sunt animaduertisse. Hinc fiunt dialogus, collocutio uel disceptatio. Epilogus, conclusio. Catalogus, per ordinem enumeratio. Alogus, mutus. Polylogus, uerbosus, quæ sunt omnia masculina. Excipiuntur à regula pauca neutri generis. Chaos, confusa rerum materies, ex qua multi philosophi crediderunt à deo mundum esse factum, capitur pro nocte & interno, ut tetrum chaos illabitur. Quidam ut Græci aspirationem syllabæ priori dant, aliq̄ posteriori. Melos, id est, dulcis modulatio, Melos insula Cretæ adiacens, est femini. gene. per regulam: Insula & urbs regio, ut chios, pathmos, neritos, iamos, rhodos &c. Os oris, & os ossis, nota sunt. Epos carmen heroicum. Horat. Forte epos acer ut nemo Varius scribit. Argos, oppidi nomen, neutrum esse ostendi in regula: Insula & urbs &c. Fœminina sunt. Arbos, i. arbor. Cos, lapis quo ferrum acuit. Coticula parua cos, & lapis quo probat aurum. Dos, quod spōso cum uxore datur. Plau. in Aſina. Dotem accepi, imperium uendidi. Capis pro quouis dono uel gratia. Sueto. de Tito. In puero statim corporis animiq; dotes explendū erunt. Glos, id est, mariti soror uel fratris uxor, ex significatione fœminini gene. est, per regulam: Esto fœmineū &c. Fœminina sunt multa Græca in os, quæ in us uertunt latini, ut Papyros aut us, frutex uel arbutula Aegypti, unde fiebant chartæ, in quibus scribebant, nunc ex linteolis contritis fit, priore tetento nomine. Papyr^{us} bibula, quæ superponitur scripturæ recenti. Papyrus emporetica est, qua mercatores utuntur ad imponendum piper & similia. Arcos uel arcus, id est, urſa signū caeleste. Balanos aut us, id est, nux aut glans. Horat. Pressa tuis balanus capillis. Eremos uel us, locus desertus. Periodos uel us, id est, circuitus. Methodos uel us, id est, transitus & doctrina. Synodos, uel us, id est, conuentus. Exodos uel exodus, id est, exitus. Biblos, id est, papyrus, iuncus, & liber. Hinc biblion, id est, libellus. Diphthongos uel diphthongus, unicus duarum uocalium sonus. Theotocos, id est, mater dei. Abyssos uel abyssus, immensa profunditas. Iudicia dei abyssus multa. ¶ Talia sunt multa herbarum fruticūq; nomina, ut Amaracus, herba quæ uulgo maiorana dicitur. Sampluchus, idem. Nardus, Costus, & similia. Dicitur etiam neutraliter nardum & costum, sunt herbarum aromaticarum, ut nardus pistica uel nardum pisticum, id est bonum & probatum, à pistis, id est, fides. Nardinum, est unguentum ex nardo. Pseudonardum, quasi falsum nardum, est herba nardo similis. ¶ Quædam masculina leguntur, quia referuntur ad flores uel ad pueros qui in eas herbas conuertuntur.

Isthmos.
Logos.

Chaos.

Melos.
Os.

Argos.

Arbos.

Cos.

Dos.

Glos.

Papyrus.

aut papyrus.

Arcos aut arcus.

Balanos, us.

Eremos, mus.

Periodos, dus

Synodos.

Methodos,

Biblos.

Diphthongus

Theotocos.

Abyssos.

aut abyssus.

Amaracus.

Sampluchus,

Nardus.

esse dicunt, ut hyacinthus, crocus & acanthus. Hyacinthus, viola quædam & gemma uisola
cei coloris. Vergilius: Et pinguem tiliam & ferrugineos hyacinthos. Zacyntus autem
 uel os infule nomē sc. ge. per regulam: Insula & urbs regio. Vergilius: Crocum rubentē
 dixit masculinē, ut uult Seruius. Sallustius uero in neutro genere croci dicens: In qua
 crocum gignitur. Croceus uel crocinus, lutei coloris. Vergilius: Et circumtextum cro-
 ceo uelamen acantho, quidam herbam esse dicunt, alij arborem spinis plenam. Byssos uel
 byssus. lana colore fere aureo, unde fiunt uestes byssinæ. Antidotus uel antidotus, id est,
 medicamentum contra uenena datum. Gellius libro decimoquarto: Huius regis antido-
 tus celebratissima quæ mithridates uocatur. Dicitur pro eodem hoc antidotum, ut
 hæc costus & hoc costum. Alabastrus uel alabastrus, genus marmoris ex quo fiebant ua-
 sa unguentaria quæ alabastris dicuntur. Politianus in Miscella. Quibus alabastrus unguē-
 ti plena putere uideatur. Dicitur pro eodem hoc alabastrum. Martialis: Quod Cosmi redo-
 lent alabastra focisq; deorum. Et hic alabastrer. Cicero libro undecimo Acad. Quibus etiā
 alabastrer plenus unguenti putescere uideatur. ¶ Item feminini sunt nomina gemma-
 rum, ut crystalus, sapphirus, amethystus &c. quæ Græcè similiter in os desinunt. Autor
 Priapeæ: Rigetq; dura barba iuncta crystallo. Dicitur quoq; crystalum. Plinius libro tri-
 cesimo septimo. Smaragdus, in qua exculpta fuerat amymone. Interim eiusmodi no-
 mina in masculino leguntur genere. Plinius: Smaragdi scythici sunt nobilissimi. Prudē-
 tius: In gens chrysolithus natiuo interlitus auro. Hæc autem diuersitas fit, quia intelligi
 potest lapillus uel gemma. per regulam: Communis proprio &c. In qua re doctissimō-
 rum usus seruandus est. ¶ Ex dictis aliqua tanquam latina sunt, ab Alexandro & alijs su-
 per sue excipiuntur. ¶ Quare dictum est in regula: Cum multis Græcis. Quia non omnia
 Græca in os quæ latini uertunt in us, sunt generis feminini. Nam multa etiam masculi-
 na sunt, ut Zelus, zelus, id est, æmulatio, uel amor, Logos, isthmus, iam dicta. Gyros
uel gyros. i. circulus uel ambitus. Hinc Gyros, as, circundo, regyro, retrogyro. Gomphus
 gōphus, id est, clauus. Ciclos, cielus. i. circulus. Planos planus, id est, deceptor sycophan-
 ta. Talia sunt mille, de quibus apud Latinos non inueni certam regulam, ideo autorum
 usus diligenter inuestigetur. ¶ Quædam sunt communia, teste Prisciano, ut philoso-
 phos uel philosophus, id est, amator uel amatrix, sapientia. Philocalos uel philocalus,
 amator uel amatrix, boni aut pulchri. Sic communis generis est Tyrannos uel tyran-
 nus, id est, crudelis princeps, teste Seruio, in illud septimi Aeneidos: ubi tyrannos pro
 rege in bonam partem capitur: Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrani. Sic (ut mul-
 ti uolunt) communis generis sunt, Chironomos uel chironomus, Bubalus uel bubal^o,
 & camelus uel camelus. Chironomos, est qui lege quadam manuū aues & cætera escu-
 lenta diuidit. Pro eodem Chironomon, montis. Iuuenalis, Saltantem spectas & chiro-
 nomonta uolanti cultello. Chir, manus est, & nomos, lex. Talis ars chironomia dici-
 tur. Bubalus generis communis esse, ut camelus, testatur etiam Calepinus. Et est ani-
 mal simile boui, siue bos syluester. Hinc Bubalinus, na, num. Nam bubulus, a, um, à boue,
 est ut lac bubulum. Camelus, est aliud animal satis notum. ¶ Quædam sunt neutra,
 ut Chaos uel chaus, Pelagos uel pelagus. Bos cuius generis est communis, quia tam uac-
 cam quam taurum significat, ubi sexus facile discernitur, per regulam, Quicquid utriq;
 datur. Ouidius: Bos quoque formosa est. Vergilius: Ille meas errare boues, id est, uaccas.
 ¶ Quæ sunt alia in os latina communis generis per eandem regulam? Custos, qui uel
 quæ custodit. Figurate neutris iūgitur. Iuuenalis enim saxis custodibus inquit. Pro femi-
 na etiam hæc custodia dicitur, ideo uocatur abundās. Custodia tamen etiam capitur pro
 ipsis uiris qui custodiuntur, ut in annotationibus ostendit Beroald^o, semper tamen est fœ-
 minini generis: ut, iuuentus licet capiatur pro iuuenibus. Sacerdos, deo dicatus dicatur
 ad sacrificia faciendā. Sacerdotium, sacerdotis dignitas. Vergi. Ne sœui magna sacerdos.
 Abundans est, quia fœmi, etiam sacerdotissa à Gellio ponitur. Compos, id est, potens. Im-
 potens, impotens ut, Compos uoti, impos animi.

Hyacinthus.
Zacyntus.

Crocus.

Byssos uel
byssus.Antidotus.
AlabastrusCrystal^o.

Smaragdus.

Chrysolith^o

Zelus.

Gyros.

Gomphus.

Ciclos.

Planus.

Philosophos.

Philocalos.

Tyrannos.

Chironomos.

Bubalus.

Camelus.

Bos.

Custos.

Sacerdos.

Compos

Vs mas non ternæ, quod ternæ est, dicitur neutrum.

¶ Nomina in us secūda aut quartæ declinationis, sunt gñis masculini: tertia uero neutri. Exempla prioris partis: Aceruus. i. cumulus. Aceruo, as. id e cumulo, as. Manus, equus mansuetus & paruus. Næuus, macula in corpore. Ouidius: Nullus in egregio corpore næuus erat. Næuofus, næuis plenus. Lembus, nauis piscatoria. Hinc tamē ter. ge. diminutiui inuenitur, lembula. Val. Max. lib. 2. Lembulam eis derisus gratia miserunt. Limbus fascia ambiens extremam partē uestis. diminutiuium est limbulus & limbellus: sic dicimus limbus sericus, limbus pelliceus. Capitur pro quauis extremitate, ut limbus inferni. Nimbus repentina pluuia, & tempestas. Nimbofus nimbo plenus. Hæc & mille alia sunt secūda declinationis. Sequentia cum multis alijs sunt quartæ declinationis. Casus, ruina & euentus. Centus, pecunia uel substantia. Ouid. In pretio pretium nunc est, dat census honores, Census amicitias, pauper ubiq; iacet. Sensus, quo sentimus. Metus, timor. Luctus, dolor. Sic auditus, cultus, gultus, fructus, fortus &c. ¶ Exempla posterioris partis: ut Corpus hufcus, uulnus, thus, rus, onus, pectus, tempus, latus, minus &c. declaranda in secūdo libro. ¶ Excipiuntur multa in us græca ter. ge. secūda declinationis, quæ græce in os desinūt: ut Papyrus, arctus, balanus, heremus, periodus, synodus, methodus, byblus, disphthongus, abyssus, nardus, costus, crystallus, alabastrus, antidotus, & multa alia per exceptionem à regulâ, Vs mas non ternæ. Exceptio præcellitibi. Cum multis Græcis per us hæc uertere latini. Bene commendentur memoriæ, quia non repetentur. Dixi figurate mas, pro masculini generis, cum Antonio Nebriffenti pluribusq;.

Femineum domus est, & uannus, humus, colus, aluus,

Et tribus, atq; manus, ceu porticus, ac acus, idus.

¶ Excipiuntur à priore parte regulæ pauca femini ge. domus, partim secūda, partim quartæ, ut colus: & quæ tantum secūda declinationis sunt, uannus, humus, aluus. Reliqua sunt quartæ declinationis, & idus tantū est pluralis numeri. Domus, est ædificium ad habitandum factum ex tecto & parietibus. Improprie pro quocunq; habitaculo sumitur, ut pro templis & nidis, ferarumq; latibulis. Sumitur pro familia, pro gēte, & pro patria. Vannus, uas uimincum latum, aptum purgando frumento. Verg. Et mystica uannus. Diminutiuium est hæc uallus. Vanno, as, id est uentilo, ut frumenta purgentur. Euanno, ex trauanno. Humus, terra humefacta. Humanus, a, um, aliquid ex humo. Humare, est in humo sepelire. Colus, instrumentum quod pensa continet, à quo fila fuso ducuntur. Cicero secundo de oratore: Quomodo ad me uenis cum tua colu & lana. Hic ablatiuus est quartæ declinationis. At colus tormēti genus, solum est masculini generis. Aluus, uenter: sed proprie ea pars, quæ torres effluunt. Nonnunq; pro alueo sumitur, nunc solum feminini gñis est. Vergi. Curuam compagibus aluum. Colu, lib. 8. Dissentā in pabulis aluum. Olim etiam masculinum erat. Actius: Maia nemus retinens grauido cōcepit in aluo. Aluus per n est ter. ge. quia nomen arboris, ut pirus, quercus, pinus, cupressus &c. Tribus, progenies. Tribulis, aliquis ex tribu. Hieronymus utitur nomine quibuslibet pro eo qui ex eadem tribu est. Et est tribulis communis generis per regulam. Quicquid utriq; &c. Manus, membrum notum, à cuius similitudine manus dicitur instrumentū nauticum, quo naues harpagonibus raptæ tenentur. Hierony. Ferreas manus & uncus præparāt. Manus quoq; est multitudo & potestas, & elephanti proboscis, & scriptura manuum. Manicula, est parua manus. Porticus, ampla domus propter repentinos imbres & umbrarum, ac deambulationis gratia ædificata. Stati. Stat porticus alta colūnis. Cryproporticus, i. porticus subterranea. Cryptos, i. occultus uel subterraneus. Acus, instrumentum sartoris. Itē q; sarcinatrix & ornatrix utif ad discernēdos capillos, ab acuta cuspide. Martial. Figat acus tortas sustineatq; comas. Acus similiter ter. ge. quartæ, quæ à similitudine acus futuriæ dicuntur palæa frumenti. Colu, lib. 2. Durissima acus cictæ separataq; erunt à cudentibus. Similiter

Aceruus.
Mannus.
Næuus.
Lembus.
Limbus.
Nimbus.

Casus.
Census.
Sensus.
Metus.
Luctus.

Domus.

Vannus.

Humus.
Colus.

Aluus.

Tribus.

Manus.

Porticus.
Acus.

Infructio exercitus acus dicitur, q̄ ea pars militum uehementissima sit ad hostem uuln-
randum acumine telorum. Hic acus aci secundæ, est quidam piscis. Hoc acus, eris, purga-
mentum frumenti. Idus, sunt dies quidam mensis. ¶ Anus, nurus, socrus, quartæ declina-
tionis femin. generis sunt per regulâ, Esto femineû &c. quia solas feminas significat.
Nam anus est uerula: hic & hæc anilis, & hoc anile, ad uetulam pertinens, ut anilis fabu-
la. Diminutiuum est anicula. Anus masculini generis, secundæ, est posterior pars uerenda,
& quidam fluuius. Socrus, est uxoris uel mariti mater. Nurus, est filij uxor. Terent. Vno
animo omnes socrus oderunt nurus. Nurus capitur aliquando pro quauis femina non
antiqua.

Idus.

Socrus, Nur⁹.

Dat pecus hæc pecudis, subscusq̄, palusq̄, salusq̄,

Quæq̄ senex, iuuenis, cum seruiõ nomina donant,

Et uirtus, incus; at mascula sint lepus, & mus,

Et quæ pus donat, ueluti chytrapus, uolo iungi.

A nominibus tertie declinationis excipiuntur pauca feminini generis, quæ sunt hæc:
Pecus, q̄n genitiuus est pecudis: nam si pecoris facit, neutri est. Et utrunq̄ significat omne
animal, quod hominis sub imperio pabulo terre pascitur, ut sunt boues, asini, equi, came-
li, oues, capræ &c. Pecus, oris, etiam torum gregem significat. Et aliquando utruq̄ etiam
de piscibus dicitur, & omnibus rationis expertibus. Dicitur aliqui fuisse masculini gene-
ris, quia Ennius dixit pecudi marito. Hinc fit pecorinus, pecoreus, pecudin⁹: ut pecorina
caro, pecudina pellis. Subscus, tabella qua tabulæ inter se configurantur, quia qua immitti-
tur, succiditur. Pacuius: Nec ulla subscus cohibet compagem. Vitruius lib. 4. ca. 7. Et ita
sint cõpactæ subscudibus. Cato de re rust. Subscudes ilignas adindito. Palus, terra aquo-
sa, uel aqua nigra non fluens. At palus, li, maf. est stipes magnus. Salus, incolumitas, aliqui
etiam remedium. Vergil. Vna salus uictis nullam sperare salutē. Salus etiã credebatur esse
dea quædam. Senectus, id est, senecta, senium, senitudo, senitas, senum scilicet ætas. Iuue-
rus, id est, iuuenilitas, iuuenta, ætas scilicet iuuenum: & capitur pro ipsis iuuenibus. Ser-
uitus, seruiendi conditio, & seruitium. Nonnulli malunt à seruis deriuare q̄ à seruiõ. Cõ-
traria seruituti est libertas. Virtus, est ars bene recteq̄ uiuendi, & proprie fortitudinem
significat. Virtuofus latinissimi non dicunt, sed studiosus & uirtute præditus. Incus, ferra-
mentum magnum, super quod fabri cudent. Hinc incudo, onis, faber ferrarius. Hierony,
contra Iouinianum: Et in nauibus piscatorum caput eius stat, sicut incudo insatiabilis re-
putat ferrum ut paleas. ¶ At masculini generis sunt: Lepus, animal notum, & mus. Hinc
leporinus & murinus, ut leporina caro, murina pellicula. Lepusculus, paruus lepus, & q-
dam piscis marinus. ¶ Masculina sunt græca à pus podis, i. pes, ut Tripus, id est mensa tri-
pes. Lucan. lib. 5. Inuentos tripod: s. Vergi. Et tripodas geminos auri duo magna talenta,
Chytrapus, ferramentũ cui supponit cacabus uel olla sup ignē, uel olla habēs pedes. Chy-
tra ē olla. Sciopus, pede umbrã faciens. Antipus, hō cõtra pedes nostros ambulans. Apus,
hirundinis species, quasi sine pedibus, semper iacet aut uolat. ¶ Feminina tertie sunt, Ve-
nus & tellus, per regulam, Esto femineum. Venus, est amoris & uenustatis dea credita, &
seruato genere pro amore uenustateq̄ capitur. Tellus est credita olim dea terræ. Et ser-
uato ḡie pro terra sumitur, ut Bacchus pro uino. ¶ Sus cuius generis: cõmunis, quia por-
cum porcamq̄ significat, ubi sexus facile discernitur. Verg. dixit: Sabellius sus. Hinc sui-
nus. Varro: Hic enim conciliator suinæ carnis datur populo. Hinc iterũ per diminutionē
suillus, ut suilla caro. Ligus, id est, ligur, similiter cõmunis generis est, quia est nomē gē-
nile. Da regulam: Quicquid utruq̄ datur &c. Verus & intercus, omnis generis sunt, per re-
gulam. Adiectiua trium, quia sub una uoce adiectiua sunt, ut hic & hæc & hoc uetus, id ē,

Pecus.

Subscus.

Palus.

Salus.

Senectus.

Iuuentus.

Seruitus.

Virtus.

Incus.

Incudo.

Lepus. Mus.

Tripus.

Chytrapus

Sciopus.

Antipus.

Apus.

Venus

antiquus a um. Diminutiui est uetulus. Verufius, id est uetus. Vetero ueteras, uetus facio. Veterasco & uetustesco, id est, uetus fio. Aliqui differentiam ponunt, ut libro septimo de clarabo. Intercus, intestinus. Gellius libro decimotertio: Intercutibus uitis madentes. Cato: Intercutibus stupris inquinatus. Plautus: Num eum ueternum aut aqua intercus teneat? Prudentius: Nunc noua materies solidata intercute flatu. Ego non inueni usquam intercus pro morbo substantiuium, quem hydrops Græci uocant: ita tamen uult accipi alii quando Priscianus, cui suffragatur Beroaldus, Sulpitius, Calepinus, sed testimonium nemo citat.

Carbasus hic, aut hæc, grossus, dant grus, atomusq̃,

Lecythus atq̃ pharus, penus & specus & paradifus.

Sic alius quondam, iunge intybus atq̃ phafelus,

Pampinus atq̃ arquus, pro fructu ficus, at hic uult

Pro morbo, nunquam declinat quarta uirile.

Hoc specus atq̃ penus dices, dum tertia flectit.

Hic aut hoc uulgu. Solum hoc uirus pelagusq̃.

Carbasus.

Quædã in us sunt dubij generis, ut hic uel hæc carbasus, sapius fœminini generis. Et genus lini miræ tenuitatis, unde fiebant uela, quæ ob id undecimq̃ fiunt, nunc carbasa dicuntur. Papin. in Achil. Nec mora iam dextras Ithaceia carbasus' auras poscit. Ithaceia carbasus, id est, uelum aut nauis Ulyffus, qui Ithacus dicitur. Propertius in fine quarti: Exhibuit uiuos carbasus alba focos. Hic uestem ex serico aut tenui lino significat, ut apud Valerium Maximum libro primo, ubi est masculini generis: Cum carbasum quem optimũ habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit. Hinc carbaseus a, um: & carbasinus a, ũ. Grus epicœni generis sub hic uel hæc, auis est nota. Vergilius primo Georgicorum: Strymonia dant signa grues. Horatius primo sermonum: Decerpra ferentes membra gruis sparsi. Grossus, ficus abortiua quæ non maturefcit. Calepinus dicit tantũ pluraliter grossi reperiri, sed fallitur. Plinius decimotertio, capite septimo: Grossus eius nõ maturefcit. De masculino genere Hieronymus: Ficus protulit grossus suos. Columella libro tertio: Grossuli minuti. Celsus libro quinto: Grossi in aqua cocti. De fœminino genere, Plinius libro decimoquinto: Deprehensasq̃ in hac hyeme grossos. Et alibi: Crudæ grossi uerucas tollunt. Atomus, id est, corpus infecabile, ab a, id est sine, & tomos incisio. Multi uentur masculin. ego fœmini. utar cum Cicerone, dicente in libello de fato: Nec (cum hæc ita sint) est caula cur Epicurus pertimescat fatum, & ab atomis petat præfidium, eas que de uia deducat &c. Sic alibi semper. In primo de finib. Atomus altera alteram possit attingere. Seneca. 7. nat. masculinum dixit: Quod atomi congesti aceruatiq̃ fecerunt. Lecythus ampulla olearia. Cyprianus capsacem uocat: fœmininum est apud Græcos, teste Nestore. Hieronymus tamen masculi. dixit in libro tertio regum: Hydria farina nõ defecit, & lecythus olei non est imminutus. Pharus, id est, altissima turris in aliquo portu, propter nauigantium salutem ad præluendi ministerium fabricata, dicta tanquam pharos, quod significat lucidũ, n littera in r uersa. Vel ab insula Aegypti Pharo, ubi fuit turris celeberrima, unde alia: ad similem usum fabricata: phari dicuntur. De masculino genere Suetonius in Claudio: Supposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrini phari, ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Auienus in Arato: Romuleiq̃ phari fauces illæsa relinquit. De fœminino, Papini. Lumina noctuagæ tollit pharus æmula lunæ. Iuuenæ. Tyrrenamq̃ pharon, Pro insula solũ est fœminini generis, per regulam

Grus.
Grossus.

Atomus.

Lecythus.

Pharus.

Insula & urbs regio &c. Penus, secundæ uel quartæ declinationis, est maf. ge. uel ferni. Tertiæ uero solum neutri. Sic dices de specus, licet in tertia obliqui specoris, ori, ore, exoluerunt. Penus est omne esculentum & porulentum, quo homines uescuntur. Festus: Penora res necessaria ad uictum quotidianum. Plautus in Persa: Nam nisi penus annuus hodie conuenit, deo populo prostitutam uos. Lucil. Magna penus paruo spatio consumpta peribit. In digestis, titulus est de penu legata. De neutro, Horati, Annonæ prosit portet frumenta penusq; Strabo: Propinquos penore uolebamus priuare. Olim genitiuus erat peniris & peniteris. Legitur quoq; hoc penum peni. Afranius: Vos quibus cordi est intra tunicam manus læua, dextera in penum herile. Plautus in Capti. Ego ibo ut conueniam senem, dicam ut sibi penum aliud ornet. Inuentum hoc penu, ut genu. Actius: Penu autem optimum est, & nihil destit. Specus, id est, spelunca, unde spectare licet, secundæ uel quartæ declinationis, tam masculini q; ferni ge. Tertiæ uero solum neutri generis, unde nunc nominatiuum, accusatiuum, uocatiuumq; in usu solum habemus. De masculino genere Horarius, 3. carm. Quæ nemora aut quos agor in specus. Ouidi. in tertio meta. Est specus in medio syluis & uimine densus. De feminino genere, Sillius li. 6. Tabificam expirat sanem specus ultima. Gellius lib. 5. Specum quandam nactus. Pacuuius: Aduenio in scrupulosam specum. Cato: Specus opposita quo aqua de uia abiret. De neutro, Verg. Aenei. 7. Hic specus horrendum & sæui miracula ditis Monstrant. Ita legendum esse docet Seruius. Silius libro decimo quarto: Tum qua se primum rupta tellure recludit Inuisum cælo specus. Prudentius: Nox obscura loci per specus ambiguum. Lectum est hæc specus, cæ, & hoc specum speci, & hoc specus. Paradisus, id est, pomarium, & locus amœnissimus, in quo constitutus fuerat à deo homo, feminini generis est apud Græcos: masculinæ tamen dixit Hieronymus in Gene. Plantauerat deus paradysum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem. Augustinus ad Orosium: Paradisus in oriente situs est interiecto oceano. Aluus olim, ut declarauit, fuit etiam masculini generis, ut acus, cupressus, & plura, nunc tantum feminini generis. Intybus, herbæ nomen, patebit in heteroclitis. Phafelus, nauicula uel lox & oblonga. De feminino non occurrit testimonium nisi omnium grammaticorum. De masculino, Catullus: Phafelus ille quem uideris hospites, aiunt fuisse nauium celerissimum. Optime hinc latinissimum Catullum imitaberis. Pro legumine quodam masculinum est, pro insula uero femininum. Pampinus, uitis ramus. Varro (teste Seruo) sæpissime feminino utitur. Vergilius non decernit. Columella pro arbore quadam utitur. Arcus uel arqus, pro iride tam secundæ quam quartæ declinationis, melius est masculini generis, licet Ennius dicatur feminine posuisse. Lucanus libro primo: Arqus uix ulla uariarum luce colorem. Supparus solum masculini est, licet olim dicatur fuisse etiam feminini. Ficus, arbor nota solum est feminini generis per regulam generalem: & est sic secundæ uel quartæ declinationis. Iuuenalis: Ad quæ discutienda ualent sterilis mala robora ficti. Cicero de oratore: Cui cum familiaris quidam quereretur, quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu. Pro fructu est masculini uel feminini ge. pro masculino quidem solis secundæ declinationis, etiam morbum quandam à similitudine ficti significans. Pro feminino ge. tam secundam quam quartam declina. recipit. Hæc est sententia doctissimi Vallæ de clarantis illud Marti. Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci, Dicemus ficos Cæciliane tuos, Vulgus, est multitudo ignobilis, tam masculini quam neutri generis. Cicero: Saturnum maxime colit uulgi. Tacitus: Est uulgus sine rectore præceps, pauidus, socors sæpissime. Idem masculinæ alibi utitur in Iob: Vulgum pauperem spoliauerunt. Sallustius in Iugur. Vulgum effusum oppido cedere. Plinius lib. 8. Id uulgum credidisse uideo. Horatius: Huic ego uulgum Errori similem cunctum insanire docebo. Vergil. 2. Acneid. Hinc mihi prima mali labe, hinc semper Vlyses Criminibus, terrere nouis, hinc spargere uoces In uulgum ambiguas, & quærere confcius arma. Sergius contra rationem carminis legit uulgum ambiguam, credens uir aliqui doctissimus uulgus hic esse feminini generis, quem male sequuntur Pomponius & Niger, pluresq; Seruius admonet legendum esse in plu-

Penus.

Penu.
Specus.

Paradisus.

Aluus,
Intybus.
Phafelus.Pampinus.
Arcus uel
arqus.

Ficus.

Vulgus.

Vulgum.

DE NOMINVM GENERIBVS

Sexus.
Genus.

Pelagus
Virus.

Catus.

Laus.
Fraus.
Trabs.
Plebs.

Hyems.
Vrbs.

rali ambiguas, ut stet uersus. De neutro. Verg. Scinditur incertum studia in cōstratia uul-
gus. Sexus nunc masculinum, olim etiam neutrum fuit. Plau. in Ruden. Virile sexus nun-
quā ullum habuit. Dicebant quoque hoc genus in neutro genere, pro hoc genu. Cicero in
Arato: iam dextrum genus & decoratam lumine suram. Tantum neutri generis sunt. Pe-
lagus, id est, mare. Nonnunquam masculinē reperiri notat Calepinus. Vale. Flaccus libro. i.
O quantum terrę, quantum cognoscere cęli Permissum est, pelagus quantos aperimus
in usus. Non diffiteor Valerium dignum esse, quem citra affectationem imitemur. Virus
uenum & grauis odor. Vergilius: Ille malum uirus serpentibus addidit artis. Virus
& uirulentus. i. uisio plenus. Catus, pro fele Seruius dixit esse femi. teste Bergomate.

Fœmineum est laus, fraus, uelut s cui consona iuncta est.

¶ Laus & fraus & omnia nomina desinentia in s præcedente consonante, sunt fœmini-
ni ge. ut trabs, plebs, puis, hyems, urbs, stirps, ars, glans, mes &c. Laus, propria uirtus & lau-
datio. Hinc laudo, collaudo, elaudio, perlaudo. Fraus, deceptio & periculum. Fraudulosus
& fraudulentus, qui fraudem facit. Fraudo, das, decipio. Trabs, crassum lignum in ædifi-
cio. Ennius dixit hæc trabes. Plebs uulgus: hæc plebes, plebei, idem: sicut Plinius: Tanta
plebei consternatione, ut primo pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit. Diminuti-
uum est plebecula. Plebeius, plebeia, ad plebem pertinens. Plebiscitum, id est, plebis statu-
tum. Hyems, id est, bruma. Hyemo, as, hyeme habito. Vrbs, id est, oppidum. Diminutiuum,
est urbecula. Urbicus & urbanus, ad urbem pertinens. Virbanus, etiam est honestus & face-
tus. Reliqua patebunt in sequenti libro.

Mascula sunt pons, fons, mons, seps dum denotat anguem.

Et cum dente chalybs, assis cui iungito partes,

Et polysyllaba in s dum præponitur illi.

¶ Excipiuntur ab illa regula quædam masculini generis & sunt hæc: Fons à fundēdo,
quia fundit aquam. Diminutiuum est fonticulus & fonticellus. Olim fuit etiam fœminini
gene. teste Calepino. Fontanus, quod ex fonte est, ut aqua fontana. Pons, asser, uel quid-
uis aliud, per quod supra aquas trāsissimus. Ponticulus, paruus pons. Ponto, onis, nauis quæ
pecora traiciuntur, uel aliæ res. Mons, terræ tumor altissimus. Monticulus, paruus mōs.
Montanus, ex monte. Seps, paruus serpens, ex cuius ictu membra percussa putrescunt, à
sepo uerbo Græco putrefacio. Lucanus lib. 9. Oslaq; dissoluens cū corpore tabificus seps.
Accusatiuus est sepa, unde pro eodem fit fœminini primæ, hæc sepa, pæ, quod apud Plini-
um inuenies. At seps pro sepimento est generis fœminini, & dicit etiam hæc Sepes sepis.
Mars, deus belli uel ipsius bellum, pertinet ad regulam: Omne uiro soli. Dens, notum est.
Capitur per similitudinem pro omni quo aliquid teneri uel execari potest. Vergil. Tum
dente tenaci Ancora fundabat naues. Dentio, tis, tire, dentes emitto. Dētitio, dentiū emis-
sio. Dentatus, magnos habens dentes. Dentosus idem: Edentatus, uel edentulus, qui sine
dentibus est. Chalybs populus quidam, & ferrum optimum, & aliqui ex chalybe fabre-
factum. Vergi. Vulnificusq; chalybs uasta fornace liquefcit. Est etiam fluiuis quidam. Pro
populo similiter masculinū ē, quia fœmina dicit chalybissa, ut Arabs, quia fœmina dicit
Arabissa. Da regulā: Est genus uariū &c. Hieronymus in prologo Job: Et accepit ux-
orē Arabissam. Itē Libs, est masculini generis, quia significat uentum Africum, quem ut cæ-
teros uentos, deos esse dixit gentilitas. Et pro statu accipitur, ut Bacchus, pro uino, per
regulam: Omne uiro soli &c. ¶ Sub dente uolo comprehendendi Bidens, Tridens, pro infiru-
mentis tot dentium. Quid. Ipse tridente suo terram percussit, at illa intremuit. Bidens au-
tem pro oue est fœminini gene. ¶ Item masculina sunt nomina significatia partes assis,
Vnde As est duodecim uncia. Vncia, est prima pars assis. Nomina itaq; de quibus loquor,

Exceptio

Fons
Pons.
Mons
Seps

Seps.
Mars.
Dens.
Dentio.
Dentitio.
Chalybs.

Arabs.
Libs.

Bidens
Tridens.
As.

sunt: Sextans, sexta pars assis, id est, duae unciae. Quadrans, uncia tres, quasi quarta pars assis, & uocatur etiam triuncium. Triens, tertia pars, id est, unciae quatuor. Quincunx, unciae quinque, hoc in x definit non in ns. Semis, id est, semi as, hoc est, sex unciae. Seprux in x non in ns, id est, unciae septem. Bes, id est, unciae octo. Dodrans, unciae nouem, quasi dempto quadrante, & dicitur nonuncium. Dextans, id est, unciae decem, quasi dempto sextate. Deunx in nx, non in ns, unciae undecim, quasi dempta uncia ab asse. Haec nomina significant nummos & uasa. Persius: Sed tremor inter uina subit, calidumq; trientem Excutit e manibus. De nummo, Iuuenalis: Non habet infelix quem porrigat ore trientem. Significant etiam partes hereditatis &c. Item masculina sunt polysyllaba in ps, ut Hydrops, aqua intercus. Hydropicus, qui eo morbo laborat. Aethiops masculinum est, quia femina datur Aethiopsis.

Hic aut haec forceps, & adeps, frons, cum scrobe, serpens, Atq; rudens, & stirps dum truncum significabit.

¶ Pauca in s definitia praecedente consonante, sunt dubii gene ut Forceps, instrumentum quo tenetur aliquid, ideo ab imperito uulgo renella uocatur, a cuius similitudine caer forceps habere dicitur. Appellatur autem quasi forniceps, quia eo foruun, id est, calidum capimus. Vergilius octauo Aeneid. Illi inter sese multa ui brachia tollunt in numerum, uersantq; tenaci forcipe massam. De genere autor est Priscianus. Adeps, id est, pinguitudo cuiuscunq; rei. De masculino, Plinius: Folia cum urfino adipe trita imponit podagricis. Idem: Iuuat aures adeps anserinus cum ocymi succo impositus. De feminino, Idem: Cum quo recens adeps cocta sit. Celsus libro quinto: Adipis anserinae. Frons, semper nunc femininum est, siue folium, siue capitis anteriorem partem notet. Martialis. Nec matutina si mihi fronte uenis. Olim pro parte capitis masculinum erat. Caxili' apud Gellium: Hi sunt inimici pessimi, frōte hilaro, tristi corde. Cato: Postridie signis collatis aequo fronte pugnaui. Scrobs, fossa aut puteus & caetera. De masculino. Columella: Nec totus scrobs terra compleatur. Plau. Sexagenos scrobes. Saepius est masculinum. Diminutiuum est Scrobiculus. Dicitur etiam masculine hic Scrobis, ut hic panis. Na Capella ait, hic scrobis, ut hic mensis: licet Lucanus exiguam scrobem dixit. Ego tamen non uerebor Lucanum imitari, sic scribentem lib. octauo: Exigua trepidus posuit scrobe nobile corpus. Et Ouidium octauo Metamorphoseos: Scrobibus tellure duabus. Serpens, id est, anguis. Vergilius. Corpora natorum serpens amplex' uterq;. Iuuenal' satyra sexta: Et mouisse caput uisa est argentea serpens. Lucanus libro nono: Parua modo serpens. Martialis libro undecimo: Nec serpens habitare rota possit. Rudens, funis nauticus. Ouidi. Pulsi genuere rudentes. Plau. Hanc quam trahis rudentem complico. Frequentius est masculinum. Stirps, pro origine uel prole, solum est femininum. Vergili. Heu stirpem inuisam: At pro truncu uel radice, tam masculini quam feminini gene, est: De masculino frequentius occurret testimonium, Vergili. secundo Georgicorum: Ad morsu signata in stirpe cicatrix. Idem Aeneidos libro duodecimo: Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum. In eodem: Quis semel in syluis imo de stirpe recisum. De feminino, Horat. Stirpesq; raptas & pecus & domos. Cicero secundo de natura deorum: Per stirpes alantur suas. Sic idem saepius pro truncu aut radice & caetera. ¶ Torrens cuius generis masculini generis, quia cum sit natura adiectiuum, intelligitur masculinum fluius per regulam: Mobile pro fixo. Est autem torrens, fluius per pluuiam congregatus, qui in aetate plerumq; siccatur. Adiectiue dicimus, torrensia flumina, quae in morem torrentis fluunt. Torrens oratio, id est, uehemens & impetuosa. Comparatur, ut torrens torrentior torrentissimus. Per eandem regulam Oriens & occidentis masculina sunt, & sumuntur pro regione orientali & occidentali. ¶ Princeps cuius generis communis, quia utro & femine datur, per regulam: Quicquid utriq; datur & caetera. Est qui utriusq; principatum tenet, quasi primum caput, ut uolunt. De feminino,

Sextans.
Quadrans
Triens
Quincunx.
Semis.
Bes.
Dodrans.
Dextans
Deunx,
Hydrops
Aethiops.

6

Forceps.

Adeps.

Frons.

Scrobs

Serpens

Rudens

Stirps.

Torrens.

Oriens
Occidens,
Princeps.

DE NOMINVM GENERIBVS

- Vergilius decimo Aenei. Tu mihi nunc pugnae princeps, tu diua secundo. Cornelius Tacitus. Corruptere cubicula principum feminari. Principissa, ducissa, comitissa, militissa &c. culinaria sunt, non latina. ¶ Quae sunt alia per eandem regulam communia? Caelebs, absq; coniuge, etiam si caste non uiuat. Horatius: Melius nil caelebs uita. Quid. Sine coniuge caelebs uiuebat. Hinc caelibatus, uita sine coniuge. Suetio. Amissa uxore Lepida duobusq; ex ea liberis, mansit in caelibatu. Parens, pater aut mater, auus aut auia &c. Sedulus. Salue sancta parens enixa puerpera regem. Fit a pario & caetera. Nam parens participium a pario, id est, obediens. Infans, homo per etatem nondum sciens fari. Infancia, prima aetas. Infantilis, ad infantem pertinens. Quandoq; de pullis brutorum dicitur. Plinius: Quadrupes infantes suos cognoscunt. Idem: Vespertilio, uolucrum sola lacte nutrit hiberna ad mouens, geminos uolitat amplexa infantes. Hic obiter notabis uespertilio feminine proferri, quia intelligitur uolucris, per regulam: Communis proprio & caetera. Transfertur quoq; ad inanimata. Idem. Nec tunica minor gratia in cibo infantis boletii, id est, parui & necdum adulti. Adiectiue sumitur pro infacundo. Cicero in Bruto: Ipsa Scipionem accepimus non infantem per regulam. Gutturatq; imbuerant infantia lacte canino. Prudentius: Largire comptum carmen infantissimo. Bifrons, Quadrifrons, habens duas aut quatuor frontes, ut lanus secundum poetas. Effrons, sine fronte, id est, uerecundia. Unde est, perficitur frontem. Philephus: Nanq; uerecundi nihil est quod penitet effrons. Cliens, defensionis gratia aliquem colens, & pene uoluntarius famulus, fauore & mercede aliqua uel beneficio ductus: qui sic colitur, est clientis patronus. Clientela, est clientium multitudo. Municeps, id est, ciuis: Petrus est municeps meus, non communiceps. Manceps, qui aliquid a populo emit conducit ue, quia sublata manu significat se autorem emptionis esse. Vix de feminis dicitur, licet significatio non adeo repugnet. Est etiam conductor operariorum & princeps artificum. ¶ Recens cuius generis: omnis, quia est sub una uoce adiectiuum, per regulam: Adiectiua trium & caetera. Talia sunt ualde multa ut recens, id est, nouus. Capitur pro recenter, tam in prosa oratione quam in carmine. Plautus: Qui recens ex agro uenerat. Verg. Sole recens orto. Suet. in Tiberio: Romam recens condiram. Elegans, ornatus, splendidus, electus. Petulans, libidinofus, iniurius, nequam. Sons, malus, nocens. Insons, innocens. Iners, ignauius. Inertia, ignauius. Sic Solers, cautus, quasi totus in arte. Solon osce totum significat. Demens & amens, id est, stultus, infans. Sic experts, biceps, triceps, anceps, prudens, sapiens, ingens, concors, discors, inops, exors, potens &c. legens, amans. Sic omnia participia praesentis temporis. ¶ Sed ex dictis quaedam non uidentur esse plane adiectiua, quia inops, particeps & plura, in praesenti neutro carent. Videns, a dei, propheta, masculinum est. Animans, licet natura ipsa adiectiuum sit, tamen tam substantiuum per se ponit in quibus genere. De masculinis. Horat. 2. sermo. Sed hic stylus haud petet ultro quicquam animantem: De femininis Cicero primo de legibus: Nam quam caeteras animantes abiectis ad pastum. De neutro animantia, in praesenti, sepe occurrit testimonium. Qui. Prona q; cum spectet aiantia caetera terram Os homini sublime dedit. ¶ Adiectiua masculinis Nefrens, quia intelligitur semper porcellus. Est enim teste Varrone, porculus per aetatem tabam trendere, id est, frangere nondum potens.

Hæc petit x: polysyllaba in ax, & in ex maribus do.

Dic tamen hæc fornax, similax, carex, uelut halex:

Addatur uibex, cum forfex, atq; supellex.

Celox

¶ Nomina in x sunt feminini generis, ut Celox, id est, scapha. Plautus, Quo hanc celocem conferam? Varro: Nautæ remiuagam mouent celocem. Sunt qui putent fuisse olim masculinum. Nomen habet a celeritate. Vocatur etiam celotis & celoxia. Pax, Lex, Nox, & caetera. ¶ Excipiuntur polysyllaba, tam in ax quam in ex, quia sunt masculini generis.

ut Thorax, id est, pectus & pectoris munimentum. Hinc thorax laneus, thorax ferreus
 aut chalybeus &c. Vergilius: Bis sex thoraca petitur Perfoliumq; locis. Nycticorax, cor-
 uis nocturnus: a nyx, id est, nox: corax, id est, coruus. Anthrax, hule^o quoddam. Harpax,
 uncus quo aliquid trahitur ex puteo Dropax, unguentum quoddam. Storax uel styrax,
 genus aromatis. Dicitur etiam hæc styrax. Abax, id est, abacus, mensa calculatoria,
 & cui uasa superponuntur. ff. de legatis tertio. I. Hæres: Cui corinthia uasa legata es-
 sent, abaces quoque horum uasorum collocandorum causa legatos uideri. Vulgo mendo-
 se habetur nihili dictio baces. Frutex, medium quid inter arborem & herbam. Dicunt
 olim fuisse femininum, ut Latex, id est, aqua: nonnunquam poetice etiam uinum, nunc
 tantum masculinum. Vertex, id est, summitas, ut uertex capitis uel montis. Pollex, primus
 digitus, quia præ ceteris pollet. Rumex, id est, herba quædam libidinē prouocans. Vergi-
 lius: Fœcundusq; rumex, Murex, conchylium, quo uestes tinguntur. Capitur pro purpu-
 ra. Vergilius: Tyrioq; ardebat murice læna. Significat plura, quibus supersedeo. Mo-
 nosyllaba feminina sunt, ut pax, lex. Inter polysyllaba, id est, habentia pluras syllabas q̄
 unam feminini generis sunt Fornax, caminus ubi coquuntur lapides. Diminutuum est
 Fornacula. Similax uel similax, genus ederae flore candido olente lilium. Est etiam ar-
 bor quam taxum Latini uocant. Vbi ad florem respicimus nonnunquam masculine repe-
 rimus. Carex, herba acuta & durissima, similis asparago. Vergilius: Et carice pastus acuta.
 Carectum, locus caricibus plenus. Idem: Tu post carecta latebas. Halex, piscis: uide halec.
 Vibex, signum flagelli in corpore. Persius: Si puteal multa cautus uibice flagellas.
 Fortex, instrumentum fartorium quo aliquid scindunt. Forticula, parua forfex qua pili
 scinduntur, aut quid aliud. Forpex, Hermannus Torrentinus negat latine dici: licet
 in uocabulariis & grammaticis reperitur. Supellex, res domestica. Persius: Tecum habi-
 ta ut noris q̄ sit tibi curta supellex. Illex femininum est, quia est nomen arboris glandi-
 fera. Sic uitex, quia est salix unde uasa uiminea fiunt. Pellex femininum est, quia ad so-
 lam feminam pertinet. Est enim pellex impudica mulier, quæ cū marito alterius miscet
 corpus. Iuuenalis de mala uxore: Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat. Pellicar^o, actus
 pellicis. Pallace, id est, pellex.

Thorax

Nycticorax

Anthrax

Harpax

Dropax

Storax

Abax

Frutex

Latex

Vertex

Pollex

Rumex

Murex

Fornax

Similax

Carex

Halex

Vibex

Forfex

Supellex

Illex

Vitex

Pellex

Mascula sunt fornix, phœnix, cum mastiche uarix,

Et bombyx, spadix, & oryx, quodq; uncia præbet,

Grex, & eryx, sandix, uoluox, calyxq; calixq;.

A regula, Hæc peti x, tolluntur plura masculini generis, ut fornix, arcus in ædificiis, &
 quodcunq; opus concameratum, a turuis, id est, ater, quia solent ea loca obscura esse. Ca-
 pitur pro lupanari in Priapeia: Nigri fornicis oblitus iauilla. Hinc fornicor aris, i. mer-
 tritor. Et fornicarius atq; fornicaria. Fornico fornicas, id est, fornicem facio. Phœnix,
 auis unica. Lucanus libro. 6. Aut cinis Aeoa positi phœnicis in ara. Ouidi. Corpore de pa-
 trio paruum phœnica renasci. Si quando inueniatur femininum, hoc erit per regulam,
 Communis proprio. Quia relicta specialitate respicietur ad genus, quod est auis. Phœ-
 nix etiam est uentus quidam & fluuus, & uir regionis Phœnicia: Semper autem est ma-
 sculinum, quia femina dicitur Phœnissa. Vergilius: Hunc Phœnissa tenet Dido. Da regu-
 lam: Elio genus uarium. Sic Cilix, uir Cilicia: Thrax, uir Thracia: Phryx, uir Phrygiæ,
 id est, Troia: per eandem regulam masculina sunt, quia femina dicitur Cilissa, Thraissa
 uel Thressa, & Phrygia. Lucanus: O nunquam pacate Cilix. Ouidius li. primo Fastorum:
 Er sonat accensis spica Cilissa focus. Vergilius Aeneidos primo: Vel qualis equos Thraissa
 fatigat Harpalice. Non dicitur Thraissa, teste Georgio Merula, quia ai in ei non uertitur,
 Verg. sexto Aenei. O uere Phrygia, id est, Troiana. Rex masculinum est, per eandem re-
 gulam, quia femina dicitur regina. Mastix mastigis, id est, flagellum, masculini generis,
 teste Nebrillenfi, utimur in compositis, ut Homeromastix, id est, reprehensor Homeri &

Fornix

Phœnix

Cilix

Thrax

Phryx

Mastix

DE GENERIBVS NOMINVM

- flagellator. Et capinus pro quouis zoilo inepto, doctorum fugillatore. Sic Vergiliomastix, Ciceromastix. At mastix mastichis, i. gūmi lentisci, quæ mastiche quoq; dicit, fœmini num est contra quosdam. Serenus: Mastichis addentur fractæ iam millia farra. Varix, ue na tumida in corpore humano. Horatius: Varice succiso. Celsus libro secundo: Varix ortus. Calepinus nominatiuum ponit varices, & dicit esse masculini uel fœminini generis, uellem probasset. Postquam hæc edideram inueni fœminine apud Senecam in epistol. 78. Dum uarices excandas præberet. Hinc fit uaricosus, uaricor, uarico uaricas, & uaricus & cætera. Spadix est quidam color. Vergilius, 3. Georgicor, masculinè: honesti spadices. Gellius libro tertio: Palmæ termes ex arbore cum fructu auulsus spadix dicitur. Oryx, animal in Gerulia ex caprarum genere. Iuuenal: Et getulus oryx. Et composita ab uncia masculina sunt, quincunx, deunx, uide in ps. Partes assis, melius in x, quâ in ns definiunt ut doctissimi sentiunt, Grex, pecudum multitudo. August. fœminine dixit: Alias uero greges instituerit quæ congregatæ &c. Eryx, montis Siciliae nomen. Sandix, mascul. generis, teste Seruio, herba quedâ, & coloris genus. Hinc sandicinus, a. um. Vluox, uermis qui & conuoluolus & inuoluolus dicitur. Calyx, cum y Græco priore producta, masculinî generis, teste Nebrissenfi, id est, folliculus, quo fructus arboris cooperitur, a calypro, id est, operio. Calix cum i nostro, est uas potorium, aut etiam, in quo legumina & cætera reponuntur. Horatius: Fœcundi calices quem non fecere disertum. Iapix, masculinum est, quia nomen uenti. Hora. Ne quid albus peccet iapix, dum uermem significat. Martial. Bombyx pendulus urget opus. Pro materia uero illa, unde fiunt uestes bombycinae, fœmininum est. Nam Plinius titulum habet de bombyce coa: Item bombyce asyria: sic docuit Antonius Nebrissenfis. Aliquando tamen bombyx pro ipso panno uel ueste bombycina etiam masculinè legitur. Propert. Nec si qua arrabio lucret bombyce puella. Possimus dicere, poetam ad uermem respexisse, ex cuius textura bombycinum conficitur. Alux, pro ictu etiam masculinû est, teste Aldo.

Hic aut hæc cortex, & onyx cum prole, silix, lynx,
Imbrex, calx, ramex, pumex, obicem uolo iungi,
Atq; culex, natrix, Sunt qui limax quoq; iungant.

- Cortex. ¶ Quædam nomina in ex, sunt dubij generis, ut hic aut hæc cortex: & est ueluti cortiû cuiuscunq; rei, arboris &c. De masculino, Quidius: Senise adhuc trepidare nouo sub cortice pectus. Vergilius: Raptus de subere cortex. Melius est masc. De fœmini. Idè: Musco circumdata amaræ Corticis. Onyx, cum prole, quæ est sardonix. Onyx, id est, unguis, & gemma candorem habens unguis humani. Martial. Calcatusq; tuus sub pede lucret onyx Mar. Vnguentum fuerat quod onyx modo parua gerebat. Frequentius est masculinum. Sardonix, gemma sardi onychisq; colorem representans. Iuena. Sat. 6. In manibus densi radiant testudine tota Sardoniches. De fœminino. Idem: Conducta Paulus agebat Sardoniche. Persius: Et natalitia tandem cum sardoniche albus, Sardonix etiam est mons quidâ India. Diuersitas potest uenire, quia intelligitur lapillus uel gemma. Sardonychus, id est, Sardonix, Silix. Papinianus: Indonitusq; silix curua fornace liquecit. Sic cæteri fere. Vergili: tamè dixit nulla in silice: & Stabat acuta silix præcisiss undiq; faxis. Est lapis durissimus, unde excutitur ignis. Hinc siliceus, ex silice, uel durus, ut silicem caput. Lynx animal maculosum, ex luporum genere acutissime uidens, cuius uirina in calculi duritiem uertitur, & fit gemma. De masc. Horati. 2. Car. Nec curat Orion leones aut timidos agrare lyncas. De fœmi. Vergil. 3. Georgi. Quid lynces Bacchi uariæ. Aeneidos. 1. Maculo fæ tegmine lyncis. Lynx etiam fuit rex quidam in hanc bestiam uersus, ut fabulantur. Imbrex, melius est fœminini generis, teste Seruio, in illud Vergil. 4. Geo. Angustiq; im-

brice recti. Plautus in Milite: Meas fregisti imbrices & regulas. Est canalis in testo, per quæ defluit imber. Calx, pes imus, capitur pro cuiusq; rei fine, ut caput p principio. Perillus. In portam rigidos calces extendit. Apul. 7. Meta. Expugnata patientia mea calces uali dos extuleram. De femini. Vergil. 9. Aenei. Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Cice. 1. Tuscu. Nunc uideo calcem, ad quæ quum sit decursum. Gellius libro 13. Cursus eorum ad eandem calcem uirtutis tendentium. Calx autem, aut (ut uult caper) per cs, calces, pro materia qua lapides in muro conglutinantur, solum est femini. gene. Pallæ. Calces quæ erit ex spisso & duro laxo structuris couenit. Ramex, id est, hernia, hoc est ruptura, & defcensio intestini in scorteum, id est, saccum testiculorum. Ramicosus, id est, hemicofus. Plaut. Tua causa nemo nostræ rupturus est suos ramices. Lucil. Ramice magno. De feminino nõ fuecurrit exemplum, credo melius esse masculinum. Pumex, lapis cauernofus ad corpora leuiganda laudatissimus. Sæpius est masculi. gene. Vergil. 5. Aeneid. Latebroso in pumice nidi. Cacullus femine dixit: Cui dono lepidum nouum libellum, Arida modo pumice politum. Obex, rarissime singulariter reperiuntur nominatiuus. Ouid. Quas obice firmo Clauserat iliades. Vergil. Aneidos 8. Ecce maris magna claudit nos obice portus. Quidam magna legunt, aliq; magno, teste Seruio. Et significat obiectum uel obstaculum, ut pessulum, seram &c. Culex, uermiculus alatus: Græce conops, opos, dicitur: sæpius est masculinum. Plautus femine dixit in Casina: Eho tu mihi cana culex, uix teneor quin quæ deceat te dicam. Notat hoc contra Politianum Baptista Pius. Natrix, serpens aquaticus, masculinum esse docet Phocas per illud Lucani: Et natrix uiolator aquæ. Lucil. lib. 2. femine ne dixit: Si natrix natrixem impressit crassam & capitatam. Limax, nonnulli dicunt esse femininũ: ego uero masculinum inuenio. Colu. Implicatus concha limax hirsutaq; capere. Est testudo & cochlea terrestris, quæ & limaca à limo dicitur. Pulex masculinũ, olim fuit femininũ. Radix & crux femina sunt, olim etiã masculina. Gracchus: Dignus fuit qui malo cruce periret. Crux, id est, furca, patibulum, gabalũ. Coniunx cuius generis? cõmunis: quia uiro & feminae datur, per regulam: Quicquid utriq; datur. Est enim maritus uel uxor. Quæ sunt alia per hanc regulam in x cõmunia: Dux, qui uel quæ ducit. Ver. Dux femina facti, Ducissa, barbaræ est. Index, quæ uel quæ indicat: uel uox orationis index. Litera amoris indices. Index, qui uel quæ iudicat. Neutris figurate hæc nomina iunguntur, quia Lucanus in primo dixit: iudice bello. Vindex, qui uel quæ uindictat. Papinius primo Thebaidos: Tu saltem debita uindex huc ades Composita à facio, significatione cõmunia sunt: licet quædam eorum de feminis uix reperiuntur dici. Ut artifex, qui quæ ue artem aliquam exercet. Opifex, qui opus facit. Carnifex, tortor: male capis pro lanio. Tradux, traductus. Redux, qui saluus rediit, & reductus est. Irredux, non reductus, aut irremediabilis. Lucanus libro nono: Irreducemq; uiam deserto limite carpit. Ouidius: Sum reducis coniunx, sicut euntis eram. Subiunx, subiugatus, uel sub iugo positus. Iniunx, sine iugo, nondum subiugatus. Auspex, id est, augur & dux militiæ, atq; celebrandis nuptiis præpositus ex parte uiri. Exlex & illex, sine lege uiuens. Talia plura occurrunt. Felix cuius generis? omnis, quia est adiectiuum, per regulam: Adiectiua trium &c. ut hic & hæc & hoc felix, diues, & cui, piperitas euenit. Aliquando est qui facit rem felicem siue dans, p speritatem. Vergilius: Sis felix nostrumq; leues quæcunq; laborem, id est, prospera & benigna. Quæ sunt alia in x adiectiua? Sunt prope innumera. Ut audax, capax. Illix, id est, illectiuus, ut illix animi uenus: & illices oculi apud Apuleiũ. Politianus: Aquilæ ipsa blanda perspicuaq; suberant, & ad lauandum ilices. Senex natura quidem adiectiuum est, sed neutrum non legi, & femininum raro. Pomponius apud Varronem, teste Prisciano. lib. 3. Tua amica senex. Segrex, cõgrex, i. segregatus cõgregatus. Neutrũ tamen ple nõdũ inueni. Prudentius: Omnibus una subest natura, sed exit omnes Non unus peragit meritum segrege forma Idem: Iam mundus te Christs capis, quem congrege nexu Pax & Roma tenent. Idem: Scindant in partes geminato segrege regno. Duplex, triplex, & cætera. Pernox, toram noctem durans. Precox, ante alia maturus. Loquax, rapax, per-

Calx

Ramex

Pumex

Obex

Culex

Natrix

Limax

Cruce

Coniunx

Dux

Index

Iudex

Vindex

Artifex

Opifex

Carnifex

Tradux

Redux

Irredux

Subiunx

Iniunx

Auspex

Exlex

Illex

Felix

Illix

Senex

Pernox

DE NOMINVM RECTA DECLINA.

Trifaux,
Solox

Vlrix.
Vicrix

unicax, uelox & cætera. Trifaux, habens tres fauces. Silius libro secundo: Formaq; trifas
ci Personar in somnis lachrymosæ ianitor aulae. Solox, id est, hirtus, crassus, quasi solidus.
Titinnus: Lana soloci ad purpuram data. Lucilius: Paschali pecore ac montano hirto ar-
q; soloce. Verbalia in trix femina sunt, ut meretrix, lotrix. Vlrix, vicrix, quæ duo
in obliquis adiectiue leguntur, in feminino neutroq; genere, non in masculo, quia dicimus
uictor populus uel exercitus, uictori populo uictrici & cæ. In pluri dicimus hæc uictrices &
hæc uictricia, ultrices ultricia. Claudianus: Victrici concepta solo. Lucan. Tollite iam pri-
dem uictricia tollite signa. Silius lib. 2. Ipsa pyram super ingentem stans faucia Dido Mæ-
dabat Tyrijs ultricia bella futuris.

~~LIBER SECVNDVS DE REGVLARI NO-~~
minum declinatione. Regulae generales.



Compositum simplexq; modo simili gradiuntur,
Demitur exanguis: sine carmine plura recludam.

Apes.
Vulpes

Requies
Quies.

Exanguis

Centimanus.
Unimanus.
Quadriman^o.

Simplex & compositum plerumq; simili modo declinantur, ut pes & bi-
pes. Nam apes & uulpes non proprie dicuntur compositæ figurae, licet per
etymologiam apes putetur dici ab a priuatiua particula & pes, & uulpes quasi uolipes,
ideo faciunt genitiuos apis uulpis, non apedis uulpedis. Nec lepus lepidis facit, licet pute-
tur dici quasi leuipes. Pro aue cyphelo non dicimus apes apedis (ut uult Nebrissenfis) sed
apus apodis, ut Oedipus, podis. Requies non demitur à regula, quia ut requies quintæ de-
clinationis est, ita etiam quies apud ueteres. Afranius: Solicito corde corpus non potitur
quie. Neuius: Complexu summo opperitur & suauis quie. Quineriam requies inuenitur
aliquando tertie declinationis. Cicero in Catone maiore: Ut meq; senectutis requiem ob-
lectamentumq; nolcatis. Macrobius in primo de somno Scipionis: Requetis est inficia. Im-
pudis facit genitum similem nominatiuo, ut pubes. Impuber uero impuberis, ut puer. Ideo
male exciperet à regula, ut probabimus in terminatione is. Excipitur autem à regu-
la exanguis, quod genitum similem nominatiuo facit, cum simplex sanguis faciat sanguinis.
Est autem exanguis carens sanguine, id est, admodum pallidus uel mortuus. Tolluntur
plura: nam à substantiuis facta adiectiua, in ablatiuis & quibusdam alijs casibus aliter eunt
quam simplicia. Ut caulis ablatum facit caule, unicus uero unicauis. Et à manus compo-
sita sunt secunde declinationis, ut uult Georgius Valla cum Antonio Nebrissenfi. Priscia-
nus uero cui Mancinellus suffragatur, dicit esse quartæ, ut manus, mihi incertum est, quia
solum accipit inter obliquos reperi, ex quo nihil iudicare licet. Ut centimanus, centum ma-
nus habens. Liui. Nuntiatum est Aretij puerq; natum unimanum. Orosi. Romæ puer natus est
quadupes & quadrimanus.

Rectum in compositis tantummodo flectere fas est,
Alteruter rectum nescit uariare priorem.

Respublica.

Alteruter.

Dictio composita ex pluribus casibus non declinat, nisi ex parte recti. Unde si ex duo-
bus nominatiuis conficiatur, declinatur uterq; nomen, si declinationem recipiat, ut Respu-
blica reipublicæ, ciuitas libera quæ iure regitur. Si ex recto & obliquo fiat, aut contra, so-
lus nomen declinabitur, ut tribunus plebis, urbis præfectus, iuris peritus, senatus consultum,
plebiscitum. Si uero nomen ex duobus obliquis conficitur, nullo modo flectitur, ut huiusmo-
di, eiusmodi, quæ possunt esse orationes. A parte prima excipitur Alteruter, quod licet
ex duobus rectis conficitur, tamen solum declinat posterior rectus sic. Nemo alteruter, alterutra,

alterutrum, gto alterutrum, deo alterutri &c. i. cuius e duob. aut un^o e duob. Cicero: Video
necesse ee alterutrum. Cic. pro Marcello: Quod si in alterutro peccandū sit, malim timidus
q̄ parum prudens uideri. Idem tamen (teste Prisciano) declinavit alibi ex utraq; parte re-
cti, ut in Protagora: Quæ igitur potest esse indignitas uoluntatis ad molestiã, nisi in ma-
gnitudine aut in lōgitudine alterutrum posita. sic etiã Cato usus, teste Prif. Regl'a solū in
re igitur de cōpositis ex duobus integris, ideo agricola, & duodecim huc nō pertinent,
nec puerpera, nec leopardus, quod nomen Alexander male excipit, cum non ab hoc no-
mine leo, sed potius a feminino lea fiat, ut non male Hermannus Torrent. notauit. Præ-
terea licet leopardus dicatur animal tã ex leone & panthera, q̄ ex pardo & leana, tamē
leo in eo uocabulo corruptam est, quia solum corripitur, cum extra compositionem sit
anceps, ut interdum duo, quod in duodecim & duodenus & duodecim solum corripit:
ideo nil mis, si horz nihil ex utraq; parte declinetur. Vigintiduo non declinatur ex pri-
ore parte recti, quia uiginti est indeclinabile. Officiperdi, si satis latine dicatur, pro hoie
nihili, fit ex duobus corruptis, ideo huc nō pertinet. Quotiescunq; alter ntōz aliquo ca-
ret, tota dictio eodem carebit, ut iusurandum caret gto & drō ablatiuoq; pluralib. quia
illis ius caret. Vnūquisq; caret uocatiuo, ut quisq;. Sūspis caret ntō, ut sui &c. Tribu-
nus plebis, est princeps & defensor plebis. Senatusconsultum, id est, statutū senatorz. Ple-
biscium, plebis statutum. Paterfamilias, in prima declinatione dicit. Malumpunicum,
pomum ex Africa allatum. Sulpitius etiam excipit Holusatrum, quod holisatrum etiam
dicit, & Rosmarinus, quæ duo ex posteriore tm parte flecti testatur. Dicit etiam rosma-
rinum frutex quidam, & holusatrum, id est petroselinum.

Leopardus

Holusatrum
Rosmarinus:

In neutris primus, quartus, quintus similes sunt.

Quis in a pluralis semper cum flectimus exit.

¶ Nomina neutri generis in quacūq; declinatione, habent tres casus similes, ntō, accm̄,
 utm̄, in utrolibet numero: & hi casus si declinent, in plurali terminantur in a, ut ntō ac-
 culatiuo utō scamnū, & pluralitē scamna. Sic corpus, corpora, cornu, cornua &c. Ntō ac-
 culatiuo utō pelagus, uulgos, uirus. Si nō declinent, nō necessario pluraliter in a desinūt,
 ut centum, mille, tempe. Item ambo, duo, quamuis declinentur, in a non desinunt, quia
 omnino irregularia sunt.

Est primo quintus similis, sed græcus s aufert

Sæpe, uelut Thoma, Theseu, Panthu, Pari, Palla,

Vocatiuus similis est ntō, ut ntō musa, puer, panis, utō o musa, puer, panis &c. tã in sin-
 gulari q̄ in plurali. ¶ Ab hac regula excipiuntur primo nomina græca in s, quæ literam
 s sæpe in utō abiciunt, ut hic Aeneas, Thomas: o Aenea, Thoma. Sic omnia prima in as
 terminata. Hic Anchises, Priamides: o Anchise, Priamide, sic omnia in es prima. Hic Ty-
 deus, Orpheus: o Tydeu, Orpheu, sic omnia in eus per eu diphthongum desinētia. Hic Pã-
 thus, Oedipus, Melampus: o Panthu, Oedipu, Melampu. Talia sunt admodum pauca. Hic
 Calchas, Pallas: o Calcha, Palla. Talia in tertia sunt omnia uirorum propria in as desinē-
 tia, quoz fit genitiuus in antis. Pallas, adis, dea nomen, facit utm̄ o Pallas. Quidis: Tem-
 pus Acla ueniet tua quo spoliabit arbor. Hic Achilles, o Achille. Hic Paris, o Pari. De his
 non nihil proficere suo loco dicam. Sunt adhuc duæ a regula exceptiones de nominibus
 in us secundæ declinationis, ut hic dñs, o domine: Lauretius, o Laurenti. Eas declarabo in
 secūda declinatione.

Syncopa plurali nonnunquam fit genitiuo,

DE NOMINVM RECTA DECLI.

Syncoza.

¶ Syncoza aliquando fit in grō plurali. In prima quidem, ut cælicolum pro cælicola-
rum. In secūda, ut deum pro deoz. In tercia, ut cælitū pro cælestium. In quarta, ut cur-
rum pro currū. In quinta, ut speciem sine r litera pro speciez, teste Diomede: id credo
nūc exoleuisse. Syncoza, est ablatio literæ uel syllabæ e medio dictiōis. Huc est figura cō-
traria epethēis, q̄ est adiectio literæ uel syllabæ in medio dictiōis, ut alitum pro ali-
tum, propter uertum recipitur. Omnia suo loco profāice latius declarabuntur.

Plurali similis sexto uult tertius esse,

¶ Darius & ablatius plurales cuiuscūq; declinationis, sunt similes, ut datiuo & ablati-
uo magistris manibus & cætera. Ponetur ergo solius datiuī regula, quia per hanc abla-
tius notus est.

PRIMA DECLINATIO.

8

Prima dat as, es, e, rectis, & a: Patrius æ uult
Cum terno: Sed ab e recto genitiuus in es fit.
Casibus his Adam tantum flectunt & Abraham.

¶ Prima declinatio habet tres terminationes nominatiui: As, ut Aeneas, Thomas, Da-
mectas, Elias, Isaias, propria uiroz: omnia: præter Boreas, uenti nomen, & Satanas, id ē,
diabolus: & Abbas, teste Georgio Valf. sed de hoc nomine plura dicam in tercia declina-
tione. Dorcas, id est, dama uel caprea, nullo modo est primæ declinationis cōtra q̄dam,
quia gr̄n̄ facit dorcadis: nomen habet ab acute uidendo, derkin Græce uidere significat.
¶ E, ut Alcides, Chryses, Anchises, Manasses, & plura uiroz: ppria. Quædam sunt appella-
tiua, ut cometes, pphetes, leuites psaltes, & p̄sima in ḡnibus declarata. Priamides. i. Pri-
ami filius aut nepos. ¶ E, ut pentecoste, festū spiritū sancti, interpretatur quinquagenaria,
quia quinquagesimo die post dominicam resurrectionem celebratur. Pentecostes. i. quin-
quagesimus. ¶ A, ut poeta, qui facit carmina. Arca, id est, cista. Arrha, nummus qui datur
in contractibus, eyn gods penninck: uel pars solutionis in contractus initio data, & dicit
etiam arrabo. Hinc arrho, & subarrho, as, id est, arrham facio. siue per arrhā obligo. Am-
brofi. Annulo suo subarrhauit me dñs meus. Priusq; pcedamus, libet aliqd dicere de decli-
natiōe & casu. ¶ Declinatio quid est: dictiōis per casus in fine uariatio, ut hæc mufa, huius
mufa. Et sic declinatio a coniugatione distinguit, quæ etiam declinatio dicit generaliter
accepto uocabulo. ¶ Casus quid est: declinationis gradus. Quot sunt casus? Sex: Nrs̄ siue
rectus, qui rē nominat, & a nullo cadit: ideo improprie casum dici uolūt. Gr̄s, q̄ ceteros
gignit, & patrius dicit, q̄a p̄ ipsum patronymicū resoluūt, ut priamides, Priami filius. Idē
est possessiuus & interrogādi casus. Dr̄s significat id, cui aliqd dat uel acquirit, aut etiā cō-
mendatur: ideo cōmendariuus dicit. Accusatiuus, inuariuus, & cautariuus, aliqd accusari
& in causa fieri ostendit. Vtus uel saluariuus, q̄ uocationem salutationemq; dicit. Abltus
pleriq; id a quo aliquid auferit, significat. Et dicit Latinus, q̄a latini nō Græci hūc casum
habēt. S̄nt q̄ adiciant septimū & octauū: de qbus in syntaxi doceberis. Vtus quoq; rectus
dicitur, q̄a nō tere similis est. Declinationes sunt quinque, ut in rudimentis declarauī, ubi
cum Antonio Mancinello atq; iplo Prisciano sic interrogauimus: Cuius declinationis,
cuius personæ, cuius coniugationis: quum interrogandum fuerat (ut postea correxī) quo-
tæ declinationis, quia quotus de numero ordinali interrogat, non quis: id tum nō igno-
rabamus, sed (quod doctissimis frequenter usu uenit) per incuriā quandā non animaduer-
timus. Participia declinant ut nomina. De pronomibus in fine huius libri agef. Declina-
tiones p̄ terminationes nō q̄ interim distinguunt: sed melius p̄ obliquum desinēcias.
Quidam septem putabant esse declinationes: primam, ut mufa: secundam, ut domini: ter-

Dorcas

Pentecoste
Poeta
Arca
Arrha

Declinatio

nam, ut Antonij: quarram, ut patris: quintam, ut uifus: sextam, ut rei, feptimā, ut cornu. Nobis placet omnes itas ad quinq; reduci.

Patrius æ uult cum terno.

¶ Genitiuus & Datiuus primæ declinationis singularis numeri definunt in æ diphthō gum: ut Patria, huius patriæ, huic patriæ, id est, natale solum, siue locus, in quo quis nat⁹ est, ut Niniue est patria mea, uado ad patriam: non uado ad partes. Musa, id est, cantile-
na & poetarum dea, secundum gentiles. Aula, id est, domus principis. Aulicus, qui apud principem moratur. Caula, id est, ouile. Nepa, id est, scorpius. Aura, Ienis uentus & splendor, & fauor. Diphthongus, est duarum uocalium uiam suam retinentium, in eadem syllaba conglutinatio. Et sunt lacinæ quatuor, æ, œ, au, & eu: ut musæ, cœna, audio, euge: & debent omnes scribi contra indoctos: sed in æ & œ parum audiuntur a & o. Diphthongus dicitur a dis, i. bis, & phthongos, i. uocalis sonus, hoc est, duarum uocaliū unus sonus. Veteres in gr̄o frequenter per duas syllabas ai pro æ dixerunt, ut aulai, aquai, terrai, animai, nepai, pictai &c. pro aula, aqua, terra &c. hæc nūc exoluerūt, nisi rarerent uelimus in carminibus uetustatē redolentibus antiquarij haberi, quod rarissime fecit Vergi. ut, 2. Aeneid. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Et in, 6. Aurai simplicis ignem. Et in, 9. Diues pictai uestis & auri. Cicero in Arato: Atq; oculos urget pedibus pectusq; nepai. Vetustissimi etiam in gr̄o as pro æ dixerat, ut hæc esca, huius escas. Liuius Andronicus: Escas habemus mentionē. Næuius: Filij terras. Hos semel imitat⁹ Maro dixit: Nihil ipsa nec auras, Nec sonitus memor. Id iā exoleuit nisi in cōpositis: paterfamiliās, materfamiliās, filijfamiliās, ubi familiās gr̄us ē uer⁹ singularis nūeri. Dicim⁹ etiā paterfamiliæ, ut docet Prif. Est autem Paterfamiliās, dñs familiæ, etiam si non habet liberos. Materfamiliās, domina familiæ. Filiusfamiliās, qui in patria potestate est. As autem pro æ posuerūt more Græcorum. qui dicunt Leda ledas, mulieris nomen. Hermentia, hermentias, id est, interpretatio ut liber perhermentias, id est, de interpretatione. Liber uitas patrum, sic non dicitur: sed uitæ patrū, legi uitas patrum: & uitæ patrum à beato Hieronymo scriptæ sunt, ut uitæ philosophorum à Laertio.

Sed ab e recto, genitiuus in es fit.

¶ Excipiuntur à regula, quantum ad gr̄m, nomina Græca in e, quia genitiuum faciunt in es. Dtm̄ uero in æ diphthongū, ut hæc pentecoste, huius pentecostes, huic pentecostē, Sic Magdalene, tysbe, penelope, calliope, circe, & alia plurima mulierum propria. Hecatombe, ceterum boum sacrificium. Phœbe, id est, diana & luna. Hebe, uxor Herculis, pubertas. Parafceue, præparatio. Crypte, ædificiū subterraneum. Agape, id est, dilectio. ¶ Quædam apud Latinos terminantur in a, ut helene uel helena, syncope uel syncopa, syncedochæ aliquando etiam syncedochæ. Pascha, licet proprie indeclinabile sit, tamen Latini ecclesiastici præsertim in gr̄o & dt̄o paschæ ausi sunt dicere, ut in biblijs pater, & apud Sidoronū, licet aliqui in Aulonio phasæ legant non paschæ. Nonnulli uolūt pascha, aris, per tertiā uariari. Similiter Adā & Abrahā indeclinabilia sunt, ut balahā. Ecd̄iastici tñ in gr̄o dt̄o ue nonnunq; Adæ, Abrahæ dicūt, tanq; ab adas abrahæ. Itaq; interdū filij Adæ legimus, ut Matufalæ à matufales aut matufalas, non à matufalem. Vna, unius facit, ut unus unius. De hoc in secunda declinatione dicemus.

Am faciet quartus: finita per as uel a græca

An quoq; dant: en fiet ab es & ab e, nec habent em.

¶ Accusatiuus primæ declinationis terminatur in am, ut hæc Sella, hanc sellam, id est, sedes. Plautus: Date isti sellam ut assideat nobis. Sic per c, Cella, id est, cubiculum & penarium, ut cella uinaria. Cellarius, procurator peni. Camera, non est (ut indocti putant)

Patria
Musa
Aula
Caula
Nepa
Aura
Diphthōgus

Aulai

Escas

Paterfamiliās

Leda
Hermentia

Hecatombe
Phœbe
Hebe
Parafceue
Crypte
Agape
Pascha
Adam
Abraham

Pelta

cella, sed testudo templi, aut cuiuscunq; domus, id est, curuatura in modum calij aut pala-
ti, Pelta, paruum & breue scutum. ¶ Finita per as & cætera. Græca nomina in as & in a eti-
am mittunt accusatiuum in an, ut hic Thomas, Aeneas, Boreas, Saranas, & cæ. hunc Tho-
mam uel Thoman, Aeneam uel Aenean, Boream uel Borean, & c. hæc Ossa, Aerna, hanc
ossam uel ossan, Aetnam uel Aetnan, montium nomina sunt. Sic Aegina, Medea & cætera
mulier, ppria. Ouidius: Horrificæ contra Borean, Iouis arma ministrat. Nomina in es
& in e desinentia faciunt accu in en nunq̄ in em cõtra quosdã, inter quos Sidonius est,
& diu post hunc Alexander. Verg. Anchisen facio certum. In lacris: In Ninuen ciuitatẽ
magnam uenit timor & tremor.

A sextus donat: tamen es ac e retinent e.

Lagena
Fidelia
Sagena
Hara
Mandra
Forica
Latrina
Cloaca
Nantica
Mantissa
Succerdia
Axungia
Basilica
Theriace
Strophe
Stacte
Hyle
Ille
Ode
Anchisa
Arrida

¶ Ablatiuus in a desinit, ut ab hac musa, ab hoc Aenea. Sic Lagena, uas in quo uiatores
potum deferunt. Fidelia, uas fictile, cui uinum aut ceruisia imponitur. Perlius: Timet al-
ba fidelia uino. Sagena, id est, rete piscatorium. Hara, porcorum stabulum. Mandra, alia-
rum bestiarum stabulum. Forica, locus in urbe publicus, ubi cuiq; licet corpus curare. La-
trina, locus priuatus & latens, quem quisq; domi habet. Cloaca, locus cauus, per quem
colluuiis fluit. Cloaco, cloacas, id est, iniquo. Et cloacæ in oppidis, sunt fossulæ in plate-
is, per quas aqua pluuialis cum sordibus excurrit. Vulgus male capit pro latrinis. Plautus
metaphorice, cloacam uocat immundæ uetulæ aluum, dicens in Gurgulio. Age, effunde
hoc cito in barathrum, prope proluet cloacam. Mantica, saccus aut pera cuius pars post
tergum, pars ante pectus, dum geritur pendet. Mantissa, additamentum quod adijcitur
rei uenditæ, ut in ceruisia aut uino pauillulum ultra iustam mensuram. Succidia, caro sa-
lita, quæ quoties opus est succiditur. Succerda, porcinum stercus. Axungia, pingue quo
axis ungitur, ut currus mollius incedat. Basilica, domus regis & templum & locus, in quo
negotiationes, consilia, & iudicia exercebantur. ¶ Tamen es & cætera. Nomina in
es & in e desinentia, faciunt ablatiuũ in e: ut ab hoc Anchise, comere, ab hac pentecoste:
sic arete, id est, uirtus. Theriace, quoddam medicamentum, dryakel. Strophe, uersutia
uel deceptio. Stacte, preiosum gummi. Hyle materia. Ille, id est, ala uel turma. Ode,
id est, cantus. Hæc & familia solum in e ablatiuum habent. Vbi autem est a, fit a nominati-
uo in a, ut theriaca, scropha, oda & c. sic de acco in am, sic noia in es, in acco en solum ha-
bent: in ablatiuo solum e. Anchisam uero & anchisa sunt a ntõ in a, sic enim Anchisa, pro
Anchises aliquando dictum est, ut Atrida, pro atrides. i. filius uel nepos atrei. Propertius:
Nõ ita dardanio gauisus atrida triumpho. Ntõs est. Hora. Nequis humasse uelit Aiacẽ Atri-
da uetas cur. Vtõs est ab Arrida. Nã ab atrides õ atride dicitur: ut ab Anchises, o Anchise,
per regulam generalem Græcorum ante positam: Hic anchisa, hũc anchisan õ anchisa. Ver-
Cõingio anchisa Veneris dignare superbo. Nec obstat. pductio, quã etiã ntõs à Græcis pro-
ducat, ut tegea, nemea. De abltõ, Idẽ: Anchisa generate deũ certissima proles. Ab anchisa
ntõ fit, nõ ab anchises, teste Diomede grammaticorũ (ut multis uidet) achille. Accus Aene-
am siquĩ inueniat, potius à ntõ etiã Aenea fit q̄ Aeneas, ut dicit Geor. Valla. Adã & Abra-
ham solũ in gto dtõ q̄ uariata legunt. Noia in e desinentia latini in pñ uix unq̄ usurpãt, nĩ
si secundã declinationem latinã, tanq̄ singulariter terminentur in a.

Primus pluralis fit in æ: genitiuus in arum.

Aeneades
Troiuigena
Craiuigena

Nominatiuus pluralis in æ diphthongon desinit, cui similis est uocatiuus. Gtõs fit in
arum, ut hæc musæ, õ musæ, harũ mularũ: sic hæc cataractæ & c. Synropa fit in gto pñ, abie-
ctõs literis a & r: ut cælicolũ, p cælicolarũ: sic in ceteris a colo copolitis. Aneadũ, p Aeneada-
rum: sic in reliquis patronymicis. Aeneadæ, sunt Romani q̄ ab Aenea descendisse credun-
tur. Troiuigenum, p troiuigenarũ: sic cætera à gigno. Troiuigena, i. troianus. Craiuigena,
Græcus: sic plura compositæ figuræ nomina causa uelut patiuntur syncopam, ut adue-
num, hærediptum, sic quoq; nundinum pro nundinarum. Sed autoritate opus est, neq;

em musum p musarum & similia dices. Ver. Callicolum regi maciabam in littore taurū.
Idem: Caprigenumq; pecus p caprigenarum, teste Prisci. lib. 6. Alij malunt neutri gene-
ris esse, ut sit caprigenus, a, um, ut apud Valerium alienigenus, a, um. Regula ante posita
est: Syncopa plurali.

Tertius is poscit, tamen abus paucula donant.

Filia, mula, duæ, liberta, equa, nata, dea, ambæ.

Drūs p̄tis in is desinit, deō abltūs filis est per regulā: Plurali similis &c. ut his mussis, p̄
nis &c. Octo indubie habent abus, filia filiabus. Sic nata &c. quum ambæ duæ nulla diffe-
rentiæ causa faciunt solum abus, duabus, ambabus, reliq; differentiæ causa faciunt abus,
ne de utris uideatur sermo: quod ppter testamentorū necessitatem factum esse dicit Ser-
gius: Verba doctissimi Sergij sunt: Hæc pauca dicit Probus contra artem esse suscepta, nec
nos debemus ad istorum similitudinem alia declinare. Ea enim quæ arte carēt sola auto-
ritate firmantur. Notanda sunt aurea Sergij yba contra ceruicosos quosdā nimis temera-
rio ausu similia ferentes, ut sponiabus, dñabus &c. Ideo etiā nolim ab asina, asinabus di-
cere, si id præter Phocā & Priscianū nemo dixerit, & Valle hærebo, ppter uerba Sergij, &
qa Hier. dixit in .i. Regū: De asinis q̄s perdidisti, ne sollicitus sis. Sic Plī. lib. ii. Nat. hist. Asi-
nis hubera à fœtu dolent. Ambiguitas per adiecta tollit. Puerilis est argumentatiuncula
Mācinelli & Lāciloti: Si mula mulabus, equa eq̄bus, cur non alina asinab? addā ego: Cur
nō uitula uitulabus &c. Iā uideamus singula. Filia aliqñ filijs facit, præferim ubi certum
est de tā minis fieri locutionē. Caro in originibus: Dotes filiabus suis nō donāt. At Plau-
in Stichō: Ego intrabo, & gratulabor aduentum uestrū filijs, loquit senex de duabus fil-
is ad generos. Hier. ca. 3. Gene. Quid posim facere filijs & nepotibus meis, dicit hoc Labā
de Lia & Rachele. Nata. i. filia: similiter inuenit facere natis, ubi ambiguitas tollit. Papi-
in Achilleide: Charisq; para con nubia natis, Quas tibi sidereis diuarum uultibus eq̄s fors
dedit. Ouidius. 13. Met. Effugiunt quo q; potest Eubœa duabus, & totidem natis An-
dros fraterna petita est. Mula, animal notum. Dea, satis patet. In fœminino mulis & deis
nusq; legi nec libertis. Est autē Liberta, mulier libera q̄ fuit serua: Libertus, talis uir, & ad
patronū patronāq; refertur. Equa, notum animal. Caput est apud Varronem de equis &
eq̄bus, ubi autem ambiguitas abest, equis sæpius quàm eq̄bus reperies: ut. ff. de usuris, &
fructibus. l. i. equis, ubi dicit Modestinus: Equis per fidei commissum legatus post morā
hæredis factus quoq; debentur. Et. ff. de extraordinarijs cognitionibus. l. de usu. Item de
equis alienis à sciente possessis factu earum &c. Columel. lib. 7. Admissarium cæteris equis
facit inimicum, id est, eq̄bus. Serua aliquādo seruabus facere, contra Vallā docet cum Mā-
cinello Lancilorus: ut. ff. de fundo instructo. l. prædīa. §. i. Affini: Quæsitum est an ea
mancia commisso cedunt, quum quædā ex his officijs ad tempus peregrinationis addu-
cta sunt relictijs conseruabus & filijs suis, quædam patribus & matribus relictijs. Sulpitius,
fociabus apud Florum legit. uetustissimi dixerunt, dextrabus, uestrabus, eabus. Hiero-
nymus & alij non indocti Ecclesiastici dixerunt animabus, famulabus, quæ propter au-
toritatem diui Hieronymi non adeo uitupero, libentius tamen animis famulisq; dixe-
ro. Hieronymus in Exodo: Dabunt singuli pretium pro aiabus suis domino. Cicero autē
sic scripsit: Cicero Terentiæ & pater Tulliolæ duabus animis suis salutem. Paulus ad He-
bræos: Ut non fatigemini animis uestris deficientes, animis dixit ab anima, teste Valla.
Hieronymus in Exodo: Misit unā ē famulabus suis. At Papini⁹ famulis à famula dixit. 12.
Thebaidos: Prima p̄ attonitas nigra regina cateruæ. Tristibus illabens famulis iterumq;
refurgēs Quærit inops Argia uias. Dñabus apud nullum idoneum reperi, sed semp̄ dñis.
Quintus Curtius de Darij uxore & filia ait: li qui in uestibulo erāt ut armatos cōspexere,
rati actum esse de dñis, uociferant missos esse qui occiderēt captas. Hieronymus ad Deme-
triadē: Incedētibz dñis ancilla uirgo proccedit ornatio, ut pro nimia cōsuetudine quam

Asinabus

Filia

Nata

Mula

Liberta

Equa

Socia

Anima

Famula

incomptam uideris, dominam suspiceris.

Accusatiuus semper pluralis in as fit.

Anima.
Crumena.
Coma. Ansa.
Mulcta.
Antilena.
Postilena.
Scutica.
Dolabra.

Accusatiuus in as finitur, ut has animas, crumenas &c. Anima est spiritus corpus uiuiff cans. Capitur pro uento. Plautus: Ne quid animae emittat dormiens. Crumena. i. marfupium, uulguſ barbaꝝ burſam uocat, forſitan à byrſa. i. corio. Malua, herba quædam. Coma, capillorum ornat us. i. caſaries, utrūq; tam mulieris q̄ uiri eſt. Anſa, eſt uafiſ auricula. Præbere anſam. i. occaſionem dare. Etiam eſt fibula, quæ calceiſ inſuitur, eyn gheſpe. Tibul. Anſaq; compreſſoſ alligat arta pedes. Mulcta, ſolutioniſ pœna. Antilena, qua pectus iumentuſ cingitur. Poſtilena, quæ ſub cauda ponitur. Scutica, yberandi ex funiculis inſtrumentuſ. Dolabra, leuigandi inſtrumentum.

SECUNDA DECLINATIO.

Altera ſex rectiſ, er, ir, eus, ur, dat uel us, aut um, Addimus è græciſ os, & on, per us um uarianda.

Faber.

Nom inatiuus ſecunde declinationiſ habet ſex terminationeſ, er, ir, eus, ur, us, um. Eus eſt terminatio græca. Hiſ iungimus græcam terminationem os, quâ latini ſapiffime uerſit in us: & on, quam uerſit in um. Exempla ſunt: Faber, quicunq; artifex malleo utitur, ut faber lignariuſ, faber ferrariuſ, faber murariuſ &c. Faber, fabra, fabrum adiectiuum, aliquid ad fabrū pertinens, ut ars fabra. Hinc fabre aduerbium. i. artiſticioſe. Affabre, id è pulchre. Infabre. i. inepte, turpiter. Fabrefacio. i. artiſticioſe compono. Fabrica, fabri officina. Fabrilis, ad fabrum pertinens. Horati, Quod medicorum eſt promittunt medici, traſtant fabriſia fabri. Magiſter, cui cura rei incūbit, ut magiſter pagi, magiſter uigilū, magiſter grammatice, quicunq; ludo literario præeſt, magiſter recte dicitur, Magiſteriū, magiſtri dignitas uel officiū. Magiſtro, as, id eſt moderor, guberno. Glaber, a, um. i. caluſ, id eſt, ſine crine, aut herbiſ, uel ſegete. Nam ager aliq; glaber eſt. Glabretum, caluitiū. Scaber, ſordid⁹, aſper: ut ungueſ ſcabri, cutiſ ſcabra. Hinc ſcabredo, ſcabritia, & ſcabrities. Auſter, uentus ſtans à meridie & cætera. In ir tria ſunt, Vir. i. maſ. Hinc ſemiuir, duūuir, centumuir &c. Treuir, aliquiſ è ciuitate Treuirenſi. Leuir, frater mariti uel uxoriſ. Leuir uolūt dici quaſi leuiſ uir. In eus omnia ferè ſunt uiroꝝ propria, ut Orpheuſ, Perſeuſ, Ty deuſ &c. In ur unicū eſt ſatur nomen adiectiuum, ſatur, ſatura, ſatur⁹. In us & in um ſine numero nobiſ cognitio ſunt, ut Circus, locuſ rotunduſ. Hiruſ maſ capraꝝ. Circinuſ, ſecūda breui, inſtrumentū quo formantur circuli & ſcutellæ &c. Colum, uas per qd purgatur lac, aut aliuſ liquor. Colo, as, per colū purgo. Solū, animalis ſulentaculū, ut terra eſt hominiſ ſolū, mare piſciū, aer autū. Quid. Omne ſolū forti patria eſt, ut piſciſ æquor. Os, ut Samoſ, Leſboſ &c. On, ut Pelion, Ilion &c.

Treuir.
Leuir.
Circuſ.
Circinuſ.
Colū. Solū.

I patriuſ ſeruat, genitiuſ non ſuperabit.

Sequeſter.
Vaſer.
Aſer.
Ater.
Teter.
Onager.

Genitiuſ ſecunde declinationiſ in i deſinit, ut huiſ magiſtri, domini, ſcamni. Grūſ nō ſuperabit: Sententia eſt, grūſ ſecunde declinationiſ nō habet plureſ ſyllabas, q̄ nriſ, & hoc dicū, non creſcit grūſ, ut hic ſequeſter, huiſ ſequeſtri. i. mediator inter litiganteſ, dictū eſt in generibuſ. Vaſer, a, um. i. calliduſ & aſtutuſ. Cicero: Non ſunt in diſputatione uari, non ueteratoꝝ, non maliſioſi. Vaſeramentū. i. aſtutia. Aſer, ex Africa. Ater, ualde niger. Atrare, atrū facere. Atramentū, ater liquor, ex quo ſiūt litera, uulguſ minus apte en cauſū uocat, qd ſignificat inuſtū. Teter, id eſt, turpiſ, deformiſ. Onager, ſylueſter aſinuſ. Sic caper, Vmber, Cimber, cancer, Maander, coluber, ſber &c. Scamnuſ ſcamni, ſtultuſ ſtulti, iuſurandū iuriſurandi: non creſcit ex ea parte qua eſt ſecunde declinationiſ, ſolen ne iuramentū, & religioſa aſſirmatio eſt iuſurandum.

Iuſurandum.

Crescit ir, ut, & prosper, puer, asper, adulter,
Presbyter, atq; tener, miser, exter, gibber, iberq;
Et lacer, atq; focer, liger, orta gero, fero, liber.

Addimus ijs dexter, cui syncopa fiet, ut asper.

Crescūt tamen pauca, ut quæcūq; in jr desinūt, ueluti uir uiri, leuir leuiri &c. & ur, ut fatur saturi, cū sequentib; in er, ut Gener, maritus filia. Prosper, prosperi .i. fortunatus aut felix. Cicero etiam in ntō prosperus dixit in .6. de repu. Hominū generi prosperus & salutaris. Prospero, as, id est prospero facio, ut Deus prosperet opus tuū .i. fortunet aut fecūdet. Prosper, eri, est poeta Christiani nomen. Puer, eri, filius aut famulus. Hinc puera ueteres dicebant, nūc puella in usu est: & Prisciano teste, dicebāt hic & hæc puerus, ut hic & hæc focus, sed exoleuit utrunq;, & hic puerus magis in usu erat. Plautus: I puere pulta. Asper, eri, id est durus, acutus, amarus, non planus, & pro irato sumitur. Aspero, ras, asperum facio. Exaspero, idem & iratum facio. Maledictus qui exasperat matrem. Asper asperi, similiter crescens, teste Georgio Valla contra Priscianū, uiri propriū. Inuenit tamen aspri sine crescētia, tam propriū q̄ appellatiū per syncopam. Verg. 2. Aenei. Impro uisum aspris ueluti q̄ sentib; anguem Pressit. Adulter, q̄ matrimonij uiolat, mulier adultera dicit. Adulterare .i. maculare & adulteram facere, & (ut uulgo dicitur) falsificare. Hinc adulterinus, ut adulterina moneta uel clauis. Presbyter, græce presbyteros .i. senior, non ut barbari somniant, præbens alijs iter, nec in sacris semper sacerdotem significat. Tener, a, um .i. mollis, ut tener hagnus. Miser, infelix. Exter, a, um .i. externus. Papius: Exter honos. Veteres etiam deter, a, um, pro detrito aut minus bono, & cæter dixerunt, quæ crescebant, declarabuntur latius in .4. libro. Gibber .i. gibbosus uel gibberosus, qui tumorem in dorso habet, qui gibbus dicitur, uel hæc gibba. Gibbus & gibber tam p tumore, q̄ pro tumorem habente lecta sunt. Struma in pectore est, ita omnes grammatici docent. Celsus tamen gibbum in pectore, strumam in tergo constituit. Gibber adiectiuum secūda est, teste Nebriffensi, ar substantiū est tertia. Iuuenalis: Attritus gibbere rarus. Iber iberi, uel tertia: iber eris .i. Hispanus. Iberia, Hispania. Lucan. Occurrat Iberibus alter. Idem: Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset Cantaber. Dicit etiam Iberus, qui etiam est Hispania fluius, unde dicta est Iberia. Sub hoc nomine comprehenditur Celtiber celtiberi, à Celtis Gallia populis, & Iberis, constat nomen, est populus Hispania, regio uocatur Celtiberia. Iber similiter declinatū est, nomen populi habitantis iuxta Armeniam. Producūt aut Iber & Celtiber semper genitiui penultimā, quā alia hic corripunt. Martialis Celtiber ntō singulari in er usus est, ut in uersificatoria docui, ergo inepte reprehendit Alexandrū Cal. Alemanus quidam, credens Celtiberi p̄r tm̄ dici. Lacer, & (ut quidam uolunt) lacerus .i. laceratus uel laniatus, hinc in er ntūs semilacer apud Cuiidum. 7. meta. Socer, pater mariti uel uxoris. Liger eri, uiri proprium. Nebriffensis dicit secūda declinationis esse. Verg. 10. Vefani talia late dicta uolant Ligeri. Priscianus dicit esse tertia Hispania, eris, & aliqui libri Vergilianī in dtō uesano habent. At pro fluuio Liger eris, solū tertia est. Dicit quoq; Ligeris, inde est accūs Ligerim ut Tibrim. Crescunt etiā composita à gero & fero, ut Clauiger, qui clauam gerere dicitur, ut Hercules, uel clauem ut D. Petrus. Laniger, a, um, gerens lanam, ut ouis est lanigera: sic fetiger, corniger, bel liger. Armiger, qui arma militis fert, ineptum uulgo mangonem appellat, & armigerū barbare pro milite accipit. Signifer, ferens signū bellicū. Stellifer, ferens stellas. Lucifer, ferens lucem. Dapifer, ferens dapes. Caducifer, ferens caduceum uirgam pacis. sic saluifer, opifer, somnifer, lethifer, mortifer &c. Liber priore longa adiectiū & Bacchi nomē. Nā, p cortice aut codice minime crescit, ut liber libri. Liber ergo libera liberq;. i. nō seru⁹, cui licet quod libet, nisi ui aut iure prohibeat. Liber liberi substantiū .i. Bacchus deus ui-

Gener.
Prosper.

Puer.

Asper.

Adulter.

Presbyter.

Tener.

Exter.

Gibber.

Iber.

Celtiber.

Lacer.

Socer.

Liger.

Clauiger.

Laniger.

Armiger.

Signifer.

Stellifer.

Liber.

Dexter,
Vter.
Mulciber

ni. Dexter dexteri uel per syncopam dextri. Vnde dextera uel dextra manus dicitur. Dexter aliquando idem est quod prosper, ut dexter ades, Vter uteri, pro uterus uteri olim dicebant, & crescebat hoc nomen. Cæcilius: Nunc uter crescit nō potest celari. Mulciber cognomen Vulcani, non est dictis addendum, quia ubi secundæ declinationis est, facit mulcibri sine crescentia, ut pater ex iambico rimetto apud Ciceronem in secūda Tuscul. Iouisq; numē Mulcibri asciuit manus. Sæpius est tertie declinationis, & facit genitiuum Mulcibris. Cæter cresceret, sed nō m̄ masculini generis in singulari non est in usu. Vergil. Pars cætera pōtum Pone legit. Vesper, si usquam secundæ declinationis inueniatur, crescit: sed uix unq̄ sic inuenies substantiuū uesper. De adiectiuo aut̄ dubiū est an nominatiuus uesper sit an uesperus. Ego neutrum inueni, nisi apud grāmicos.

Cæter.
Vesper

Conseruant normam pronominis ista secundam,

Vnus, uter, neuter, solus, quis, & ullus, & alter,

Atq; alius totus: Fuit olim patrius unī.

Hæc nomina, unus, uter, cum suis, uterq; uteruis, uterlibet, neuter, solus, quis, ex Donato notū ullus, alter, alius & rotus, habent in genitiuo ius, & in datiuo i, quia declinantur ut pronomina secundæ declinationis, ueluti nominatiuo, unus una unum, genitiuo unius, dō uni &c. Alius crescit in genitiuo non syllabis, sed quantitate, quia secūda syllaba in genitiuo est longa, in nominatiuo autem breuis, alterius penultimam solū corripit, quam reliqua in prosa producunt tantum, in uersu uariatur. Plebei & siculi sunt:

Rectus uult alius, poscit gr̄s alius,

Corripit alterius semper, producit alius.

Præterea aliud neutrum est, ut illud: Reliqua in unum neutrum faciūt. Item alius facit d̄m̄ trisyllabū aliq̄, cū reliqua d̄m̄ faciant a gr̄o abiecta us syllaba. Sub ullus, i. aliquis comprehenditur, nullus, i. non ullus, Vter quis e duobus, cætera parent. Neuter habet neutrius in gr̄o, & neutri in datiuo, sæpius q̄ neutri neutre neutri, nisi in grāmatica locutione neutri generis, pro quo nollem dicere neutrius generis. Valerius Maxim. lib. 9. Neutrius unq̄ nisi excusata complexū petijt. Cic. ad Atticum lib. 12. Noui syluam nobilē, fructum aut̄ neutrius. Idem lib. 8. ad Atti. Neutri scopus est ille. Tacitus: Crebra colloquia neutri conduce re. Papinius. 10. Thebai. Neutri fiducia cæpto. Hæc attuli propter Priscianū qui dixit, neuter melius habere neutri neutre &c. q̄ neutrius neutri, quod uerum non est. Veteres hæc omnia præter quis declinabant ut bonus a, um. Cic. pro Marcello: Hoc iudicium sic expectatur, ut non unæ rei statim, sed omnibus constitui putet. Idem ad Herennium: Non res totæ rei necesse est similis sit. Cæcilius: Nulli nationi tot uictorias tam breui spatio datas arbitror. Terentius: Alteræ dum narrat fortē audiui. Idem: Mhi solē ridiculo fuit. Idem: Nulli consilij sum. Hierony. Dico uni uade, & uadit, & alio ueni, & uenit.

Vter.
Neuter

Ei uel ei uel eos dabit eus, uolet Androgeos o.

Nomen in eus desinens, facit gr̄m̄ in ei syllabam, uel per duas syllabas in ei uel in eos, ut Tydeus Tydei per duas syllabas, uel Tydei per tres, uel Tydeos. Androgeos uero facit in gr̄o Androgeo. Sub hoc comprehendi uolo Apollus Apollo, Tydeos Tydeo, Athos Atho, eos eo. Quæcunq; apud Græcos in o longum desinentia, sunt terræ declinationis Atticæ, de quibus parum nobis dicendum est, quia latini in paucissimis hæc declinatione utuntur. Verg. 2. Aeneid. Androgeo galeam clypei; in signe decorum induitur. Hic Androgeo genitiuus est, & est uiri proprium, ut Apollus apud D. Paulum: Ego quidem sum Pauli, ego aut̄ Apollo. hic Apollo genitiuus est. Darius & abltis est Androgeo, Apollo. Vocatiuus Androgeos. Accusatiuus Androgeo, Atho &c. uel Androgeon &c. De accusati

Androges
Apollus

uo in o. Vergilius: Aut Atho aut Rhodopen aut alra Ceraunia caelo deiecit. Valerius Maximus de prodigijs. Montem Atho iuxta transgresso. Athos, mons quidam. ¶ Alia in os breue desinentia, graece faciunt genitium in ou, quam diphthongon in u uertimus, ut logos logu, melos melu, his genitium non utimur, sed more latino in i finimus, ut logos logi, logo, logon, o logos uel loge, a logo, sic similia. Cuius in. 14. Metam. Et noctem noctisq; deos, crebosq; chaosq; conuocat. Martianus mela & melis in plurali dixit. Lucretius mele. Lactantius melo, plura de his dicunt Sulpitius, Nebrissenfis, & alij. Ego uere ca sibus, quibus non utimur, superfedeo: ut sunt genitui Argeos ab Argos, urbis nomine. Argu ab Argos, id est, candidus, eru ab eros, pro bono amore, erotos ab eros, pro turpi amore. Meleos a melos, teste Catrono &c. Dicitur igitur Ilios Ilij, epos epi, pelion pelij.

Iuates quandoq; iacit, ceu cura peculi.

Quando genitium terminatur in duo ij, solet alterum causa metri quandoque abijci. Vergili. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Idem: Pauperis & tuguri cogentem cespice culmen. Iuuenalis: Antoni gladios potuit contemnere si sic Omnia dixisset, per apocopen pro peculiij, tugurij, Antonij. Apocope est ablatio literae uel syllabae ex fine dictionis. Aliqui uolunt adhuc uerunq; ij debere scribi, ut sit syncretis, id est, ex duabus syllabis facita una syllaba. Peculium, est proprium bonum, ut religioso non licet habere peculium. Peculiaris, i. proprius. Tugurium, domuncula rustica.

Apocope
Peculium
Tugurium

Tertius & sextus formantur in o tibi casus.

Datiuus & ablatiuus in o desinunt, ut huic magistro, ab hoc magistro. Tollunt datiuui, foli &c. ut patuit. Nomina in eus, faciunt o, ut alia. Quod autem inuenimus huic Orphi &c. est quia nomina in eus inuenta sunt desinere in es, & contra, teste Scruio, hinc Vergilius ait: Orphi Calliopea Lino formosius Apollo. Contra ab Achilleus dixit Aufonius: Sic neq; Peliden terrebat Achillea chiron.

Vm poscit quartus, Quandoq; per on loco graeca,

Eus ea uult etiam, Per e quintus uertit us, absq;

O fili, deus, & fluuius, populus, chorus, hagnus,

Quatuor haec e uolunt, etiam ut pro rege Latinus.

Accusatiuus in um desinit, ut Mæander Mæandri, fluuius quidam nimis curuus & flexuosus. Ideo mæander pro flexura & fraude capis. Cicero: Scio quos tu mæandros quaesisti. Tholus, pertica in templo ad quam dona suspenduntur. Botulus & borellus, sarcimen ex suilla carne. Scrupulus, lapis in arena pedes ambulantium laedens, unde ponitur pro dubio & molestia. Terentius: Unus mihi scrupulus restat, qui me male habet. Scopulus, mons lapideus prope mare uel in mari. Scopus, aliqd in quod sagittarum dirigitur sagittas. Capulus, quo culter aut aliud tenetur, etiam est pheretrum. Vnde capularis senex. Vulgus masculinum uulgum facit. Dum uero neutrum est accis & utis sunt similes recto, ut in pelag^o, scamnum, uirus, per regulam, In neutris &c. Vulgus est plebecula. Claudianus: Mobile mutatur semper cum principe uulgus. Temetum, id est, uinum. Temul^{us}, id est, ebrius. Tomentum, lana quae detonderur panno. Tomaculum, sarcimen ex hepate suillo & reliquis. ¶ Quandoq; per on loco graeca. Nomina graeca faciunt saepe accusatiuum in on, ut diphthongus diphthongon. Pergamus oppidi nomen Pergamon. Menelaus proprium uiri Menelaon, iacobus iacobon. Topazius lapis pretiosus topazion, ut ibi: Super aurum & topazion. Pactolus pactolon fluuij nomen & caetera, quorum exemplis sciant poetae. Possunt ramen more latino in um accusatiuum mittere, ut Pria-

Mæander

Tholus
Botulus
Scrupulus
Scopulus
Capulus
Vulgus
Temetum
Tomentum

mon uel Priamum &c. Quæ tamen in eus desinunt, sæpius vtm̄ in ea mittunt, plerūq; pe
 multima breui, ut Tydeus Tydea, Orpheus Orphea. Creteus, uiri, pprium, Cretea. Anteus
 Antea, Verg. Antea Sergestumq; uidet. Idem: Cretea Musasq; comitem. Nonnunq; penult,
 longa, ut Idomeneus Idomenea, Ilioneus Ilionea. talia rarissima sunt, testimonia sunt in
 uerificatoria nostra. Faciunt aliqui accm̄ in um penultima longa. Boetius: Strauit Anteu
 Libycis arenis. Papinius, 2. Thebaidos: Pentheonq; trahens nondum te prendimus æquo
 Bacche genu. Cicero lib. 3, de natur. deoz: Thecum Hippolytum. Lilius lib. 40. Totus in
 Perseum vsus Faciunt quoq; on, sed per duas syllabas us profertur tūc, teste Mācinello,
 Ouidi. in Ibin: Strymonia matres Orpheon esse rata. ¶ Magister in uocatio: Habet ma
 gister, per regulam: Est primo quintus similis. Sic o Glycerium, o uir, o satur. Oedipus in
 vto: Oedipu: ut Panthus o Panthu, Melampus o Melampu, uiroz propria. Vix plura apd
 Latinos talia inuenies. Sic Tydeus o Tydeu, ut oia in eus per eu diphthogon, per excepti
 onē à regula. Est primo quintus sitis. Exceptio ē ibi, sed græcus aufert. Vergi. Panthu q̄
 prēdimus arcē. Papin. Illū uenerande Melampū Qui cadit agnosco. Illa in eus olim habe
 bant e, ut Tydee, Orphee, nunc abiecta s faciunt eu solum. ¶ Per e quintus uertit us. No
 mina secunda declinationis terminata in us, mutant in utō us in e, ut Tymbrus o Tym
 bre, Euandrus o Euandre, Puerus o puere. Veteres em̄, teste Prisciano, dicebāt Tymbrus,
 Euandrus, puerus, & similia, quæ nunc sæpius in r desinunt. Hinc aliqui reperitur uoca
 tiui in e, Verg. At tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis. Tymber & Euāder sunt p
 pria uiroz. Seruius dicit metathesim esse, id est, literaz; trāspostitionem, nobis prior opi
 nio magis placet. Cantherius o cantherie, id est, equus castratus. Sic Ianus, qui Ianai carnes
 & eas uendit, quem indocti carnificem uocāt. Tabellarius, qui defert tabellas. i. episto
 las. Cēmētarius, qui parat cēmēta. i. lapides cædit. Statuarius, qui facit statuas. Exceptio
 est à regula, Est primo quintus. ¶ Absq; o fili deus. Excipiuntur à prædicta exceptione pau
 cula, Filius o fili. Olim etiam o hlie, teste Prisciano. Deus o deus solum, teste Nebrissenfi.
 Fluuius o fluuius uel fluuie. Populus, pro hominib⁹, o populus uel popule. Chorus o chor
 us & o chore. Sidonius in Burgo: Nereidū chor⁹ alme doce. Hagnus, cū aspiratiōe in prin
 cipio, si recte uelis scribere, o hagnus & o hagne. Latinus, rex Latij, o Latin⁹ & o Latine.
 Lucan. lib. 2. Degenēr o populus uix secula longa deoz: Si meruisse uiris. In sacris: O po
 ple meus. ibi meus pro mi antique ponitur. Pro arbore, popule solum facit. Ouid. Popu
 le uiue precor. Verg. in 8. Aene. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquaz. Et alibi:
 Socer arma Latinus habeto. Latinus vtus est, teste Nebrissenfi. In sacris: Hagnus dei q̄ rol
 lis peccata mundi &c. Hagnus animal notum. Fæmininum est hagna, interpretatur pu
 rus & castus, q̄ sit hostia pura & immolationi apta. Diminutiū est hagnellus. Hagninus
 a, um, quod est hagni, ut caro hagnina. Olim omnia in us habebant vtm̄ similem ntō, ut
 o dñs, o annus, o infernus. nunc tm̄ o dñe, anne, inferne. Chorus est canentium cætus, nō
 sacerdotum subsellia. Sulpitius addit dictis o lucus. Priscianus solum ponit o fluuius, & o
 populus. Lucus, est sylua alicui idolo consecrata, quam nefas est incidi, ut putant miserā
 di ethnici.

Quum proprium dat ius, dempta us fit in i tibi quintus.

Propria in us, dempta us faciūt vtm̄ in i per exceptionem à regula. Est primo quintus
 filis. Exceptio est hic, Cū propriū dat ius: ut Laurētius o Laurēti, Terētī⁹ o Terēti, Fabius
 o Fabi, Quintius o Quinti, ppria sunt uiroz. Vix usquā ci in vto ē, nisi ex primitiuo c ha
 beatur, ut à lux lucis Lucius o Luci, à bona faciēdo Bonifacius Bonifaci. A Mauricus pro
 prio uiri, qd̄ in uerificatoria ponimus in i ante c Mauricius: ut à Quintus Quintius, inde
 rursus Quintianus: ergo Mauricius o Maurici, Larius o Lari, lac⁹ Italic⁹. Verg. O Lari ma
 xime. Geni⁹. Geni⁹, naturæ deus, licet appellatiuum uideatur, quia plures sunt Genj, facit vtm̄
 o Geni, teste Antonio Nebrissenfi. Vocatiuus in i semp una syllaba minor est ntō, Caius
 dissyllabum, Cai monosyll. bum, Vultei⁹ trissyllabum, Vultei dissyllabum, Pompeius tri-

Tymber.
 Euander.
 Cantherius:
 Ianus.
 Tabellarius.
 Cæmentarius

Mauricius.
 Larius.
 Geni⁹.

syllabum Pompei dissyllabum & cætera. Horatius: Durus ait Vultei nimis attentusq; uideris. Item, Pompei meorum prime sodalium. Pompei dissyllabum est, quia uersus est alcaicus. Aliquando i consonans, in uocalem mutatur, & sic tam nominatiuus quàm uocatiuus syllaba longior fit. Martialis: Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Idem: Quod peto da Cai non peto consilium. Caius per c scribitur, per g profertur. Ouidius: Accipe Pompei deductum carmen ab illo, Debitor est uitæ, qui tibi Sexte suæ. Veteres dicebant o Mercurie, Valerie, Vergilie: nunc o Mercuri, Valeri, Vergili penultima correpta, ubicunq; antepenultima nominatiui contrahitur.

Primus pluralis fit in i: uult patrius orum.
Græcus in on fiet: is tertius: os dato quarto.

Nominatiuus pluralis cui uocatiuus est similis fit in i, ut hi magistri, hi uulgi, hi dei, uel dñi, prius a deus est, posterior a dius: quod ueteres dixerunt pro deus. Hinc manit plurale dñi dissyllabum nisi in carmine, quod magis in usu est quàm dei, & in datiuo & ablatiuo sæpius dñs q̄ deis dicimus, reperitur tamen utrunq;. Lucanus: Et ueniam meruere dei. Papinius: Sæpe deis hos inter honores Cæspes, & exiguo placuerunt farra salino. Sic apud poetas sæpissime. A dius est mediusfidius iurandi aduerbium. Et pluraliter, hæc scamna, ligna, per regulam: Quis in a pluralis &c.

Dei.
Dñi.

Vult patrius orum.

Genitiuus pluralis definit in orum, ut horum magistrorum, horum scamnorū, ephippiorum &c. Ephippiū, est sella equina, cui insidemus. Horati. Oprat ephippia bos piger: oprat arare caballus. Ferculū, in quo aliquid fert ut lanx, & pro cibo capiē. Sarculum, fodiendi instrumentū. Seculum tempus humanæ uitæ. Nomina festorum faciūt genitiuū plerunq; in orū, per hanc declinationem. Datiuum & ablatiuū sæpius in ibus, ut Saturnalia, festa saturni. Genitiuo, saturnaliorū: aliquando etiam saturnaliū, dno & ablatō saturnalibus. Sic Bacchanalia & cætera, ut plene declarabo in tertio libro, nunc sufficit ad icisse Badianum uersum.

Ephippiū
Ferculū
Sarculū
Seculū

Festa lego per ibus, licet orum dent genitiuis.

Genitiuus per syncopam aliquando tollit or, ut lituum pro lituorum, nummū pro nummorum, denarium pro denariorum &c. Ve in compositis, mille nummum, mille denarium: pro quibus tette Macrobio non licet dicere, mille nummorum, mille denariorum, neq; duu uiros, trium uirū, leuiros dicimus, sed duum uirū, leuirū. Hæc syncope plerūq; etiā in prola reperitur apud Tullium, Liuium, Plin. pluresq;, ut centenum deūm, liberū, diuū &c. pro centenorum &c. Poetæ sæpius hac figura utunt. Vergil. Chara deū soboles. Idem, Diuūm pater atq; hominū rex. Idem, Insequitur clamorq; uirū stridorq; rudentum. Lucanus, Concinuit stridor lituum clangorq; tubarum. Cic. Neq; tui neq; tuorū liberum. ¶ Rarissime fit nunc syncopa in neutro genere. Plautus in Gurgulione, Omnium unguentum odor præ tuo nausea est. Marcel. dicit esse accusatiuum p̄ genitiuo. Nobis cū Prisciano placet esse genitiuū syncopatum. Idem Plau. dixit in neutro, meum, tuum, & plura pro meorum tuorum & cætera. Ut Vergilius, magnanimum & cætera. Nos tamen cauebimus nisi parçissime in magno opere neutra syncopare. Lituus, est tuba incurua, qua urebantur in prælio. Diuus, sanctorum numero ascriptus, siue ex homine deus, ut diuus Basilus, diua Martina. Liberi pluraliter tantum, id est, proles. Denarius, est nummus argenteus ualens decem æreos. ¶ Græcus in on fiet. Græcus genitiuus in on definit, & ita utuntur sæpe Latini, ut & pluraliter hi logi, horum logon, his logis, hos logos, o logi, his logis. Hi Cimmerici, horum cimmericorum, uel more Græco cimmericon,

Syncopa.

Lituus
Diuus
Liberi
Denarius
Cimmerici

Theologume
sa

Pullus

Tibullus: Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras. Cimmerij sunt quidam populi, qui bus nix unquam est dies. Suetoni⁹ in Augusto: In Asclepiadis Mendicis theologumena libris lego. Theologumena, sunt rerum diuinarum disputationes. Sic Georgica georgicum, Astronomica, astronomicum &c. His tertius, Darius in is desinit, ut ablatiuus, ueluti his palis, qualis &c. Palus, est crassius stipes. Paxillus, paruus palus. Qualus, id est, sporta. Quaxillus uel quasillus, id est, sportula. Os dato quarto. Accusatiuus in os desinit, ut talos, carulos, pullos. At scamna, damna, patent per regulam generalem. Talus, os quadratum & tuber circa inum pedem. Hinc uestis talaris ad talos usq; demissa. Catulus, foetus canis & cuiusq; ferae, ut catulus leonis, lupi, ursi & caetera. Catulus muris. Pullus, foetus auium, & omnium mansuetorum animalium: ut pullus asini, equi & caetera, praeterquam bouum. (Nam uitulus aut uitula dicitur) & ouium, quia Hagnus & hagna dicitur, & caprarum. Nam hordi horduli hordilli & capellae dicuntur. Ambo & duo licet ad tertium libri pertineant, hic declarabo, quia ad primam secundamq; declinationem maxime pertinent.

Ambo, duo, neutri generis sunt masculicq;

Mas o uel os quartus donat, uult tertius obus.

Singulari numero carer. Et pluraliter nominatiuo ambo duo, ambæ duæ, ambo duo, genitiuo, amborum duorum uel duum, ambarum duarum, amborum duorum uel duū, datiuo, ambobus duobus, ambabus duabus, ambobus duobus, accusatiuo ambos duos uel ambo duo, licet rarius, ambas duas, ambo duo. Vocatiuo o ambo duo, ambæ duæ, ambo duo. Ambo collectiuum est, non distributiuum, ablatiuus similis est datiuo, Vergilius. 11. Si duo praeterca tales idæa tulisset Terra uiros, id est, duos. Horatius. 2. Sermo. satyra. 7. Praeterca ne uos titiller gloria iure Iurando obstringam ambo, id est, ambos. Idem 1. Sermon. Duo si discordia nexet inertes, id est, duos. Martialis. 7. Epigram. Elysiū possidet ambo nemus, id est, ambos. Sic ego in Syntaxi: Quod duo si rectos & caetera. Prudenti. Diuidit ossa duum tibris. Iuuenius: Mediorq; duum me stare necesse est. Plinius: Duum pedum longitudine.

o° TERTIA DECLINATIO.

Tertia dat uarios fines, dans is genitiuo.

Græcorum patrius, uel in os, uel in i, uel in us fit.

Tertia declinatio multas habet terminationes: ueluti a, e, o, c, d, l, & c. Semper autem genitiuus fit in is, hic pater, huius patris, nisi Græca more Greco declinentur, tunc enim saepe habent os: ut hic pan, huius panos. Quâdoq; habent i, ueluti propria in es nō crescētia, ut Achilles huius achillis uel achilli, hic Orontes, huius orontis uel oronti & ca. Sed Seruio teste, hi genitiui non sunt ab es, sed potius ab eis, et terminatione genitiui in i loquam uerba. Nā multa sine discrimine in eis uel in es inuenta sunt: ueluti Achilles uel Achilleus, Orontes uel Oronteus, Vlysses uel Vlysseus. Vnde Horatius saepe fecit genitiuum tetrasyllabum Vlystet. Vergilius: Immitis Achillei. Idem. Acris Orontei. Quandoq; genitiuus Græcus in us desinit, ut hæc echo, huius echus. Vbi poterit in is desinere non fiat in os, quia melius elephantis quā elephantos dices, si latine uelis loqui, teste Hermolao in octauum Plinij cap. 5.

Achilli
Oronti

TERMINATIONES NOMI-
natiui.

Nominatiui terminationes in tertia declinatione sunt circiter septuaginta unum, Li-

teræ terminales undecim. Litera terminalis, est ultima dictionis litera. Terminatio est ultima litera aut in fine consonans aut consonantes cum uocali annexa. Literæ itaq; terminales sunt, a e o c d l n r s t x. Terminations per ordinem ponentur.

- A, ut malagma, fomentum quo apostema molliſ. Magma, paſtillus ſiue maſſa ex unguentor; ſcçibus odoris gratia. Scommma, id eſt, cauillum & urbana irriſio. Malagma
Magma
Scommma
Conclauē
- E, ut conclauē, i. tricliniū, & locus ſecretior in domo. Dicitur etiā hæc conclauis, teſte Bergomate. Cubile, lectus, quia in eo cubat. Sunt etiā cubilia, loca in quibus ſere cubat. Cubiculū, eſt locus in quo cubile ſternitur, ab indoctis camera dicitur. Seneca: Quid proſunt multa cubicula? in uno iacetis. Cubile
Cubiculum
Pernio
- O, ut pernio, morbus pedum ex frigore proueniens & calcaneum infeſtans præcipue. Pernunculus, paruus pernio. Petaſo, coxa porcina, & anterior pars: ſimiliter quæ ab aliis incipit. Petaſunculus, paruus petaſo. Pernio
Petaſo
- C poſt a, ut lac, uel e ut halec.
- D poſt i, ut Dauid. Et u, ut Bogud, propria uirorum.
- L poſt quin; uocales, ut ſal, mel, uigil, ſol, conſul.
- N poſt omnes uocales, præter u, ut titan, ſiren, delphin, dæmon.
- R poſt omnes uocales cum y Græca, ut par, uer, gaddir, cor, fur, martyr.
- S poſt omnes uocales cum y Græca & æ diphthongo, ut as, pes, lis, ſloſ, muſ, Mys proprium uiri genitiuo Myos, æs, præſ, & cum au diphthongo, ut laus, fraus. Mys
- S poſt ſex conſonantes b l m n p r. & rurſum:
- Bs poſt omnes uocales, ſed inter u mediat r, ut trabs, cœlebs, eſt unum cum æ diphthōgo quod eſt plebs, id eſt, uilior pars populi, ſcobs, libs, uentus Africus, & quod y Græcam habet chalybs, urbs.
- Ls poſt u, ut pulſ, mollis cibus, ex farina & lacte uel caſeo, uel ouo & melle, quo pro pane ueteres utebantur. Pulſarius, uas pulſis. Pulmentum, idem, id eſt, pulſ, uel cibus in modum pulſis. Pulmentarium, idem. Hora. Tu pulmentaria quare ſudando. Pulſicula, parua pulſ, apud Plinium libro uigeſimoſexto. Pulſ
- Ms poſt e tantum, ut hyems.
- Ns poſt omnes uocales, ut glans, dens, mons, tiryſ cum y Græca. De i uocali Latina non inueni exemplū. Et aliqui cōtendunt tiryſ ſine n debere dici, ut poſt uidebimus. Eſt aut tiryſ masculini generis, ſtūuius in Argo. Tiryſ feminini generis, eſt urbs proxima Argo, quæ etiā Tiryſthia dicitur, ſuntq; Hercules patria. Vnde ipſe Tiryſthi dicitur. Scribitur in priore ſyllaba per i noſtrum, in poſteriore per y Græcum. Aruſ, proprium uiri. Septuſ non dicitur, ſed ſeptunx. Tiryſ
Tiryſ
Aruſ
- Ps poſt omnes uocales cū y Græca præter u, ut Içlaps, canis nomen apud Ouid. Seſps, Iſps, uermiculus, qui cornua uitesq; prærodit. Lælaps
Iſps
- Trips, qui ligna, ut Cis per c qui frumenta. Siſ per ſ qui ueſtes. Iſ, uitra. Midas, fabam. Ops, dea terræ. Gryps, uolucris maxima & rapaciſſima. Vnum eſt habens r ante ps, quod eſt ſtirps. Trips
Gryps
- Rs poſt omnes uocales præter i, ut ars, iners, mors, Tibuſ, natus tiburī.
- T poſt u tantum, ut caput, ſinciput, occiput.
- X poſt omnes uocales cum y Græca & æ & au diphthongis, ut pax, rex, pix, nox, nux, fix, fax, faux, teſte Priſciano libro ſecundo, quod tamen quidam latine r egant dici. Alij dicū ſingulari carere, de qua re alibi uidebimus. Fauces, ſunt ſuperior pars gulæ mēto propinqua. Faux
- X poſt tres conſonantes l n r.
- Lx poſt a tantum, ut calx, falx.
- Nx poſt omnes præter e, ut Lanx, uas latū & rotundum, in quo caro aut aliud eſculen. Lanx

rum mense inferitur. Lances, etiã frater dicuntur. Vnde Bilances, quæ duas lances habent. Meninx, insula Africæ, plura significat, ut in genitiuo patebit. Septunx, lynx, a uicula quædã cum y Græco in posteriori syllaba.

Rx post a & e tantum, ut Arx, id est, castrum, ab arceo es, quia arceat, id est, prohibet hostes accedere. Arcicula, id est, parua arx.

Merx, id est, res uenalis, aliqui dicunt in nominatiuo hæc merces.

Cherub & Seraph, sunt qui dicant interdum declinari huius cherubis seraphis & cætera. Sed melius non declinantur, quia barbara sunt, ut David & Bogud, sua natura inflexibilia, licet nonnulli aut sint declinare, Lancilotus uult Bogud minime declinari, genitiuum uero Bogudis dicit esse, teste Plinio, à nominatiuo bogudis, sed res parui momenti est, nos Priscianum sequimur. Moly, herbæ nomen apud Græcos in genitiuo molyos facit, ut Epy similiter cum y Græco epyos, urbis nomen, interpretatur altum & sublime.

Genitiuus Tertiæ.

Semper a mittit atis; uertes e per is genitiuo.

TA facit genitiuum addita tis, ut malagma, malagmatis. Omnia in a tertiæ sunt nomina Græca neutri generis, ideo more Græco, faciunt etiam in genitiuo os, ut doma, matris, uel domatos, id est, domus. In sacris: Melius è sedere in angulo domatis quam cū muliere litigiosa. Drama, atis, unico m, sine g, carmen ubi personæ loquunt absq; poetæ in terlocutiõe, ut primum Vergilij Bucolicum. In sacris: Ante thorum huius uirginis frequẽtate nobis dulcia cantica dramatis. Hic uulgo male legũt, & minime intelligũt, cum g li tera dragmatis. Nã per g dragma, atis, significat rapinam & manipulum. At drachmã æ, primã declinationis est genus ponderis & numismatis. Aroma, odoramentum. Aromatopola, i. aromatarius qui aromata uendit. Dogma, i. decretum, scitum, placitũ, & (ut uulgo dicitur) statutum: male pro doctrina sumitur, nec à doceo dicit, quum Græcũ sit nomen. Dogmatistes, qui alicuius dogma sequitur. Poema, poetæ carmen. Syrma, longa uestis & tractus & longus orationis pcessus, à syro Græco, i. traho. Ponitur, p cauda uestis muliebris. Theorema, speculatio. Thema, positũ aut positio.

Toreuma, opus sculpturum, politum, cælatũ. Torcutes uel toreuta, cælator & sculptor. Torcutice toreutices, uel toreutica, est ars ipsa, quæ anaglyptica etiam dicitur. Toreuo Græce, id est, sculpo & cælo.

Domatis penultima quanta? Quãtitas non ad hunc libz pertinet, sed ad uersificatoriã: ideo non debeo respondere nunc ad hanc quæstionem. Ita respondeat discipulus Alexandri lectatoribus, quia ualde difficile est puerum ad quãtitationem in declinationibus respondere, & regulam semper dare more Alexandrinorum, misere hac in re balbutientibus grammaticis uexatorz, ideo hæc omnia docui in uersificatoriã, non hic. Si quis tñ desideret hic etiã, non grauabor, pface paucis hæc rem pstringere post declarationẽ genitiui. Quãtitas, est longitudo uel breuitas uocalis.

Nomina in apenultimã genitiui corripit, ut Axioma, atis, i. ppositio, hoc est, quæcũq; oratio uera aut falsa, ueluti deus est, deus non est.

Uertes e per is genitiuo. Nomen in e, uertit e in is in genitiuo, ut Mantile, linteum quo manus terguntur. Ouile, is, stabulum ouium, ut Equile, equorum. Caprile, caprarũ. Bouile, bouum. Porcile, porcorũ. Monile, colli ornamentum uel gutturis, dictum quod uirtutis admoneat. Nã primo ob aliquod egregium factum dari solebat. Ouid. in Fasto. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. Aliquãdo etiã equorum est, Verg. de equo Latãni: Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Meninx
lynx
Arx
Merx

Moly
Epy

Doma
Drama

Dragma
Drachma
Aroma
Dogma
Poema
Syrma
Theorema
Thema
Toreuma

Axioma
Mantile
Ouile
Equile
Caprile
Bouile
Porcile
Monile

Addit onis post o, dat inis muliebri do, goq̄,
 Virgo, ordo, margo, cum cardine Apollo, cupido,
 Turbo, homo, ceu nemo, tamen unedo postulat onis,

Nomen in o facit onis, ut Aquilo onis, uentus septentrionalis, & ea mudi pars. Paro paronis, nauis piratica. Pero onis, calcementum rusticum. Peronatus, peronibus indutus. Excipiuntur à regula fœminina in do & go, quæ faciunt inis, cum paucis alijs, quæ sunt uirgo uirginis, ordo ordinis &c. ut Capedo inis, uasculum fictile. Intercapedo, distantia & differentia. Crepido, extremitas terræ quam aqua alluit. Item os putei & cuiuscq̄ editioris loci extremitas. Libido, uoluptas & carnalis delectatio. Formido, timor. Hirudo, sanguisuga uermis aquaticus adherens cruri, nec decidens nisi plenus cruoris. Horat. Nô misura cutê nisi plena cruoris hirudo. Hirundo, auis nota. Arundo, i. canna. Testudo, animal testa testu, ut limax, cõcha &c. ponitur pro cithara & pro camera. Teredo, ymis ligno innascens. Columella: Teredinem formicamq̄ prohibet. Salsilago, uel salsugo, i. falsus humor, peckel. Caligo, obscuritas & ignorantia, ut caligo oculor̄, caligo ueri. Indago, inquisitio. Indagare, inquirere. Propago uitis ramus terræ infixus, & progenies. Propagare, i. dilatare. Fuligo, nigrû infumibili. Albugo, alba macula in oculo, & album oui, quod albumen sæpius dicitur. Croceum oui dicitur utellus. Ferrugo, rubigo ferri, ut erugo æris. Ferrugo etiam est panni similis color. Compago compaginis, i. compactio & coniunctio. Quid. Arq̄ ita disparib. calamis compagine ceræ. Plin. Nullas egês compaginum. Manilius libro. 1. Interdû æquali latez compagine ductus. Seneca in. 14. epistola: Sine flammaz uolentia compagine soli rupit, siue uetustas. Hæc Beroaldus attulit cõtra Seruiû, qui hos obliquos uix inueniri dixit. Verba Seruij sunt in illud primi Aeneid. Dira ferro & compagibz artûs Claudentur belli portæ. In usu sunt nominatiui ambago, compago magis q̄ ambages & compages. Contrâ in usu sunt magis hor̄ q̄ illoz obliqui. Perfû, Stertis adhuc laxumq̄ caput compage soluta. Ambago, i. circuitus ybor̄. Carduus, pro herba barbasz est. Larine carduus dicitur. Hinc carduelis, auicula nomen. Apollo, sol. Veteres in ntõ Apollinis dicebant, teste Festo. Virgo, pro ea quæ peperit. Lancilotus dicit uirgonis habere ut sermonis, non auderem sic loqui. Item dicit turbo apud Boetiû turbonis facere, ut sermonis pro forma cõrraria metæ, uel pyramidi, id puto falsum esse, & mendose legi turbonis pro turbinis. Nam à puerorum trochisco qui turbo est, ea forma nomen sortitur. Vergil. Volitâs sub ybere turbo. Turbo etiam quicqd acuta forma est uocatur. Quid. Caua buccina sumit illi, Tortilis in larum quæ turbine crescit ab imo. Turbo nas, acutû facio. Vnde turbinatus a, um. Plin. Turbinator piris figura q̄ malis. Turbo inis, etiam est ytigo uentoz. Vergil. Turbine corripuit, scopuloq̄ infixit acuto. Solû uiri proprium Turbo onis facit ut sermonis. Horat. Rides Turbonis in armis Spiritû. Leclum est apud Catullû hoc turbum pro priore turbo. Homo homonis, ut sermonis pro cadauere dixit antiquitatis pater Ennius. Vulturis in syluis miserz mædebat homonem. Heu q̄ crudeli condebat membra sepulchro. Nemo neminis, tarus inuentu gtûs. Plautus in capti. Neminis misereri certû est, quia mei muleret nemo. Lucil. Neminis ingenio quæquam confidere oportet. TA fœmininis in do & go, unicum excipitur, quod est Vnedo unedonis, arbor & ipse fructus, alio nomine arbutus & arbutû. Seruius in illud, Arbuta sacra deneret sylua: Arbuta, inquit, sunt rubra poma syluaz, quæ Plinius unedones uocat, q̄ asperitate sua plures edi non possunt, mendose legitur oredones, ut bene notauit doctissimus neotericorum Hispanorum.

Enis habet Anio, Nerio: caro dat tibi carnis.

Anio, siuius in agro Tiburtino. Horat. Et præceptis Anio, Ennius Anionis dixit, ut ser

Aquilo. Paro.
 Pero.
 Capedo.
 Intercapedo.
 Libido.
 Formido.
 Hirudo.
 Hirundo.
 Arundo.
 Testudo.
 Salsilago.
 Salsugo.
 Caligo.
 Indago.
 Propago.
 Fuligo.
 Albugo.
 Ferrugo.
 Compago.
 Ambago.
 Carduus

Virgo.
 Turbo

Homo

Nemo.

Vnedo

Anio.

DE NOMINVM RECTA DECLINA.

monis, quæ declinatio exoleuit: & Anio ab alio nominatiuo rariore Anic, obliq; mutua-
tum est. Papinius primo sylvarum: Quas præcepit Anien atq; exceptura natarus uirgo iu-
uat. Cato: Non minus q̄ quindecim milia Anien abest. Lucanus libro secūdo: Gelidas Ani-
enis ad undas. Nerio enī, id est uxor Martis. Plaut. in Tru. Mars peregre adueniens salu-
tat Nerienem uxorem suam. Etiam est uirtus, fortitudo, & maiestas Martis. Et in nomi-
natiuo dicitur etiam Nerienes apud Varronem, ut notat Gellius, & Neria per a, ut Miner-
ua, teste eodem. Caro carnis. Olim in ntō carnis dicebant. Hinc manserūt obliqui. Liuius
Andronicus: Carnis unumq; quod libant. Titus Li. 27. ab urbe condita: Laurentibus car-
nis quæ dari debet, data non fuerat. Hinc diminutiuum carnucula, cum caro caruncula fa-
ciat. Carneus ex carne, ut frustum carneum. Carnosus, pinguis.

Græca uelut Dido muliebria sic modo flectes,

Vs capiat patrius, reliqui dant o bene casus.

Nomina græca fœminini generis faciunt gr̄m in us, reliquos obliquos in o, ut Dido Di-
dus, Iouis, Sappho Sapphus, Calypso us. Sic calisto, pero, drymo, Pantho & cætera: muli-
erum uel nympharum propria, aut deaq; ueluti Clio, us, una musaq;. Clotho us, una par-
carum. Echo echus. Argo argus, nomen nauis. Politianus in Miscel. Respōsitiones ex p-
sona ponatur echus. Apud Martialem libro septimo, titulus est de fragmento Argus. Im-
periti dixerunt hæc duo esse indeclinabilia. Ouidius in primo de arte amandi: Non mihi
sunt uisæ Clio Cluis ue sorores. Sappho: An nisi legisses autoris nomina Sapphus. Vergi.
Fatidica Manthus & Thufci filius amnis. Ntūs est Mantho, mulieris nomē. Ouidius: Mife-
ramq; relinquere Dido. Vergili. 4. Aeneid. Nomine Dido sæpe uocaturum. Horat. Aeoīis
fidibusq; canentem Sappho. In Priape. Atlātiademq; Calypso. Ouidi. Et steterat quocū-
q; loco spectabat ad Io. Silius lib. 8. Terq; suam Dido ter cū clamore uocabat, Et læta exul-
tans ostenderit ora Sichæus. Plini. lib. 22. cap. 6. usus est ab Iō Sappho. Alij græce hæc aliter
declinant, nobis curæ fuit diligenter docere Latinorum usum, ut Vergili. Lustificam
Alecto, in accō dixit, nō alectos nec alecton, & est Alecto una furiaq;. Veteres declinabāt
hæc latine ut sermo, sed Quintilianus id uetat, dicens libro primo. Mihi aurem placet la-
tinam rationem sequi quousq; parif decor. Neq; enim Calypsonem dixerim, ut Iunonē,
quanq; secutus antiquos Cæsar utitur hac ratione declinandī, sed auctoritatem consuetu-
do superauit. Huic suffragat Phocas grammaticus. Plautus in Aulul. Quos si argus seruet
qui oculus totus fuit, quem quondam Ioni addidit. Datius est ab Io. Ennius: Pænos Di-
done oriundos. Tacit⁹ Quintiliani contemporane⁹: Didonem Phœnissam Tyro profu-
gam. Andronicus: Apud nympham Atlantis filiam Calypsonem. Hac declinatione nunc
non utimur, si Quintilianum audire uelimus, licet iuniores Seruius & Macrobius aliter
fecerint: ideo Antonius Nebrissenfis mendosus esse dicit y ficolus, Penelopes primam Di-
donis prima sequatur. Hospitiōq; usus Didonis cuncta benigne. Vterq; est Ouidij uersus.
Hic in argumento æneidos, ille in Priap. Sic aut restituendi sunt:

Penelopes primam Didus si prima sequat.

Hospitiōq; usus Didus per cuncta benigne.

Iuno, Iunonis rantum, quia latinum est.

IO genitui penultimam producit, ut sermonis: nisi apud Græcos in on desinens corripit
at, ut Agamemnon, onis, proprium uiri. Sic gentilia quædam, ut Vangio onis, Saxo onis
& cætera. Inis corripit, ut uirginis. Enis producitur, ut amienis, nerienis, ab antiquissimis
etiam correptum, teste Gellio.

Halecis, lactis, Daudis, Bogudis esser.

Halec facit penultima longa halecis, ad cuius formam ausus est Baptista Mantuanus ab
Hebræo Melchisedec facere Melchisedecis: Pectore sacrifici Melchisedecis erat. Lac, facit

Anien

Nerio.

Caro

Clio

Clotho

Echo

Argo

Sappho

Mātho

Dido

Calypso

Alecto

Melchisedec

Lac

lactis. Nam olim in nominatio lacte dicebant. ut mare. Plautus in Menæchmis: Nec lacte lacti usquam similis est. Lacteus, ex lacte uel albus. Lactarium, quod barbare lacticinum dicitur. teste Hermolao. David Davidis penultima longa, licet ab Hebræis non declinetur. ut neq; ab Afris Bogud regis Maurorum nomen, quod latini declinauerunt huius Bogudis penultima breui, quanq̄ nominatiuus sit Bogudis, ut notat Lancilotus. Astinius Ciceroni libro decimo. Traiecit sese in regnum Bogudis, plane beneq; peculiatius. Hic nota pulchram uocē peculiatius, & ē nūmatus & munitus, magnūq; peculii possidēs.

Bogud

Peculiatius.

Additur is post l: Sed lis iungunt sibi mel, fel.

Nomina in l literam desinentia, assumunt in genitiuo is. ut sal falsis, animal animalis, corpus sentiens. hic & hæc animalis & hoc animale, ad animal pertinens. Vestigal, tributum uel redditus. Tullius: Non intelligunt homines quātum uectigal sit parsimonia. Vestigalis, qui debet uectigal. Minural, est quidam cibus ex holeribus & carnibus minutim concisus. Puteal, est putei operculum, & Romæ olim sœnerorum locus. Michael, elis: Bel belis, idoli nomen. ¶ Etiusmodi in el, peregrina aliquando declinant in sacris, & si uolumus, manēt indeclinata: ut Abel hui⁹ abel uel huius abelis: multa nunq̄ flectunt, ut Rachel, Betel, Micol, Baal, Tubal, & apud Pliniū locorum nomina dissyllaba, teste Hermolao. Vel & Suel. Mel & fel Addit genitiuo lis, ut mellis, fellis. Inuenimus in alia significatione melis, telis. Nam melis, est bestia magnitudine uulpis duro corio, unde fiunt pharetræ. Felis, est catus, muriorax, græce dicitur alurus. ¶ Neutra in al cum el, & sol penult. genitiui producunt, ut animalis, Michaelis, solis. Reliqua corripit, ut Annibal alis, Hiempsal alis, Hasdrubal alis, propria uiroz. Sal falsis, quis olim fuerit etiam neutrum, Vigili præful præfulis.

Animal

Vestigal

Minural

Puteal

Michael

Bel

Rachel

Betel

Micol

Baal

Vel Suel

Melis Felis.

Additur is post n: Tamen on quandoq; dat ontis.

Donat inis neutrum pecten, flamen, cano natum.

Nomen in n desinens facit genitiuum adiecta is syllaba, ut tiran titanis, frater Saturni & sol. Ouidius: Nullus adhuc mudo præbebat lumina Titan. Pan panis aut rectus panos, quia græcum est, ut a gto huius nominatiui distet panis. Pan fuit fabulosus deus pastorum aut naturæ. Lichen ens, sic Siren. Damen, proprium uiri historici. Seben, enis, unus sociorum Vlyssis. Delphin delphinis, marinus piscis. Agon agonis, id est certamen. Triton, animal marinum, & Neptuni tubicen. Trigon trigonis, pilæ genus, & turtur. Aedon trityllabum, id est philomela. Canon, id est regula. Gnomon, interpretatur cognitor, est stylus indicans horas. Hyperion, id est sol. ¶ Quædam nomina faciunt genitiuum in ontis, ut Phactō ontis, filius Phœbi. Demophoon demophoētis, propriū uiri, ut leon leontis, dracon dracōris, laocoon laocoētis, aglaophon ontis, sarpedon ontis. Inuenit etiā Sarpedon ontis. Item hippocoon ontis. Charon ontis, portitor inferni. Pauca sunt eiusmodi nomina appellatiua, ut Bifon Bifontis, animal ferum simile tauro iubatam. Chamæleon ontis, animal quod solo uento dicitur pasci, & herba quædam. Horizon ontis, uisus nostri terminus. Item adhuc propria Stilbon ontis, id est, Mercurius uel stella Mercurij. Acheron ontis, & Phlegeton ontis, fluuij infernales. ¶ Neutra in n, faciunt genitiuum in inis, cum flamē flaminis, pecten pectinis, tubicen tubicinis, & reliquis a cano compositis, ut numen numinis, id ē deus uel diuina potestas. Sumen & abdomen, pinguisudo uentris suilli. Inguen, pudenda pars corporis. Gluten, id est uiscus, materia tenax, quæ aues capiunt, & qua aliqd coniungit. Glutinū idē. Glutino as. i. coniugo. Bitumen, humor tenax, q̄ pro calce utimur. Vnguen, unguinis. i. unguentū, & quicquid succum habet ex quo aliqd ungi potest. Persi. Fœnisea crasso uitari unguine pulres. ¶ Nonnulli a regula principum bene capiunt Peran, quod dicunt facere perantis, quia ntus nō est peran, sed

Titan.

Pan

Damen

Seben

Delphin

Agon, Trisō

Aedon

Gnomon

Charon

Bifon

Chamæleon

Horizon.

Stilbon

Acheron

Phlegeton

Numen

Sumen

Abdomen

Inguen

Gluten

Bitumē

Vnguen

Peran

DE NOMINVM RECTA DECLINA.

Pæan.
Alcman
Euan

Pæan. ut Atlas, & est propriū uiri. Pæan cum æ diphthongo. i. Apollo & hymnus in laudem Apollinis, uel alterius, facit pæanis, ut Titan titanis. Vergi. Lærum pæana canentes, Alcman, propriū uiri Alcmanis. Nec Euan, Bacchi nomē Euantis facit, quia apud Vergi. sexto Aenci. Illa chor: simulans Euantis orgia circum Ducebat Phrygijs, flamma media ipsa tenebat. Seruius ait, Euantis Phrygijs, ut sint duo accusatiui, aliter non staret vsus. Euantis autem. i. bacchantes, à Libero qui Euan dicitur: Hæc ille. Euare, furere & baccha ri est. Hinc euans euantris participium. i. furens. Silli. lib. 1. Non ille euantis massylæ paluit iras, Euan proprie est interiectio bacchantis, & interpretatur bone puer. Capitur eti am pro Baccho, sed obliquos eius apud latinos nequaquam inuenies, quicquid dicat Priscianus. Papinius. 5. Thebaidos: A summis auditus montibus euan. In eodem: Lucidus euan stirpis auus. Itan & pelican barbara sunt. Pan. i. torum, pantos in gto facit, sed latini non utunt in simplici. Pantomimus, gesticulator, omnia imitans. Pandecta omnia continens. ¶ An producit genitiui penultimam. En producit genitiui penultimam, nisi inis facit, tunc corripit. Hymen, apud latinos in obliquis non reperit, facit autem hymenis, teste Priscia no: penultima (ut opinor) correpta, quod probari uideat ex hymenæus. In producit ge nitiui penultimam. On modo producit, ut Simon, Babylon: modo corripit, ut dæmon, canon: in paucis uariat, ut Aegæon, orion. Certiorem regulam de on non habeo.

Pan.

Hymen.

R capít is; Far, ris; Lar, tis proprium maris, hepar
Hepatos efficiet; Cris mobile, cer, dat ut acer,
Ac alacer; Bris dant imber cum prole, saluber
Et celebrer. Per tris ter formes omne latinum,
Et pater, & mater, lynter, dat eris later, & cor
Cordis, iter tineris, Iouis optat Iuppiter usq̃,
Robur oris, iecur atq̃ femur tibi præbet eburq̃.

Altar
Specular.
Lupanar
Puluinar
Torcular
Subligar. Aer
Agger. Anser
Rancor.
Mucor
Vapor
Pedor.
Castor
Fulgur
Fulgur
Thabor.

Nomina tertiæ in r desinentia, adiciunt gto is, ut altar altaris. i. altare. Prudentius: Al tar tepescit fletibus. Lupanar. i. prostibulum. Specular. per quod speculamur, ut fenestra. Puluinar. i. puluinus, qd dormituri capiti subijcimus. Torcular. prælum in quo uia torquent. Subligar, id est, subligaculum & uelamē lumborū. Aer, notum est. Aerius, ad aerē pertinens, uel altus. Agger, alta terra opposita aquis. Anser, auis quæ uulgo minus doctē aucha dicit, quia dictione aucha latini non utunt. Martyr martvris, gadir iris. Rancor corruptio carniū, & aliæ rez: ex uerustate. Palladius: Receptacula olei semper sint mūda ne nouos saporēs ueteri rancore infecta corrūpant. Ranceo ces. i. rancid⁹ sum: rancor pro liuore apud ueteres nō reperi. Mucor, lanugo quæ diutino situ contrahit, ut in pane, carne &c. Mucro ces, mucidus sum. Mucisco, mucidus fio. Vapor, fumus quidam & nebula e calidis ascendens. Vaporo as, id est, uaporem emitto. Vergi. Succedunt matres & templum thure uaporant. Pædor, immūditia & putor. Castor, propriū uiri, & animal alio nomine fiber, de cuius testiculis medicamentum fit, quod castoreū dicit. Fulgur ris, id est fulmen, sed fulgor, id est splendor. Barbara non declinant, ut Nachor, Nabuchodo nosor, uirosq̃ propria. Sic Thabor, licet Baptista suo iure dixit: Assyrj colles assurrexere, Thaboris se iuga flexerūt: mons est Galilææ. ¶ Excipiuntur multa à regula. Nam far ge minato rr facit farris, id est, quoduis frumentum, ut triticum, hordeum &c. Lar, nomen imperatoris facit Lartis, teste Prisciano: sed sapius in nō Lartes inuenio q̃ Lar. Cicero in nona Philippica: Lartes Tolumnius Veientium. Lar, dei nomen, & pro domo laris

Far.
Lar. Lartes.

facit. Hepar, id est, iecur. Latini uix utuntur, facit in genitio hepato: quia olim hepar di
 cebant, teste Placentino. ¶ Tria adiectiua, alacer, uolucer, acer faciunt cris: quibus ad
 des mediocer, si inueniatur. Acer, pro arbore aceris facit. ¶ Bris dant saluber, celeber,
 imber, cum compositis, september, october, nouember, december, quæ sunt mensium
 nomina. Imber, id est, pluuia. ¶ Omnia Latina in ter faciunt tris, ut fratris, uentris.
 Vter utris, id est, uas uel saccus ex corio uel pelle. Vtricularius, paruus uter. Vtricularius,
 qui canit ribijs infixis utriculo: & uocantur tibia utricularis. Accipiter, auis aduncis un
 guibus ualde rapax, ut falco, aquila, miluus, nisus, syluester, equester & cætera. Pater pa
 tris, mater matris, lynxer lyntris, quæ tria à Græcis habemus. Cætera inter Græca eris
 habent per regulam: ut spinter spinteris, æther ætheris, id est, elementum ignis & cælû.
 Character, forma uel lignum. Clyster, instrumentum quo aquam in altum iaculamur &
 quo chirurgi utuntur in purgatione corporis. Luter luteris, lauacrum. Lutra uero
 est animal quoddam, eyn otter. Crater, uas amplum, cui uinum aut oleum & cætera
 imponimus. Stater stateris, nummus quidam. Panther, animal pardos simile. Præster,
 quidam serpens. Soter, uiri proprium & appellatiuum, id est, saluator. Soteria, dona
 quæ diuis uouentur pro sanitate recuperanda. Physeter, marina belua. Syluester, pro
 prium nomen secundæ declinationis. Later, quamuis latinum sit in ter desinens, non fa
 cit tris sed eris, & est lapis coctilis. Plura de hoc in Heteroclitis. Nominatiuus later est
 apud Victruuium. Cor cordis facit. Iter itineris à nominatiuo olim usitato iter. Nam
 quondam iter iteris fecit & itiner itineris. Varro: Expectant itiner longo sermone leua
 re. Næuius: Ignoti iteris sumus. Iuuenius: Ecce iteris medio clarus se ostendit Iesus.
 Iupiter summus deorum apud gentes & unus planetarum, facit Iouis ab antiquo
 nominatiuo Iouis, qui olim in usu fuit: & Iupiter faciebat Iupitris uel Iupiteris. Cæcili
 us: Non nobis quidem deus repertus est Iouis. Apuleius quarto de Asin. Quem tremitt
 ipse Iouis quo numina terrificantur. Dicitur autem Iupiter, teste Gellio libro quinto,
 quasi Iouis pater, ut Marspiter, quasi Mars pater. Et sunt plura composita à pater, quæ
 tris in genitio faciunt: ueluti Diespiter, id est, deus, quasi diei pater. Horatius: Sæpe di
 espiter neglectus incesto addidit integre. Opiter, deus opis, id est, auxiliij pater. Etiam est
 qui auo uiuo post obitum patris nascitur.
 Quatuor in ut faciunt oris: robur, oris & cætera. Robur, est fortitudo. Robustus, for
 tis. Est robur etiam quercus durissimæ species. Et capitur pro duritia firmitateq; cuius
 cunq; rei. Vergilius: Aeternaq; ferri robora. Roboreus, a, um, aliquid ex robore. Ie
 cur iecoris uel iecinoris siue iocinoris, tanquam à ueteri nomine iecinus uel iocinus, id
 est, hepar & ficatum: sed hoc suillum proprie esse uolunt. Iecusculum, paruus iecur. Va
 lerius Maximus libro Primo: Iecinoris duplex caput. Femur femoris, superior pars cru
 ris à coxa usq; ad genu: ut femur anserinum, gallinaceum, anatinum, leporinum, cunicu
 linum & cætera. Femoralia, uerendosq; tegmina. Ebur eboris, os, uel dens elephâti. Ebo
 reus & Eburneus & Eburnus, ex ebore. Eboratus, cui superficies eburnea. Olim nomina
 tiui erant robur, iecor &c. Hi exoleuerunt, ut obliqui eburis roburis &cæ. Quibus uteba
 tur Gnio nobilis Grammaticus tempore Ciceronis. Mulciber regulam sequitur, facit
 enim mulciberis, & per synopam mulcibris, & quâdoq; per secundâ mulcibri. Ouidi. in.
 2. de arte amâdi: Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis. Mulciber est uulcanus à mulcen
 do, id est, molliendo imbre ferrum dictus.
 Ar penultimâ genitiui producit in neutris cû nar: demitro nectar, iubar, hepar, par:
 quibus addes nō neutra, ut bostar, uiri proprium, non stabulû, licet Calep. dicat. Gestar,
 Cæsar, Balthassar, & multa alia uirorum propria.
 Er corripit penultimam, ut mulier, æther, aer. Cætera Græca producant, ut Byzer, po
 puli nomē: ueluti iber, crater, character, stater, luter, clyster, halter, brachionister: & plu
 ra in significatoria declarata, quibus unum latinû addes, quod est Ver.
 Ir corripit, ut gaddir, martyr.

Hepar

Acer

Imber

Vter

Accipiter

Aether

Character

Clyster

Luter

Crater

Stater

Præster

Soter

Physeter

Later

Iter

Iupiter

Marspiter

Diespiter

Opiter

Rober

Iecur

Femur

Ebur

Mulciber

Bostar

DE NOMINVM RECTA DECLI.

¶ Or producit penultimam genitiui, ut color, foror. Tolluntur aquor, mar'mor, memor, arbor, bicor'por, tricor'por, indecor, dedecor, Marcipor, id est, Marci feruus. Publi'por, id est, Publii feruus uel puer. Et si qua sunt eiusdem deriuationis alia, cū Græcis, ut Actor, proprium uiri. Sic hector, antenor et rhetor quoq; & ca'tor tam appellatiuum quàm pro prium. Autor tamen producit tantum.

¶ Vr corripit tantum, ut fulgur, gurtur. Excipitur unum quod est fur furis.

As interponit ti; mas maris, as dabit affis:

Hoc uas uasis habet, uas hic uadis;antis habento

Mascula Græca; uolunt per adis non mascula poni.

Simultas
Praitas
Acquitas
Probitas
Mecenas
Lenas
Abbas

Nomen in as desinens facit genitiuum interponēdo syllabam ti, inter a & s; ut Simul ras tatis, id est odium. Iuuenalis: Inter finitimos uetus ac antiqua simultas. Praitas prauitatis, id est, malitia & iniquitas. Acquitas, iustitia. Probitas, id est, honestas. Mecenas, optimi uiri nomen, qui Vergilium Horatiumq; et alios doctos opibus iuuit. Hinc docti di tes patronos Mecœnates appellant. Martialis: Sint Mecœnates non deceat Flacce Ma rones. Lenas atis, etiam proprium uiri. Arpinas, nostras, uestras &c. Vulgus addit Ab bas abbatis, cuius femininum putat esse abatisa: sed errat si Georgio Valle credimus, qui libro decimotertio capite decimonono, uult esse communis generis. primæ declinatio nis, quod ostendit uocatiuus eius abba. Etiam quia nullum Græcum mittit genitiuum in atis ab as. Interrogētur Græci: interpretatur autem pater, teste Hieronymo. Quædam autem Hebræa & Græca nomina tanquam uenerabiliora dignitatis causa assumpta sunt ab ecclesiasticis, ut presbyter, angelus, apostolus. Pappas, id est, auus, licet uulgo papa di citur, sic abbas abbæ religiosorum aut religiosarum antistes tanquam parens. Excipiuntur à regula mas maris, as affis, hoc uas uasis, hic uas uadis. Et Græca masculini generis, q̄ faciūt antis, ut elephas elephantis: sic gigas, adamas, garamas, atlas, &c. inter q̄ plurima sunt uiroz propria, ut calchas, abas, thoas, peras. Pallas, Euandri filius, bias, bibas, phor bas, salgas, brigas, polydamas, thaumas, teleutas, hyperiphias, eurydamas, & cætera id ge nus plurima. Sic etiam acragas, montis, & oppidi nomen. ¶ Quædam dictorum etiam per primā flexa inueniuntur. Plautus in Menæchmis: Noui cum Calcha simul. Plurima solum primæ sunt ut Barnabas, Ioas, Sambas, Caiphas, &c. ¶ Reliqua Græca quæ scilicet non tantum masculini generis sunt, faciunt adis, uel Græcanice ados: ut Arcas, arcadis uel arc ados. Cyclas, adis, uestis feminea rotunda, explicatilis uel spatiosa. Propertius libro quarto: Hæc nunc aurata cyclade signat humum. Dicitur à cyclos, id est circulus. Cycloa, id est, circundo. Semper est femininum contra indoctos. Cyclades sunt etiam insulæ quæ dā per circulum positæ. Monas, adis, id est, unitas. Trias adis, id est, trinitas. Hebdomas, nu merus septenarius. Hebdomas Latine septimana, est spatium septem dierum. Dicitur etiā hebdomada hebdomadæ. Ogdoas, adis, numerus octonarius. Enneas, adis, numerus no uenarius. Decas, numerus denarius. Olympias, id est, lustrum, siue quinquennium. Oui dius: In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. Olympias, adis, etiam fuit mater Alexandri Magni. Pallas, adis, id est, Minerua, dea sapientiæ. Lampas, id est, fax aut splē dor. Lychnus pensilis, est quod uulgo lampas dicitur. Dipfas dipfadis, serpens sitim faci ens percussio. Dorcas, species capræ syluestris. Gymnas, adis, exercitatio uel certamen. Ludus gymnicus luctandi certamen. ¶ As producit penultimam genitiui, ut mecœnatis & cætera: nisi Anas anatis, auis nota. Male aneta dicitur. Diminutuum est anaticula apud Plautum, & anaticulus apud Ciceronem. ¶ Corripitur cum isto, maris, uadis, & quæcūq; adis habent, ut Palladis, &c.

Es mutabis in is; Græcus dat multa per etis,

Pallas

Calchas

Cyclas

Monas

Trias

Hebdomas,

Ogdoas

Enneas

Decas

Olympias

Pallas

Lampas

Dipfas

Gymnas

Anas

Adde quies, locuples, mansues; per etis teges exit;

Et seges, interpres, præpes, paries, abiesq̄.

Indiges, atq̄ aries, perpes, teres, ac hebes addo.

¶ Nomen in es desinens, mutat es in is: ut Labes, is, id est, macula uel ruina. Clades; id est, occisio uel mors. Vergilius: Quis cladem illius noctis, quis funera fando explicet? Strages, id est, prostratio, ut uentus fecit stragem arborum. Cædes, id est, occisio. Cice- ro: Cædem in foro fecisti. Sic Iohannes, sedes, Hercules, Achilles, Orentes: quæ Achil- li, Oronti, euphonia, id est, boni soni causa, & certa ratione añ declarata nonnunquam faciunt. Moyses uel Moses, etiam Moysi potius facit quàm Moysis. Hoc etiam per pri- mam Moyses mosæ declinatur, & per secundam moyses moeseus, ut Orpheus orpheos. Iosephus: Nirebatur rex in moeos nece grassari. Hippomanes hippomanis, Cacoethes cacoethis. Excipiuntur à regula multa Græca quæ habent etis penultima longa, ut ta- cacoethis. Excipiuntur à regula magna: & plurima propria uirorum, ut Chremes, Hermes, laches, thales, copres, thamines, dares, arges, mendes, admes, maschles, erates, miles, morges, næes, parnes, charres, pheres. Horum quædam manent quandoq̄ sub regula, ut Chremes, huius chremis uel chremetis. Sic Dares, mendes, pheres & plura. Vergilius quinto Aeneidos, Præcipitemq̄ Daren ardens agit. In eodem: Fessumq̄ Dareta Eri- puit mulcens dictis. Terentius: Puerum inde abiens conueni Chremis. Idem: Chremem saluere iubeo. Quædam uirorum propria sunt primæ uel terciæ: ut Hermes, Aeschines, Metiones, Geryones, Ozoles, Telones: & plura, cum iordanes & euphrates flui- orum nominibus. Iuuenalis: Truncosq̄ simillimus herma. Plurima sunt propria terciæ sine crescentia, ut Aeschines, & quæ sequebant, cum Aristoteles, Diomedes, Socrates, Iso- crates, Ulysses, Therites, Diore, Chalceres, Herodes, Androcles & cætera. De his omni- bus latissime disputat Georgius Valla libro tricesimo primo, capite decimonono. Faci- unt etiam etis penultima longa. Cures, etis, nomen gentile. Raro reperitur singulari- ter. Et Cæres caretis, item populi nomen, de quo plura in arre uersificatoria dixi. His adduntur Latina, quies, etis: locuples, etis. Mansues, etis, id est, mansuetus. Apulei, uerbo- rum nouator in undecimo metamorpho. dixit: Vidi & uisam mansuem: ut sit declina- tio hic & hæc mansuis, & hoc mansue: ueluti fortis forte. Sub quies comprehenditur inquires, & aliquando requies. Addunt neotericorum multi Græcis Hagnes etis, uirgi- nis nomen: sed errant, quia nullum femininum in es apud Græcos facit genitiuum in etos. Ideo declinandum est hagnæ es, ut Penelope es: sic enim semper uirum diuus Am- brosius. Potest etiam dici hagna hagnæ, & interpretatur calla. Horatius: Delectat ue- luti Balbinum polypus hagnæ. Quædam faciunt etis penultima breui, ut Teges tege- ris, uile stragulum quo tegitur lectus. Tegeticula, parua teges. Est etiam Teges mat- ra sirpea. Seges, frumentum in spicis. Præpes, id est, alte & sublime uolans. Capi- tur etiam pro idoneo & felice siue prospero. Multa de hoc nomine apud Gellium re- peries libro sexto, capite sexto. Addendum est dictis ueges uegetis, nomen in rarissi- mo autorum usu.

Labes
Clades
Strages
Cædes
Moses

Primæ et ter-
tiæ cõmunia

Cures
Cæres

Hagnes

Teges
Seges
Præpes

Dic uerres uerris, uates uatis: per itis fit

Communis generis non dictum siue marini,

Pes dat edis, natum sedeo dat idis: uolet edis

Hæres ut merces; Ceresiq; Ceres retinebit.

Acs æris, præ prædis habet, diphthongus utriq; est.

Verres facit uerris, uates uatis: reliqua masculini generis aut communis, de quibus nihil dictum est, utpote appellatiua, mutant es in itis penultima breui: ut poples poplitis, miles militis. Sic ames, palmes, limes, stipes, fomes, termes, trames, gurges, cæspes, merges, eques, pedes, anthes, cocles, hospes, fospes, ales, diues, comes, superstes, prætes, ueles. Sed pes facit pedis. Sic composita, compes, bipes & cætera. De apes & uulpes ante diximus. Composita à sedeo faciunt idis penultima breui, ut obses obfidis. Hæres facit hæredis penultima longa, Etiam ut est nomen deæ, cui accepta hæreditate sacrificabant, teste Pecichemo. Merces, mercedis, penultima longa, id est, præmium. Iuena. Nosse uolunt omnes mercedem soluere nemo. Ceres cereris, dea frugum. Acs æris, præ prædis, diphthongon æ habent.

Hæres
Merces

Is non mutabo, dant dis cuspis, lapis, atq;

Plurima græca, facis per eos, uel ios, uel yos, uel

Entis græcorum quædam, charis at charitis uult.

Vis

Is habet genitiuum similem nominatiuo, ut hæc uis, huius uis, quod solū in tertia declinatione is genitiui producit: significat uirtutem, possibilitatem, fortitudinē & uiolentiam. Hic panis, huius panis. Sic ouis, pestis uestis &c. Excipiunt lapis & cuspis quæ abiecta s littera, capiunt dis: ut lapidis, cuspidis: sic triculpis tricuspis. Cuspis, est acies halitæ uel alterius rei acutæ. In idis genitiuum etiam faciunt plurima Græca, ut cassis, idis, foeminini generis, id est, galea. Græcum esse docet Priscianus ex Probo, accusatiuum est cassidem uel cassida. Unde Vergilius fecit nomen primæ declinationis, cassida cassidæ dicens sexto Aeneidos: Aurea uesti cassida. Aliud est nomen masculini generis, non crescens, cassis, is, id est, rete, raro singulariter reperiet. Seneca in Agat. Aper cum casse uinctus, Cassiculus uel cassiculum, id est, paruus cassis, Hieronymus, Nequaquam araneorum mihi opponas cassiculos. Festus, Cassiculum, reticulum à cassibus per diminutionem dictum. Plures utrunq; latinum esse arbitrantur à casto, id est, inani deriuatum, quod retia uacuas habeant maculas, & galea ad caput recipiendum uacua sit. Capis, capidis, uas quo in sacris utebantur, similiter Græcum est, teste Prisciano: quia Lucilius accusatiuum pluralem in as protulit, & diminutiuum est capidula. Alij Latinum esse putant, à capiendo. Aspis aspidis, serpens quidam & oppidum quoddam à scuti similitudine dictum. Silius libro tertio, Tum quæ Sicanio percinxit littora muro In clypei speciem curuatis turribus aspis. Græci scutum uel clypeum uocant aspida. Aspidion, id est, clypeolus. Aspidichion, idem. Aclis aclidis, telum breue. Silius libro tertio, Aclamys per y pugnax instare ueruto. Vergilius, Teretes sunt aclides illis Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello. Aegis, ægidis, scutum pelle caprina tectum, & proprie est Palladis thorax. Pyxis, uasculum unguentarium, uel cui quiduis aliud imponitur. Pyramis, ædificium in acumen à latitudine desinēs, uel turris habens flammæ figuram. Chlamys per y Græcum, uestis militaris. Endromis, uillosa uestis contra frigus inuenta. Bolis bolidis, id est, iaculum. Paropsis, cum quarra uocali in secunda, lanx & scutella cibaria, sit ab opson, id est, cibus. Obsonium uel opsonium, cibus omnis præter panem & uinū. Opsono uel opsonor, id est, opsonia emo, Parotis parotidis, hulus iuxta aurē. Diplois, uesit duplicata, nūc p ueste sumim⁹, cui⁹ usus nō fuit ap^d ueteres. Abis absidis, curuatura; uel arc⁹ in muro & rotæ testudo in qua figūtur radij. Absides etiā in celo circuli qdā. Et p

Cuspis
Cassis

Capis

Aspis

Aclis
Aegis
Pyxis
Pyramis
Chlamys
Endromis
Bolis
Paropsis
Parotis
Diplois
Abis

Iteram p. etiam apud dicitur. Nebriſ, cerui aut damae pellis. Nebros graece, id est ceruus.
Iaspis, trisyllabum, gemma uiridis quaedam. Ibis, auis similis ciconiae apud Aegyptios. Syr-
tis, idos, aliquando etiam fyrtos, locus in mari periculosus propter multitudinem are-
nae. Lucan. lib. 9. Plenior alto olim fyrtis erat pelago. nris est. Ibdem: Natus & ambigue
coleret qui fyrtidos arua Cherſydrus. Hic gtuſ est fyrtidos. Tyrannis, fauum & uiolent-
tum imperium. Olim etiam in bonam partem pro regno, ut tyrannus pro rege. Valerius
Max. lib. 4. Tyrannidem a ciuibus delatam adeptus. Item, idis, habent omnia in is patro-
nymica & formam patronymicorum habentia, uti sunt in is librorum nomina: Aeneis, The-
bais, Achilleis, Alexandreis &c. Et gentilia, ut Colchis, Sunamitis, Moabitibus &c. Et oia ſc-
minina, quorum masculina in a uel in es definiunt, ut poeſis, prophetis, nauſis &c. cum alijs
multis, uti garamantis, gigantibus. Item nomina uiroꝝ, ut Paris, Adonis, Daphnis, Alexis.
Item mulierum propria: ut Myſis, Laïs, Thais, Bacchis, Chryſis. Et deorum nomina: ut Apis,
Serapis, Oſiris, Anubis. Et dearum nomina: ut Doris, Iſis, Themis, Arthemis. Themis etiam
facit themidis & themiſtis, teſte Placentino, ſed in uſu eſt Themidis, ut Iſidis. Quaedam
fluuiorum nomina: ut Tiberis, Phafis. Tigris etiam pro animali uelociſſimo & truculento,
Apud Medos tigris ſagittam ſignificat. Et tam pro animali q̄ fluuio, facit in gto tigridis
uel tigris. Sic plura poſſunt gtuſ nro ſimilem habere, ut Adonis, huius Adonis uel Adoni-
dis, ſic Paris uel Paris. Agis, proprium uiri, huius Agis uel Agidis. Sic Thamiris, Zeuxis
& plura alia. Adonis apud Graecos etiam Adonios facit, ut paris parios. ¶ Dixi notanter
plurima graeca, non omnia: quia multa gtuſ nro ſimilem efficiunt, ut Tiberis trisyllabum
huius Tiberis, & e idem qd tiberis. Charybdis, huius charybdis, qda piculoſiſſim⁹ in mari loc⁹.
Lachesis, una parcaꝝ. Mantis, diuinaculus qui futura praedicere tentat. Vnde necroman-
tis, hydromantis &c. Athilidis thinois, zenis anachariſis, & plura uiroꝝ propria. Charis
charitis. i. gratia, raro ſingulariter reperiet. Hinc eucharis eucharitis. i. gratioſus, Acha-
ris, minime gratioſus. ¶ Facis per eos &c. Quaedam graeca faciunt gtuſ in eos uel ios. Que-
dam etiam in yos per y graecum, paucaſſima in entis. De eos, ut Physis phyſeos. i. natura.
Hinc phyſica, ſcientia de corpoꝝ naturis. Metamorphoſis. i. transformatio. Hæreſis, id
eſt, ſecta. Neapolis, oppidi nomen, interpretatur noua urbs. Polis eos. i. urbs. Hinc Nico-
polis, Heliopolis, Conſtantinopolis &c. Poefis eos, opus poeticum. Geneſis. i. generatio.
Iuuenalis: Nota mathematicis geneſis tua. Genealogia, liber uel oratio de gnatione. Gene-
alogus, qui de generatione diſerit aut ſcribit. Sic theſis, diceceſis &c. ¶ De ios, ut piſtis
piſtios. i. fides. Baſis baſeos. i. gradus fundamentum, ſuſtentaculum. Lexis. i. dictio. Hinc le-
xicon, id eſt, liber uocabularius, a graeco lego. i. dico. Aeneſis. i. laudatio. Paraneſis, ad-
monitio. Craſis. i. temperamentum. Nemefis, dea ſuperboꝝ ultrix. Memphis, ios, urbs Ae-
gypti, ut in ſacris. Princeps Memphios. Sedulius & Baptiſta memphitis penultima lon-
ga. fecerunt gtuſ minus docte, quia ratione & autoritate carent. Inuenimus tamen mem-
phitis penultima longa, ſed nominatiui caſus, ut ſit forma patronymica. Hec memphitis,
huius memphitidis, ut nauis memphitis. i. memphitica. Lucan. Conſeruit bibula mēph-
itis cymba papyro. Multa alia inuenies per eos uel ios, quæ omnia ſine creſcentia nonnu-
quam efferunt. ¶ De yos, ut Atys at yos, puer Cybeli dilectus. Chelys, yos, inſtrumentum
muſicum. Tiphys, uiri nomen, ut Capys, Erinnyſ, yos, furia infernalis. Tethys aut yos,
cum aſpiratione in ſecunda ſyllaba, eſt dea maris, uxor Oceani. At Thetis idis, cum aſpira-
tionem in prima, & i noſtro in ſecunda, fuit mater Achillis. ¶ De entis, ut Simois Simoen-
tis, fluuius Troiaꝝ. Pyrois entis, unus equoꝝ Solis. Opois opoentis, urbs quaedam, & ſecti
tur etiam Opus opuntis.

Nebriſ.

Iaspis.

Ibis

Syrſis.

Tyrannis

Themis.

Tigris

Charybdis

Mantis.

Lachesis.

Athilidis

Charis

Physis

Metamor-

phoſis.

Hæreſis

Polis Poefis.

Geneſis.

Piſtis. Baſis.

Lexis. Aeneſis

Paraneſis

Craſis.

Nemefis

Memphitis

Memphitis

Atys

Chelys

Tethys

Thetis

Simois

Pyrois

Opois.

Quod dedit er, dat eris: quod in en fuit, ut prius effer.

Pauca nomina in is, faciunt gtuſ in eris, quia olim terminabantur in er, ut puluis, eris,
 cinis eris. Olim hic puluer, ciner, uomis eris, uel etiam nunc uomer uomeris. Itaq; in his
 tribus proprii obliqui exoleuerunt. Duo ſunt in is uel in er deſinentia, pro utraq; termi-

D E R E C T A N O M I N V M D E C L I N A .

Cucumer natione proprios obliquos retinētia, ut hic cucumer huius eris, uel hic cucumis huius cumis, teste Seruio in illud quarti Georgicon: Tortusq; per herbam Creteret in uentrē cucumis, Plin. lib. 19. Cucumi uero in odore & in colore similem. Idē li. 20. Cucumim syl uetrem esse dicimus infra magnitudinē satui, Et paulo post: Cucumim qui magnificant.

Pubis Puber puberis, uel pubis huius pubis. Vnde impuber impuberis, uel impubis huius impubis. Cicero in primo de oratore: Quod nisi puberem te haberem. Sallust. in Iugurt. Oēs puberes numidas atq; negotiatores interfecit. Cicero filium impuberem dixit. Horati. 2. carm. Impubem parentes Troilum. Idem in Epodo impube corpus dixit in neutro gñe. Verg. Impubis Iuli. Ouid. nono metamor. Facietq; uiros impubib. annis. ¶ Sequitur quod in n fuit & c. Nomina in is desinentia, quæ etiā in n literā desinere reperta sunt, obseruāt regulam de n litera: ut sanguis facit sanguinis penultima correpta, qā olim dicebant hoc sanguen huius sanguinis. Ennius apud Cic. Reugiat timidos sanguen atq; exalbeicat meru. Lucret. Vitcus languenq; creari. Gelli⁹ li. 3. ca. 7. Sanguen defluserat. Pollis pollinis. teste Carisio & Phoca, quia etiam dicitur pollen pollinis, teste Probo cum Cæsare. Seren⁹: Proderit & madido frumētum polline turgens. Est subtilior puluis farinae. ¶ Multa græca faciūt genitiuū in inis penultima longa, quia ntūs per in efferrī potest, ut delphis delphinis, eleulis eleufinis, oppidi nomen, ut Salamis Salaminis, Actis Actinis & c. quia etiā dicimus eleufin, salamin, actin, testib. Prisciano & Seruio. Trachyn uel trachys cū y græcō, trachynis, est Bœotię urbs, interpretat aspera. Sic Phorcys Phorcynis, propriū uiri: & arys arynis & c. Ouid. Tempore quo nobis inita est cerealis Eleufis. Dicitur etiā hæc eleufina. Iustin. lib. 5. Tyrannus eleufina emigrare iusserat. Ouid. 14. meta. Domina sub imagine signum Seruat adhuc Salamis. Horatius primo carminum: Teucer Salamina patremq; cum fugeret.

Dis, lis, dant itis, cum samnis, iunge quiritem.

Glis solum gliris, semis semissis habebit.

Quiris Quatuor in is habent itis penultima longa: dis ditis, lis litis. i. discordia. Litigare, litē agere. Samnis samnitis, quod in noiatiuo singulari uix inuenies. Quiris quiritis, id ē Romanus. Prudentius in nominatiuo dixit samnitis. Indocti addunt nihil uerba, mephis, metis, hamis. Glis pro animali gliris facit. Glis gliris, pro tenace terra, & glis glissis, pro lapa, barbara sunt, nec apud Priscianum, nec apud ueterum quenq; reperta. Miror unde explicatus sit Alexander, quem hac in re Sulpitius, Mācinellus, pluresq; minus bene imitantur. Semis ā semi & as (est enim dimidium assis) semissis facit. Semis pro dimidio non flectitur, & melius in i desinit semi, quo extra compositionem raro utuntur: ut semicirculus, semissis homo. i. uilis. Varini. Ciceroni: Simul y o semissis hō contra me arma tulit. Sulpiti⁹ cum Alexandro dicit sardis pro lapillo pretioso sardinis facere, quod ego omisi, quia apud doctos per secundam declinationem sardus sardi flectitur, non sardis inis, nisi semel in Apocalypsi: Qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis. Sardus autem est lapillus rubri coloris, in Sardinia primum repertus. Sūt qui tiryse elmysq; in is desinere contendunt, & facere genitiuos tiryntos, elmyntos. De his dicam in ns. ¶ Is genitiui penultimam in crescentibus corripit, ut lapis lapidis. Olim sine crescentia hui⁹ lapis dicebant. Vnde erat ablatiuus in i lapsi. Ennius: Occumbunt multi letum ferroq; lapiq;. Tolluntur in is, quorum in etiam nominatiui terminatio est, ut Delphis cū Psophis idis, oppidi nomine: & Crenis idis, nymphę n nomine. Et lis, dis, Samnis, Quiris, glis Simois, Pyrois. Semis compositio manifestat.

Psophis
Crenis

Os ti interponit: glos, mos, flos, ros facit oris.

Quod dedit, or faciet ueluti prius: ossis os optat,

72 **Os oris, custos custodis, bos bouis: ois****Thos, minos, & tros cupiunt; quibus additur heros.**

Nomen in os facit g^m interponendo syllabam ti inter o & s, & ita facit otis, ut cos co-
 tis, sacerdos oris. Sic dos, nepos, Monoceros, id est unicornis, bestia in fronte cornu habes.
 Rhinoceros, animal in naso cornu habens. Martia. Quæ nō promissit prælia rhinoceros?
 Idem. Et pueri nalam rhinocerotis habet. Calepinus dicit etiam dici monoceron, rhino-
 ceron, ontis: sed in os hoc definire melius crediderim & autoritate cōfirmabilius. Aegoc-
 ceros otis, capricornus. Lucanus. Humidus ægoceros, nec plus leo tollitur una. Icos otis,
 id est, probabilis propositio. Eiusmodi declinationem habent quædam uirorum pro-
 pria, ut Phileros otis. Sic niceros, eros, ilos, chryleros & plura. ¶ Exciipiunt à regula glos-
 mos flos ros, quæ faciunt oris, ut gloris. Glotis alit & glossis barbara sunt, nec apud Priscia
 num nec apud ueteres usquam lecta. Flos floris. Mos moris. i. consuetudo. Ros roris. Han-
 bent etiam oris quæ in or quoq; desinunt, ut odos odoris. Plautus in captiuis: Cuius odos
 sub basilica nos omnes adegit in forum. Colos coloris. Plini. libro. 35. Glebis tuus colos.
 Vapos. i. uapor fumus ex humidis calefactis surgens, apud Lucretium & uetustiores legi-
 tur. Timos. i. timor apud Marcellum. Lepos oris, uel lepor. i. uenustus & iucunditas in fa-
 ctis aut uerbis. Lepidus, uenustus, iucundus, facundus. Honos. i. honor. Cicero: Honos alit
 artes. Arbos. i. arbor, licet Agræcius differre putet. Verg. Nunc omnis parturit arbos. Os
 ossis, os oris satis patent: ueteres pro os ossis dicebant ossum, ut pomum, & ossu ut cornu.
 Pacuius: Ossum inhumatum. Custos custodis, bos bouis. ¶ Quædam græca faciunt g^m
 in ois, ut thos thois, animal ex luporum genere, teste Plinio. Minos ois, Cretensium rex
 fuit iustissimus, ideo à poetis dicitur esse animarum iudex. Tros ois, fuit Troiæ rex. Et ca-
 pitur pro Troiano persæpe apud Verg. Heros, homo nobilissimus, quales dicitur fuisse
 Hercules, Hæctor, Persæus. Talis fœmina dicitur herois idis, uel heroine es. Athos, dicit ali-
 quæ arhois. Dicitur etiam aliquæ athon omis, ut minon onis. Sallust. apud Priscianum: Dæ-
 dalus minonis fugerat iram. Os oris, & oris producunt undiq; præter compos compotis,
 jmos impotis, & arbos oris. Custodis producit ut ois, uelut herois. Corripitur ꝑo bouis.

Monoceros.
 Rhinoceros
 Aegoceros
 Icos

Mos.
 Odos
 Colos
 Vapos
 Timos
 Lepos
 Honos
 Arbos
 Thos
 Minos
 Tros
 Heros
 Athos

Vs tibi mittet oris, peius ceu peior habebit.

Vs facit oris penultima breui, ut corpus corporis. Comparatiua faciunt oris penultima
 longa, ut ea quæ in or desinunt: ueluti peius peioris, melius melioris. Exempla principa-
 lis regulæ, pauciora ferme sunt q̄ ea quæ excipiuntur, sed quia parum interuisset, nolui
 mutare regulam: Exempla itaq; sunt lepus leporis. Corpus, omne sensibile. Capitur pro
 carne. Hinc corpulentus. i. carnosus. Decus, honor. Dedecus, inhonestas. Littus, terra, p-
 pè mare. Fœnus, pecuniæ lucrum. Aliquando pro quocunq; lucro capitur. Frigus. Tem-
 pus etiam pro capitis parte, Verg. Caua tempora pulsat. Tempus est super autem ex utra-
 q; parte. Nemus, sylua. Pectus, anterior pars animalis à gula usq; ad uentrē. Pignus oris,
 etiam facit pigneris ut dicemus, ut fœnus oris & fœneris, sed utrunq; rectius habet oris,
 ut ego opinor. Tergus, corium uel pellis. Verg. Tergora diripiunt costis ac uiscera nudat.
 Tergum uero est dorsum. Facinus, i. factum siue bonum siue malum. Terenti. Non fit sine
 periculo facinus magnum & memorabile. Pecus quando est neutri generis: fœminini ge-
 neris pecudis facit.

Corpus
 Decus
 Fœnus
 Tempus
 Nemus
 Pectus
 Tergus

Dant eris hulus, holus, uellus, Venus, & genus atq;**Viscus, acus, fœdus, scelus, & cum pondere uulnus,****Munus, onus, sidus, latus, ac opus, & uetus addo,**

Et funus, rudus. Sed oris uel eris dare pignus

Vt fœnus dicunt, melius per oris fit utrunq;

Quædam nomina in us mutant us in eris penultima breui, ut hulcus, collectio corrupti sanguinis in corpore. Aspiratur, quia græce helcos dicitur. Hulcerosus, hulcerib. plenus. Hulcero, hulcus facio. Exhulcero. i. lædo. Epistola tua animum meum exhulcerauit.

Holus, omnis herba satua quæ in usu cibario est. Nonius & Festus aspirât. Holitor. i. hortulanus, & qui holera uendit. Holitorium, quod ad holera pertinet, ut forum holitorij. Vellus uelleris, pellis cum lana & ipsa lana. Venus dea amoris. Genus, progenies & rei modus uel qualitas, ut genus mortis, genus uitæ. Et Seneca. Summum genus infelicitatis est misero, fuisse aliquando felicem. Hinc sunt adiectiua secundæ declinationis: Omnigenus, multigenus. Plini. libr. 10. Multa hæc & multigena terrestriũ uolucrumq; uita. Viscus, proprie intestinum est, licet (teste Seruio) etiam quæcũq; caro dicat inter ossa & cutem. Visceratio de carnib. conuiuij. Euisero, uiscera extraho. Visceratum, per uiscera. Enni? Dissipat uisceratum membra. Viscus secunda. i. glutinũ. Acus & Festus purgamentũ. Acerosus, plenus acere. Fœdus, id est pactũ, & pax quæ fit inter dimicantes. Fœdero, as. f. ed? facio. Fœdifragus. i. perfidus, qui fœdus ictũ frangit. Scelus, graue peccatum. Scelestus & sceleratus, ualde malus. Scelero as. i. polluo. Pondus, quod graue est. Ponderosus, grauis. Pondero, as. i. libro & examino. Vulnus, læsura & hians apertura corporis ictu facta. Vulnero, uulnus infero. Munus. i. donũ. Munero uel muneror. i. munus do. Item munus. i. officij. Verg. Susceptũ perficere munus. Onus, pòdus alicui iniunctũ. Onero, as. i. onus impono. Exonero, onus detraho. Onustus. i. oneratus: quidam aspirant honus. Sidus. i. signũ cæleste è stellis formatũ, ut aries, andromeda, Hercules &c. Differt ergo à stella, licet quãdoq; pro stella capiat sidus. Latus, quod infra alam est: sed latus lata latũ, est amplus, ut lata domus. Dilato. i. latum facio. Opus, res facta, ut carmen est opus poetæ. Operor. i. opus facio. Opusculũ, paruũ opus. Funus, cadauer, & exequia, & mors. Funerous, a, um, ad finem pertinens. Funerale, quicq; ad exequias pertinet. Funeris idem: ut funeris pompa. Funero, as, sepelio. Funer? pollutus, mortifer, cruentus. Funesto, funere iniquo. Itẽ polluo & cruento. Rudus, lapidum frusta & ruinas: materies. Plin. Solo fistucaro iniicitur rudus. Rudero, as, rudus induco. Vnde ruderatus. i. rudere plenus. Plini. Agrũ ruderatum amant rosæ. Erudero, effodio rudus. Pignus & fœnus habent oris uel eris, teste Prisciano, sed melius oris, sicut corpus, pectus. Pignus, quod creditori datur ut sit securus: & pignora per metaphoram filij dicunt. Ouidi. Dulcia folicitæ gestabant pignora matres. Itẽ pignus est quod deponit apud sequestrũ. Verg. Tu dic mecum quo pignore certes. Pignoro, as, uel pignoro. i. rem pignori do. Suetonius de Vitellio: Ex aure matris detraclũ unionem pignoraui ad itineris impensas. Fœnus dictũ est. Addũt aliqui glomus eris. Perortus dicit glomeris eris. Ego id cũ Nebrissenſi omisi, quia apud ueteres non inuenio. Nam in Lucretio mendose legit glomere pro pondere, sed dicit glomus glomi. i. glob? ex filo factus. Glomerare, est globum quencunq; facere & aggregare. Hinc agglomeror. i. applico, adiungo. Vergilius: Et lateri agglomerant nostro.

Vris habent tellus, ueluti monosyllaba; grus, sus,

Dant uis; intercus dat utis, liguris ligus optat.

Dat pecus hæc pecudis; loca græca feruntur in untis,

Pus ortum dat odis; incus, subscus, palus udis.

Vtis fœmineum reliquum; laus, frauq; dat audis,

Tellus & monosyllaba habent uris penultima longa, ut tellus telluris, id est, dea terre, & ipsa terra. Ius iuris, quod natura aut ciuitas aut gens iubet. Et liquor eorum quæ coquantur. Hinc iurulentus & iussulentus, iure plenus: ut caro iurulenta, id est, quæ cum iure apponitur: sic piscis iurulentus. Apuleius ostendit qualiter quisq; piscium assus, aut iussulentus optime sapiat. Semper autem facit genitiuum iuris, non iuris aut iussis. Rus ruris, crus cruris, thus thuris, mus muris. Pus puris, sanies & quicunq; humor in putredinem uersus. Purulentus, sanie plenus. Corneli⁹ Nepos in uita Attici: Ut extremo tempore per lumbos fistulæ puris erumperent. Plin. Ad puris & sanguinis excreationes. Prudentius: Impressam penitus putredine pure peresam. Eloquētissimus medicus Celsus frequenter declinat. Hos ego uiros non uerebor imitari contra fecutinas grammaticorum traditiunculas: quis Priscianus cum Phoca maluerit pus non flecti. Contra monosyllabotum regulam, grus gruis facit, & ius suis. Intercus intercutis, ligus liguris, hæc pecus quenter declinat. In his penultima genitiui corripitur. ¶ Quædam Græca nomina locorum mit sonantes post uocalem: ut Opus opuntis, Achaia oppidum. Hydrus hydruntis, alterius oppidi nomen. Lucanus respiciens ad hydrum serpentem unde oppidum nomen habet, masculinè dixit: Arduus hydrus. Cicero: Ad Hydruntem Iudibundi peruenimus. Eodem modo habet Anthemus, cerasus, placus, simus, trapezus, hierich⁹, phic⁹, philus, amath⁹, sipus: & plura, ut ex historicis poetisq; cognosces. Cōposita à pus, id est, pes, Græca sunt, & faciunt in genitiuo podis penultima breui, ut tripus tripodis. Tripos barbap: est teste Nebristen⁹. Oedipus œdipodis. Marti. Qui legis Oedipodem caligantemq; Thyestem. Dicitur etiam œdipus œdipi. Plautus in Penulo: Isti orationi œdipo opus est coniectore. Dicitur etiam per primam œdipodes æ. Papini⁹ primo Theba. Oedipodæ confusa dom⁹. Beroaldus legit œdipodos. Melampus odis, & cætera. Tria faciunt udis penultima longa: Incus incudis. Subscus subscudis. Cato de re rustica: Subscudes ilignas adindito. Palus paludis: in palus hic posteriorem corripit, aut s literam ueterum more interemi Horati um imitatus: quod extra carmen de præceptis grammaticæ nollem: hic autem interdum cogimur esse duri, quia ornari res ipsa negat contenta doceri. Reliqua in us formi nini generis, faciunt utis, penultima longa, ut uirtus uirtutis. Sic salus, iuuent⁹ &c. Quæ ritas omnium ex dictis liquet. Fraus fraudis, laus laudis. At Emmaus castelli iudaici nomē trisyllabum est, & declinatur à Plinio ut dominus: sicuti notauit doctissimus grammaticus Hermannus Torrentinus.

Vult i feri medio, b p si præit s, genitiui.

¶ Nomen in bs aut ps facit genitiuum interponēdo inter bs aut ps uocalem i, ut trabs trabis. La laps lalapis, canis nomen apud Quidiū: apud quem accularius est lalapa. Stips it ipis, numulus: pauper medicat stipem. Quatuor aspirationem in obliquis sumū, ut Gryps gryphis. Cynips cyniphis. Hinc Cyniphi⁹, Catelips, iphus, Sci raps raphis, teste Georgio Valla.

E per i mutabunt polysyllaba: dat cupis auceps.

¶ Polysyllaba habentia e ante bs aut ps, mutant e in i breue in genitiuo, ut cælebs cælibis, princeps principis: secus est de monosyllabis, ut seps sepis. Auceps autem facit auçipis, & est qui aues capit. Horat. Et ueluti merus intentus decidit auceps. Aucupor, aues capio. Canis aucuparius, quo auceps utitur. Olim nominatiuus erat aucupes,

Dic hyemis pultis, capitis: cipitis dabo proli,

Hyemis, pultis, capitis genitiui sunt ab hyems, puls, caput. Composita à caput faciunt cipitis siue in t desinat, ut incipit, occipit ipitis, siue in ps, ut anceps ancipitis, biceps bicipitis, præceps præcipitis, triceps, centiceps &c. Anceps, est dubi⁹ uel incertus Horati⁹.

Tellus
Ius

Pus

Oedipodes

Lelaps
Stips

Auceps

Anceps

DE NOMINVM RECTA DECLINA

Præceps Ius anceps noui causas defendere possum. Anceps g ladius, id est utriusq; scindens. Præceps, cum capite deorsum cadēs, Aut inconsideratus & nimium festinus. Præcipitare, est deicere aut nimis propere aut inconsiderate agere. Olim nominatiui singulares in es de finebant, ut præcipes, ancipes, & obliqui sine crescentia efferebantur, ut ancipis, bicipis &c. Plautus in commorientibus: Saliā in puteum præcipes, Idem in Rudente: Post altrinsecus est securicula ancipes. Ennius: Occubunt multi letum ferroq; lapiq; Aut intra muros aut extra præcipe casu. Omnia in bs & ps, cum hyems & caput corripunt in genitiuo penultimam præter plebs, seps, gryps, cyclops, hydrops, conops, europs, cercops, & quod uariatur dolops. Plebs ignobilior pars populi. Plebes idem. Lucan. Nescit plebes ieiuna timere. Seps uel sepes alibi dictum. Cyclops, gigas unoculus. Hydrops, aqua intere. Hydropsicus, qui hydrope laborat. Conops, i. culex. Hinc conopæum, uel ad arcedū culices à lecto, pro quo uulgo male canopæum in sacris legit. Europs & dolops, sunt uirosæ, ppria. Cercops, populi nomen quē in simias Iupiter mutauit, ut ait Ouid.

Plebs
Cyclops
Hydrops
Conops

Ns aut rs s demens, tis dabis apte.

Nomina in ns aut in rs faciunt genitiuū dempta s, & addita tis, ut animans animantis, picens entis, populi nomē. Aruns aruntis, non (ut Sulpitius uoluit) aruncis, ars artis &c. Duo sumunt aspirationem in obliquis: ut tir yns tirynthis, unde tirynthius, id est, Hercules, & elm yns elmynthis, uermiculus in utero puerosæ. Ita docet Priscia, & Moscopylus antiquissimus Grammaticus. Ferretus in ys non in ns definire putat, quia teste Seruio (ut ait) nullum nomen Græcum desinit in ns.

Elm yns

Dis uult glans, nefrens, capitis lens & folium frons,

Libraq; cum pendo, & quod cor faciet tibi nomen.

Vntis habeto quiēs, & iens, legem ambio spernit,

Glans Pauca habent dis, ut glans glandis, ut cunq; capias siue p arboris fructu, siue pro globo plumbeo, aut p colli tubere. Unde glandium, est ceruix porcina, quia in illa sunt multæ glandes, non (ut barbari dicunt) glantes. Sic compositū eius uiglangis iuglandis facit, dicit quasi Iouis glans, magna nux quæ uulgo apud nos in magnis arborib; crescit. A glans diminutiū est glandula. Item glans, est summa pars colis uel mentulæ, præputiū pell que illam tegit. Inuent⁹ est nominatiuus glandis. Nefrens nefrendis. Lens lendis, p pediculi pullo, teste Prisci. Seren. Vnda maris lendes capitis deducit iniquas. At pro legumine qdā lens lēris dicim⁹, diminutiū ē lētricula, qd etiā significat uascuū cui imponit oleū, aut qd tale. Lentigo, macula faciei ad lentis similitudinem, lentiginosus, qui tales maculas habet, ut lendinosus, cui multæ sunt lendes. Frons frondis, folium est, frons frontis, capitis pars anterior à radice capilloꝝ usq; supercilia, metaphorice p pudore sumis, & aliqñ ad inanimata transferit. Libripens libripendis, à libra & pendo, p pondero, est stipsis ponderandæ pensator. Andronic⁹ apud Prisci. Impubis libripens esse nō potest. Cōposita à cor, misericors misericordis, cōcors, discors, excors, & uecors i. stult⁹. Vecordia, stultitia. Olim nominatiui erant misericordis, uecordis, ut frodis. Pomp. Blanda, fallax, importēs, supba discordis. Quiens queuntis, qui quit i. potest, neqens, qui nequit, nequeuntis facit, iens est ris: sic rediēs redeuntis &c. sed ambiens ambiens facit contra legē compositos. Sic gerundia sunt eundi, cundo, eundū, abeūdi, redeuudi &c. Plau. tñ teste Prisciano, abiendi dicit in Amphit. Abiendi etiam tibi nunc occasionem. lens nusquā ntm reperiri nisi in cōpositis quidam arbitrant, sed falluntur. Cic. libro. 16. ad Atticum in principio primæ epistolæ: Nonis quintilib; ueni in puteolanū iens ad Brutum. Cōposita ab uncia Prisci. iure omitt, neq; em in ns desinūt, sed in nx, ut septunx, nō septuns cōtra neotericos quosdā. Superbiens, entis facit, ut audiens, licet ab eo is, aliquo modo deriuetur.

Inglans

Lens

Frons

Libripens
Vecors

Quiens

X in cis muto, per gis lex, frux, aquilex, rex,
 Grex, remex flecto, cum græcis addito multis
 Impetigem; coniunx n tollens, coniugis edet.

Nomen terminatum in x, mutat x in cis in genitiuo, ut arx arcis, merx mercis. Plaut. Merx
Proba merx facile emptorem reperit. Hinc Mercor, aris, id est, emo. Radix icis, pars ar Radix
boris aut herbæ aut fruticis in terra: diminutiuum est radícula. Radico as, radicem facio.
Eradico, radicem extraho aut tollo. Perdix, auis nota. Ibis, genus syluestris capræ. Ibis
Pollux, uiri proprium, ut Ceyx. Excipiuntur à regula quæ gis pro cis faciunt: ut lex legis, Lex
ius scriptum. Sic exlex, illex. Frux frugis, quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus. Frux
Varro: Frux, legumen, tritici. Aufonius: Ante equidè campis quæ spicea suppeteret frux.
Festus: Pantices frux uentris. i. pinguitudo. Aquilex aquilegis. i. putearius. i. qui putei Aquilex
effodiendi certis in locis ratione habet. Varro: Hoc pacto utilior thuscus aquilex. Seneca
libro .3. natu. Sudorem aquileges uocat. Aquilegium, aquæ collectio. Plau. Si pluet, aquile
legio me iuuabo. Rex regis, grex gregis, remex remigis, qui remigat, id est, remos agit.
Remus, est instrumentum quo nauis agitur: & lortum quod continet tubam, teste Seruio. Remi
giu, remos agitatio. Curtius: Remex militis officia turbabat. Hinc nominatiuum apud Se
renum etiam inuenies: nec uerere uti. Impetix. i. impetigo mentagraeque, ab impetendo, uel ab Remex
impetu: est fordatio corporis. f. scabies sicca & aspera &c. quia plura genera sunt. Cõiu Coniunx
gius: n habet nomen, teste Prisciano, quæ gtilis abijcit. Sunt qui nomen coniunx sine n ante x,
debere scribi contendunt. Sumunt etiam gis plurima græca, quæ gos etiam habere possunt, si
græce ueljs declinare: ut Sphinx sphingis uel gos, animal pilosum simile homini. Poetae Sphinx
dicunt fuisse monstrum habens faciem uirginis, pennas auis, pedes leonis: quod frans apud
Thebas in alto colle transeuntis interrogabat hoc ænigma: Quod animal est mane qua
drupes, meridie bipes, uespere tripes. Omnes nescientes id soluere necabat. Id postremum
Oedipus dissoluit, ostendens hoc animal esse hominem, quãobrem indignata sphinx se præ
cipitauit. Hinc omne solutum difficile, sphingis ænigma dicitur: & qui difficultia facile sol
uit appellatur oedipus. Phalanx, gis. i. exercitus & regula continens librâ uel lances, & ge Phalanx
nus aranei. Et phalanges etiam sunt digitorum internodia. Syrix. i. fistula & nympha in Syrix
arundine uersa, ut Ouidius fabulatur. Oryx, quoddam animal in desertis & præsertim Oryx
in Getulia, est ex caprarum genere, contrario uelutur pilo & ad caput uerso. Iapix, uer Iapix
tus quidam, cum in nostro utrobique iapigis. Iapix cum y græco in tertia, iapygis, uiri no Iapix
men: unde iapygia regio nomen habet. Strix, palus infernalis, & filia oceanus. Strix, gis, Strix
auis nocturna & importuna, græcum esse ostendit nominatiuum uel accusatiuum pluralis, Strix
striges habens es correptum. Strix, etiam mulier incãtrix quæ pueros fascinat. Et stri Phryx
ges Cale. dicit etiam esse uilia holera. Phryx gis. i. Troianus. Lelex, uiri & populi propri Lelex
um. Allobrox, populus Gallia, qui Sabaudienfis nunc dicitur. Biturix, alius populus Allobrox
Gallia. Ortyx. i. coturnix, uulgo quales dicitur, Dioryx, gis, fossa manufacta uel alue Biturix
us, teste Hermolao, in quartum Plinij: utitur hac uocula Mela Pomponius. Mastix, gis, pro Ortyx
flagello: ar pro gummi matichis facit assumpta aspiratione, ut Nebrissenfis docuit, osten Dioryx
dens idem fieri in Onyx onychis, & sardonix sardonichis. Meninx gis, cerebri panni Mastix
cula, & lotophagos terra, & ad quã diuertit Vlysses nympha. Sillius lib. 3. Spectatus mar Onyx
te Coaspes Neritia Meninge satus. Pompholyx gis. i. scoria. Hispanice atuta dicitur, te Meninx
ste Nebrissenfi. Iazyx gis, populus septentrionalis. Lynx, gis, auicula nomen. Aux augis, Pompholix
neotericum & barbarum eit, qui recte loquuntur, non augem, sed apsidem dicunt. Orgẽ Iazyx
toryx, uiri proprium ut Bcorix, Durnorix, Ambiorix, Vercingentorix, Exoredorix, & Lynx
plura tam propria quam appellatiua, apud Græcos genitiuos in gis faciunt. Aux

E per i mutabunt polysyllaba; quam retinebunt

Myrmex & uerueX, aquileX, haleXq;, refexq; ,

Atq; lelex, celex, tilis optat habere supellex.

Dic fenis, & noctis, niuis; actis paucula seruant,

Testis hylax; Solumq; briax formatur in axis.

Apex
Vertex
Vortex
Caudex
Podex
Codex
Nex
Myrmex
VerueX
Refex

Celex
Senex

Lodix

Nux

Piftrix

Crux

Trux

Præcox

Volunx

Bebryx

Syphax

¶ Polysyllaba in ex mutant e in i in genitiuo, ut remex remigis. Apex apicis, id est, rei summitas, ut apex literę, galeri &c. Apex scę. Apiculus ut apiculũ, paru^s apex. Vertex, mōtis aut capicis summitas. Vortex, cōtorta aquarum inuolutio. Caudex, truncus, siue prima pars arboris, cui radices adherent. Codex, idem: & liber uel tabula. Podex, id est, culus. Sic culeX, pulcx, cortex &c. Monosyllaba retinent e, ut lex, rex, Nex, id est, mors. Tulli. Insidiatori & latroni quę potest afferri iniusta nex. Pauca polysyllaba etiam retinent e, ut Myrmex, ecis, serui nomen apud Apuleium libro nono meta. VerueX, castitatus aries: bar bare muto dicitur. Iuena^s. Veruecis labra comedit. AquileX, gis. HaleX halectis. Refex i efecis, id est, subsidiarius palmes, ut apud Columell. libro quarto: Nam confitoor pampinarios quoque quum ē duro processerunt tempore anni sequentis acquirere faxcuditatem, ideo refecem summitti ut progenerare possit, uerum eiusmodi partum comperimus non tam ipsius refecis, q̄ materni esse muneris. Lelex, Ielegis. Celex celecis penultima longa, fluuij nomen: autor mihi Hermolaus in. 6. Plin. ca. 1. ¶ Supellex, duplex cremētũ habet, facitq; supellectil: olim nominariu^s erat hæc supellectil, teste Prisci. & hoc supellectile. Vnde dicunt mansisse plurale supellectilia. Senex fenis, p fenicis, quo usus est Plau. teste Prisciano. Nox noctis: Græci dicunt, nyx nyctos. ¶ Pauca Græca faciunt actis, ut Hylax hylactis, canis nomen. Astyanax, Hæctoris filius. Vergil. Puerum Astyanacta trahebat. Hipponax hipponactis, poetæ Græci nomen. Plin. libro tricesimo sexto: Hipponax indignatus. Ibidem: Hipponactis ætate poetæ. Bibrax bibractis, oppidum Gallię apud Casarem. Talia plura sunt apud Græcos. Vnum inuenio habere axis, briax briaxis, teste Nebrissenfi. Plinius libro. 36. A septentrione calauit briax. Dicitur etiam hic briaxis. Vnde est accusatiuus in im. In eodem, Scopax habuit æmulos Briaxim & Timotheum. ¶ Nomina in x producunt in gō penultimam, ut thorax, acis. Lodix, icis, terminatur ut radix, teste Prisciano: nec unq; lodex dicitur. Pollio teste Quintiliano, masculino genere hos lodices prulit, quę nemo secutus est ut idē ait. Errauit igit manifeste Alexander. Ferox, ocis, animosus, & atrox, id est, crudel. ¶ Corripiunt reliqua in ex: nisi uibex uibicis: & quę ē retinent quatuor hæc, myrmex, uerueX, haleX, celex. ¶ Item corripiunt fax, abax. Colax, paralitũ nomen, simlax, candax, mulieris & regionis nomen, dropax, athax, anthrax, thorax uel thyrax, onyx, sardonys, mastix, pix. Pharnax, uiri nomē: illix, phœnix, calix, coxendix. Histrix, id est, erici^s fœminini generis, licet Torrentinus masculinis annumeret, cilix, uarix, eryx, Nux, arbor & fructus habens durum operimentum. Iuena^s. Annosam si forte nucem deiecerit Eurus. Nucula, parua nux. Nucleus, mole in nucē quod comeditur. Filix, herba quadam. Piftrix, tam p belua marina, & calesij signo, q̄ pro muliere piscēue: melius produci ostendim^{us} in arte uerificatoria. Nex necis, Nix niuis, olim ninguis gr̄is erat. Apul. in Hermagora: Aspera hyems erat, omnia ningue canebant. Crux crucis. i. p̄na. Cruciare est p̄na afficere. Dux ducis, sic redux irredux, tradux. Trux. i. crudel. Salix, arbor. Præcox, ante tempus maturus. Celox, Natrix, p serpente solum. Cappadox, populi nomen. Volunx, uiri, pprium, teste Priscia. Apud Siliũ li. 3. Occūbis gnose Volunx: uideo sic desinere ut deūX. Bebryx, ppli nomē, & Syphax uiri pprium, genitiui penultimam uariant. Omnia in arte uerificatoria patent.

17 **Tertius i prabet; Quartus fit in em tibi casus.**

Datius fit in i. accūs in em, ut huic pani, hunc panem. Datus græcus aliqñ corripit.
Papinius: Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum Forte diem. De hoc plura dixi in
uerificatoria.

Crescentem Græci per a quartum sæpe dedere.

Nomina græca crescentia, accñ similiter crescentem sæpe in a faciunt, ut Pan, panos,
pana. Non autem à Pan panem dicere, nec à delphin delphinem, sed potius delphina, sic
pæana à pæan. Cicero etiam pæanem dixit. Lichen lichena, dæmon dæmona. Baptista ab
Dauid Dauida fecit accñ, siren sirena, aer aera, crater cratera, martyr martyra, Hæctora,
Castora, Nestora, giganta, arcada, Pallada, magna, Thaida, Laida, pyxida, Simoenta,
Pyroenta, heroa, amathunta, Oedipoda, Chremeta, lalapa, siringa, thoraca, æthera & c.
quorum pleraq; accñ etiam per em finire inueniunt, ut Chremetem, Dareta uel Daretē,
uel (quia aliquando non crescñt) Chremem, Darem: & more græco per n litteram Daren,
ut Moysen. Etheoclea, Diomedea, empedoclea, poti⁹ sunt à nominatiuis in eus q̄ à nomi
natiuis in es: quia (ut dixi) quædam sine discrimine reperiunt in eus per secundam, uel in
es per tertia desinere: ut Vlysteus, unde gr̄us est Vlystei: uel Vlystes, unde ē gr̄us Vlystis. Di
omedes facit etiam accñ abltō similem, Diomede, more græco, teste Seruio. Verg. ii. æ ne
idos: Vidimus o ciues Diomede Argiuq; castra. In hunc uersum super hac re multa dicit
Seruius. Martialis: Pallada prætereo res agit illa tuas. Vergili. Volat illa per aera magnū.
Nolo testimonis notissimis immorari. Accūs ytitur aliqñ in ntm primæ, fœ. gen. ut hæc
hebdomas, hanc hebdomada: hæc hebdomada dæ. Sic æthera, lampada, cratera. Plautus:
Tene hanc lampadam. Apulei. Prima cratera ad litim pertinet, secunda ad hilaritatem,
tertia ad uoluptatem, quarta ad infaniam. Nolito primus familia efficere.

Im dat uis, cucumis, ravis, tussis, sitis, atq;**Plurima græca, quibus rectus fit in is: sed & in dant.**

Pauca nomina habet solum im, ut uim, cucumim. Ravis rauim. i. raucitas uel rauedo.
Plaut. in Aul. Huccine derulsisti me ad senem parcissimū, ubi si quid poscamus, ad rauim
poscamus prius q̄ detur. Tussis tussim, hoest, hæc si continue uexer à Seneca pertussis uo-
cat. Tussire, tussim emittere: Tussilago, herba quæ tussim sedat. Plini. Tussilago ubi na-
scitur subesse aquas credunt: hoc habent signum aquileges, olent. Sitis, id est, bibendi
desiderio. Sitis sitis, cupio bibere. Sitibūdus, multum sitiens. Sitis capitur pro uehemē-
ti desiderio, ut sitis habēdi. Im quoq; habet plurima græca, quæ etiam per n litteram in
faciunt. Solum autem nomen in is desinens, potest accm tacere per im uel in. Sed & hoc
addē, accm per im uel in, nunq̄ crescere. licet gr̄us aliquando crescat: ut Araris, nomē flu-
uij, accō ararim. Arar aut ararem uel arara facere debet. Sed in usu solum ararim ab ara-
ris, Verg. Aut Ararim Parthas bibet, aut Germania Tigrim. Alexis alexim, uel alexin.
Sic propria uirorum multa, ut Daphnis, Paris, Adonis. Quædam nomina mulierum: ut
Isis, Chrysis, Mylis. Quædam nomina fluiuiorū, ut Phasis, Tigris uel Tiberis, Albis: sed Ior-
danis em solū facit. Quædam deorū dearumq; ut Apis, Busiris, Ofiris, Isis, Nemesis. Quæ-
dam figuræ, ut imelis, prolepis, sylleptis & c. Plurima appellatiua: ut magydaris uel ma-
gydaris, herba quædam, scilicet Iasper pitu uel Iasper pitu succus, teste Plinio. Charybdis,
Iocus maris inter Italiam & Siciliam periculo sissimus. Phthysis, pulmonis exulceratio:
phthysicus phthysi laborans. Pleuretis aut pleuretis, morb⁹ lateris acur⁹ cum febris & tuf-
si. Pleuretici, qui pleuresi laborat. Diacecis gubernatio uel regimen. Pōlis. i. urbs. Hinc
tripolis, oppidū uel regiuncula tres ciuitates sub se habens. Metropolis, præcipuum regio-
nis oppidum, quasi mater oppidorū. Decapolis, regio decem ciuitati. Syrtis, cum multis

Rauis.
Tussis
Pertussis

Sitis.

Arar

Magydaris
Charybdis
Phthysis
Pleuretis
Diacecis
Metropolis
Decapolis

DE NOMINVM RECTA DECLINA.

Eclipsis, Iris Hypocrisis Mephitis Amuffis Opis	<p>declarator est. Eclipsis, defectus. Iris, arcus celestis. Hypocrisis, simulatio uel fictio: hypocrisis, simulator. Erynnis, infernalis furia. Tigris tam pro animali q̄ pro fluuio. Mephitis terræ putor. Amuffis, fabricorum regula ad dirigenda ligna uel saxa. Sic multa alia, ueluti quoz̄ gr̄is exit in ios uel eos: inter quæ plura iam dicta connumerantur cum genesis, heretis, poelis, lyntaxis &c. Op̄is nymphæ nomen op̄im facit: at Op̄s pro Saturni uxore op̄e facere debet. Vergil. in. in. Aeneid. Velocem interea superis ē sedibus Op̄im. Quid. Et stetit madidis Ibin adite genis. Ver. Daphnin ad astra ferem⁹, amauit nos quoq; Daphnis. Ouis. Irin ad Herfiliam descendere limite curuo. Item: Acin amas præfersq; meis amplexibus Acin. Acis, uiri & fluuij nomen. Sic hæresis facit per n hæresin apud diuum Cyprianū. Sic Tethys Tethyn &c. Multa eoz̄ quæ dis in gr̄o habent, faciunt acc̄m crescentem in da uel in dem, & acc̄m sine crescentia in im uel in. Admodū diligenter doctissimoz̄ usus in hac re imitandus est potius q̄ grammaticoz̄ ratiuncule: ut enim Daphnida raro inuenimus, ita (quantum notare potui) nunq̄ thain, lam reperies, sed semper thaida, laida, quod forte ideo contingit, quæ quædam nomina in is faciunt gr̄m similem nro, uel in dis, hinc uolunt esse acc̄m in dem uel in da: illinc uero uel im uel in. Thais aut̄ & lais cum pluribus faciunt gr̄m semper in dis, ergo etiam acc̄m semper in da uel dem. Ita quidam ratiocinantur. Paris itaq; huius paris, huc parim uel parin: aut huius paridis, hunc paridem uel parida. Sic Eupolis, proprium uiri. Aulis, oppidi & portus nomen, & alia innumera.</p>
Acis	
Eupolis Aulis	

Em dat & im buris, peluis, cum clauē securis,

Et puppis, turris, restis, sic febris, aqualis.

Sic pestis, nauis, torquis, coniunge bipennim.

Buris

Peluis
Clauis

Securis
Puppis

Pallas
Colchis
Thebais

Quædam habent em uel im, ut buris & peluis, teste Sulpitio, rectius habent im, ut peluim, burim. Buris, est atrari cauda, quæ etiam bura dicitur. Verg. lib. 1. Georgi. Continuo in syluis magna ut flexa domatur In burim. Varro lib. 1. de re rust. Et sape fracta bura relinquunt uomeris in aruo. Buris, etiam est Achaia: oppidum: & sic acc̄s est burim uel burin. Ouid. 15. meta. Si quarant helicen & burin achaidas urbes. Etiam est proprium uiri, & similiter facit. Peluis, uas in quo perluimus. i. lauamus. Clauis, clauim uel clauem, teste Sergio (licet Donatus dicat solum per tertiam uocalem clauim habere) quia facit abltm̄ tam in e q̄ in i, ut nauis & puppis: quæ Donatus similiter solum im habere dicit, Sergius etiã em. Securis, terramenti quo secamus. Securicula, parua securis. Securus a, um, intrepidus, sine cura. Puppis, ultima pars nauis: & pro nauī capitur. Pestis additur à doctissimo nostro Iodoco Badio. Sæpius pestem q̄ pestim dicimus. i. pestilentia. Bipennis, securis utrinq; scindens, bipennim uel bipennem, teste Sulpitio. Febris, teste eodem cum Nebris sensu. Aqualis. Plaut. Datin isti sedem ut assideat cito, & aqualim cum aqua? Torquis torquim & torquem, torques aut̄ torquem solum. ¶ Neutra per gnalem regulam noscunt, ut acc̄ hoc corpus, hoc animal &c. ¶ Vocatiuus nro similis est, ut homo, per regulam: Est primo quintus similis. Ex græcis multa in s terminata, in utō abijciunt literam s, ut Pallas, pallantis, o palla, Euantri filius. Verg. Non hæc o Palla dederas promissa parenti. Pallas palladis. i. Minerua, o palla. Achilles, o Achille. Sic o Vlysse, o Chreme, o Herme. Aliquando seruaturs, Iohannes &c. Melampus o melampu. Paris o pari, Colchis o colchi, quæ est ex regione Colchorum, ut Medea fuit colchis, genitiuus est colchidis, ut Thebais idis, o thebai, mulier Thebana, & regio Aegypti, & opus Papij de rebus Thebanoz̄. Sic Amaryllis o Amarylli, Phyllis o Phylli, Myssis o Myli, Meris o Meri, Tiphys o Tiphy, Arys o Aty, Adonis o Adoni, Alexis o Alexi, & similia hominum propria. Sic o tibri, o phasi, o tanai &c. Aliquãdo retinet s, o pari uel o paris &c. Ouid. Quam cuperes patria colchi manere domo. Idem. Tempus Arla ueniet. Idem. Qua merui culpa fieri tibi uilis Achilles; Terent. Quid dixit Chreme; Papij tertio Thebaid. Illum uenerandæ Melæ

Qui cadit agnosco. Quidius: Qui sapiant oculos an paris unus habes? Vnus, pro solus eleganter hic sumitur. ¶ Nunc ablatiuum enucleemus, qui uel in e definit, uel in i, uel in e & in i.

Sextus e donabit, ceu pauper, sospes, & hospes.

Mobilibus reliquis e uel i dabo: plus cape pluri,

Quod si sit neutrum per e, tantum sextus in i fit,

Vt dulcis dulci, per e dat quandoq; poeta.

Ablatiuum in e definit, ut uesper uespere, lux luce, tempus tempore, rus rure, Vesper, luci, tempori uenio, aduerbia sunt non ablatiu. Item sacerdos sacerdote, nunquam sacerdoti, ut cultos custode, autor Diomedes. In Donato mendose legitur ab hoc & ab hac sacerdoti uel sacerdoti, pauper paupere, sospes sospite, Pauper & sospes adiectiua sunt, propter qua pono regulam generalem, qua est prima exceptio a praedicta regula: Omnia adiectiua (praeter pauper & sospes) faciunt ablatiuum in e uel in i, ut degenerare uel i, hu- bere uel i, &c. nisi neutrum habuerint per e, tunc enim ablatiuum solum in i mittunt, ut hic & haec dulcis, fortis, mitis, & hoc dulce, forte, mite: ablatiuo dulci, forti, miti. Hic campester, haec capesitis, hoc campestre, ablatio campestri, sic similia. Poeta in metri causa quandoq; e pro i ponunt. Quid. is. meta. Finem specie caeleste refumpta luctibus imposuit. Idem in Fast. Amne perenne late Anna perenna uocor. Idem in epistola Parid. Hoc mihi (nam recolo) fore ut a caeleste sagitta Figar, erat ue: uaticinata foror. Alibi bimestre, p bimestri posuit, q oia notada non imitanda sunt, nisi parce in carmine a doctissimo, q is fuit Quidi. ut illud quoq; apud Vergiliu. e. Aeneid. Gaudet cognomine terra, pro cognomini a cognominis. i. eiusdem nominis, autor Seruius. Redeo nunc ad priorem partem regulae adiectiuoꝝ, in qua probandum mihi est, quaedam e & i habere, qua plurimi e tantum habere putauerunt. Lucan. Si me degeneri strauissent fata sub hoste. Tacit: Prece haud degeneri mot^o alleuat supplicem. Seneca: Et omne quicquid huberi cingit solo: yfus est iambic^o trimeter, inepr^o nisi huberi legatur. Suetonius in Claudio: Admonebat ut huberi uineay: prouentu bene dolia picarent. Psalmographus: Adhuc multiplicabunt in senecta huberi. Iuuenal. Intrabat ueteri calidū centone lupanar. Papini. ii. Thebaidos: Veteri stat fordida rabo utraq; canities. Cicero apud Priscia. Ex familia ueteri & illustri. Suetonius in Tito: Ex licentia ueteri. Sic alij plurimi nunc uetere nunc ueteri dixerunt. Papini. libro primo Achill. Qualiter artifice iunctura pollice cera accipiunt formas. Iuuenal. Constat leuiori belua sumptu. Lucan. in septimo, Vixq; reuulsa solo maiori pondere pressum, Signiferi misere caput. Memor, melius memori qua memore facit, quia olim teste Prisciano, dicebant hic & haec memoris & hoc memore. Sic adiectiua in as sapi^o habent i, quia olim etiam desinebant in is & in e, nunc aquinas nostras & cetera. olim aquinatis, nostratis, aquinate, nostrate: ergo hic haec hoc arpinas, aquinas, nostras, uestras, curias, fidenas & cetera, ablatiuo arpinati, & aliquando etiam arpinate & cetera. teste Prisciano. Sed ablatiuum arpinate, aquinate, adeo poeticus est, ut Philadelphus in prima epistola lib. 10. carpsit Leodrisium Cribellum, q Tollēinate in ablatiuo scripserat, nescio an satis iuste, nam apud Liuium frequenter reperio in agro Antiate, Pruernate &c. Arcas arcade solum facit, quia substantiuum est, ut ultrix, uictrix, lorrix &c. Ultrix tamen & uictrix in obliquis sumuntur quandoq; adiectiue, & sic habent ultrice uel uictrici, uictrice uel uictrici. per adiectiuoꝝ regulam. Quid, uictima qua cecidit dextra uictrice uocatur. Hostibus a domitis hostia nomen habet. Lucan. In sua uictrici conuersum uiscera dextra. Diuite uel diuiti, terete uel tereti, prudente uel prudenti &c. Dis adiectiuum diti tatum, ga neutru^m facit dite. Dis pro plutone, solum dite. ¶ Notandum est Seruij & Prisciani regula: Substantiua adiectiuis penitus similia, seruant e tm, ut Iuuenalis, Martialis, felix, clemes,

Caeste.
Perenne.

Degeneri
Huberi

Veteri.

Artifici
Leuiori
Maiori
Memori

Arpinas.

Uictrici
Ultrici

Annale uel
annali
Riuale uel
riuiali
Rudis.

Volucris.

Plus.

Confinis
Affinis
Familiaris.

Sodalis

laterensis, salutaris, & similia uirorum propria. Martial. Cum Iuuenale meo quid me cō
mittere tentas. Cicero pro Planco: Confitetur in laterense summa ornamenta esse. Idem
est de appellatiuis, quos; tamen quaedam (quia ab adiectiuorum natura non penitus desi
ciunt) inueniuntur etiam habere i, ut annalis annale. Cicero apud Priscian: Annale fa
ctum probari potest. Vel annali: Celsi lib. 7. Locū istum totum huc ex Pisonis annali tras
posuimus. Eodem abltō Gellius persape utitur. Sic riualis riuale uel riuali. Ouid. in. 2. de
remedio: Tu quoq; qui quondam nimum riuale dolebas, Vellem desineres hostis habere
loco. Horat. in arte: Quin sine riuali teq; & tua solus amares. Rudis adiectiuum, rudi tan
tum. Rudis substantiuum, rude tm: & est uirga qua donatur gladiator emeritus, & capitur
pro libertate. Ouid. Me quoq; donari iam rude tempus erat. Rudiarius, rude donat. Itē
rudis, est uirga qua aliquid agitur in igne, uel qua batuitur lana & cæt. Diminutiuum
est rudicula. Caro: Igni bene coquito, rudicula agitato. Plini. libr. 20. Non est opus in hoc
usu lanas rudiculis esse curaras. Volucris adiectiuū, id est, uelox, uolucris facit. Volucris sub
stantiuum, id est auis, uolucres. Ieremie cap. 5. A uolucres caeli usq; ad pecora transmigra
uerunt & recesserunt. Ea in quib; substantiuū certum ilico intelligit, uix e poterunt habe
re. Itaque molaris molaris solum. Sic natalis, auricularis, ædilis, consularis & cætera. Dio
medes ait: Substantiua ex adiectiuis licet e tantum habeant in ablatiuo, tamen retinent
um in genitiuo plurali. Plus pluri tantum, teste Prisciano: sed in singulari uix unquam
etiam in obliquis adiectiue ponitur, licet pluri inueniatur. Cōposita in ablatiuis
non sequuntur simplicium regulam, quia misericors, tricuspis, inops, & similia adiecti
ua i uel e seruat, cum simplicia solum faciant e. Confinis & affinis i tantum, ut dulcis. Af
finis etiam affini inuenitur facere, ubi substantiue sumitur, ut familiaris. Cicero in. 1. de
oratore: Queret a Caio affini nostro. In eodem: A familiari meo. Idem sodali abltm simi
liter profert: nam adiectiui naturam non omnino perdidit, licet neutrum per e non ha
beat. Cicero in. 2. de orato. In accusando sodali meo. Ibidem: Pro meo sodali. Sodalis, est
eiusdem collegij homo, & in reb; leutorib; socius, quasi simul edalis. Hinc sodalitas, id est,
collegium multorum, seu conuiuium.

Al, uel ar, i neutrīs tantum dat, sicut e: præter

Sal, iubar, & nect̄ar, far, hepar; ait mare uates.

Nomina neutri generis in al uel in ar uel in e desinentia, faciunt abltm tantum in i, ut
animal animal, torcular torculari, cubile cubili, montile montili. Tollunt sal sale, qd me
lius masculine poni docuimus. Iubar iubare, nect̄ar nect̄are, far farre, hepar hepate, gau
sape ab hoc gauſape, ideo facit, quia Mancinē. negat hoc in singulari declinari cum præ
ſepe & præſeste, ideo nec hæc abltm in i faciūt. Soracte, montis nomē, ſoracte facit à nō
ſoractes. Plini. Quod fit ad montem Soractē. Et præſeste si declinet, præſesti faciet. teste
Torrentino. Præſeste erit à nō præſestis. Sic præſepe à præſepi. unde præſepia: sed abla
tiuis præſepe, à nō præſepis est, & est locus clauſus ne pecora exeāt à præſepio, id est mu
nio. Gauſape uel gauſapū, pannus quo menſa ſternitur, & ueſtimentum militare, & pan
nus uilloſus, qui pro lecto in caſtris ſternit. Dicit etiam hic gauſapes, hinc dicunt manſiſſe
ablatiui gauſape. Horat. Gauſape purpureo menſam præter ſit. Plurale apud Perſiū à gau
ſapum est: ſam lutea gauſapa captis &c. Caſſ. ad Meccē. Gauſape purpureo ſalutaſ. Rete
rerī, ut cubile, qd ſatis indicat plurale retia: abltūs autē rete à nō minus uſitato retis maſ
ge. Plaut. in Trucu. Non uidet proferre me uuidum retem. Ibidē: Ut diſiſſi retem atq; ha
num. Hinc in uſu abltūs rete manſit. Ouid. 5. Faſtoꝝ: Cur tibi pro Libyēis claudunt rete le
ænis Imbelles capræ ſolicitūq; lepus: Suetoni. in Nerone: Piſcatus eſt rete aurato. A re
te fit reticulum, id eſt, paruum rete, & tegmen capitis in modum retis quod capillos con
tinet. item ſacculus quo uiatores denarios & panem geſtant, alio nomine funda, Retia-

Soractes

Præſepe
Gauſape

Rete
Retis

culum, id est, rete, Retiolium, reticulum, tegmen capitis. Cape, huc non pertinet, quia indeclinabile est, teste Prisciano, est herba notissima. Poetae quandoque pro i ponunt, ut ab hoc mare pro mari & cetera. Id notandum magis quam imitandum est. Ovidius: Exiguam pleno de mare demat aquam. Plautus in rudente: Dicant in mare communi captos.

Mensibus i tantum est, ut quis dat quartus, in, im' ue.

Sextus e donat & i, quum quartus in em uel in im fit.

Nomina mensum fiunt in i, ut aprilis, quintilis, sextilis, septembri, octobri, nouembri, decembri. Simplex tamen habet e uel i, ut patebit. Nomina in is, quorum accusatiuus solum in im uel in definit, faciunt ablatiuum in i solum: ut mephiri, hæresi, genesi, nea poli, poesi, amussi, gummi à gummis. Vide genera: ui, siti, tussi & cetera. Quæ uero habent em uel a, & im uel in, habent i uel e, sed ablatiuus in e gentiuum crescentiam sequitur, non ablatiuus in i, ut febrī uel febre, turri uel turri & cetera, Tethys tethym tethy, at tethya accusatiuus in perihegesi Dionysij tethye facit. Rufus in arato: Abditur alta Tethye & occidui regitur padus a quore ponti. Thetis, mater Achillis à theti uel thetide, Fabi. Qui ex thetide natus esset. Sic à Pari uel paride, Ibi uel ibide, Ipsi uel ipide, Tigri uel tigride. Lucanus libro. 10. Flammi & tigride facta. Ouid. Defenditur egide pectus. Idem: Illius ambages imitatus in Ibi dicar. Cicero ad Tyronem: Nuntiauit te plane febrī carere. Aquali uel aqualē & ē. Iuuenal. Atque una portarum clauē tueri. Ver. in Moreto: Et re ferat clauā quæ præuidet ostia clauī. Terent. in And. Naui fracta apud Andrum. Bipenni uel bipenne, teste etiam Phoca.

Fini
Fusti

I uel e dant finis, fustis, pugil, & uigil, imber,

Vnguis, auis, postis, uectis, cum nepte, supellex,

Atque tridens, classis, cum ciuis, & amnis & ignis,

Sic anguis, strigilis strigili, uix strigile dicam.

Nomina hic posita habente uel i, sed sæpius e: ideo de i afferam testimonia. Gel. lib. 7. cap. 3. Ea fini facere nolle aliquid. Idem libro. 10. Hac fini hominem dimisit. Sic idē & alij sæpius. Corne. Tacitus: Fusti caput eius affixit. Apul. 4. Mer. Paratus non fuisse tm̄, sed ma chara percussus occumbere. De pugili testis est Nebrissenis cum pluribus. Iuu. Præterea lateris uigili cum febre dolorem. Papin. Proscit hic artus imbris uentoque rigentes. De e. Idem: Lacera ora putresque sanguineo uidet imbre genas. Hora. in epistola: Luctantis acuto ne fecer ungui. Idem. 1. carmin. Fata mala ducis aui domum. Ouidius. 5. Meta. Raptoque de dextro robusta repagula postis. Terentius in Eunucho. In medium huc agmen cū uecti. Neptis, teste Prisciano, nepte uel nepri facit. In .ff. titulus est de supellectili legata. Vergilius secundo Aeneid. Neprunus muros magnoque emota tridentis fundamenta quatit. Seruus air. Noue & affectate dictum tridentis pro tridente. Ibidem uult Seruius, Participia si nomina fiant, solum e habere, ut ab amante uini, non amanti. Idem. 7. Aeneidos. Aduectum Aeneam classi uictosque penates, reliqui classe dicunt. Cicero apud Priscianum, Ciuis cui egeret. Idem. In principe ciui non est satis. Vergil. in Georgi. Prono rapit alueus amni. Idem quarto Aeneid. Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni. Horatius in episto. Alter Milesi textam cane peius & angui Vitabat chlamydem, Strigilis, Nebrissenis dicit habere strigile uel strigili. Sulpitius & Priscianus strigili tantum habere afferunt. Horatius secundo sermon. Qui puer uuam lurtiua mutat strigili. Strigilis, est instrumentum quo abraduntur sudores, siue hominum in balneis, siue iumentorum in

Strigilis

Tridens
Classis

stabilis. Dicitur à fringendo, id est, radendo sordes. Canalis, ablatiuus eius in i ferme de-
sinit, canali, uerum à neutro canale esse putat. Tridens, ideoque Neptuni trisulcū. Classis,
est nauū multitudo. Raro pro unica naui capit. Plura significat metaphoricis, quibus su-
perfedo. Quis & sanguis puto e tantum habere. Mugil uel mugilis facit ablatiuum etiā
mugili, quia in Plin. libro. 9. cap. 17. titulus est de mugili & alijs piscibus. Idem lib. 19. cap.
2. per tertiam uocalem ait, praferunt e cannabi funes. Persius dicit cannabe, per secun-
dam uocalem. Forsan apud Plinium mendum est.

14 DE PLURALI TERTIAE NUMERO.

Rectus in es fiet pluralis, iungito quartum,

Nominatiuus pluralis, cui uocatiuus similis est cum accusatiuus, in es desinit, ut hi &
hos & o homines. Fit autem hic casus à genitiuo singulari, mutado is uel os in es, ut ibis
ibidis, ibides: ibis huius ibis ibes: tigridis, tigrides: tigris tigris, in quibus autorum usus
caute inspicendus est. Plin. libro. 10. Inuocant & Aegypti ibes suas contra serpentium
aduentum Erinnyes Erinnyos, facit Erinnyes, ut Libys, libyos, libyes, id est, libyci: meta-
morphoseos, metamorphosees &c. Propert. lib. 2. Tum me uel tragicæ uexeris erinnyes.
Quādoque erinnes per syncopam legitur, teste Tortellio. Sallustius in Iugurthino: Aphri-
cam in initio habuere Getuli & libyes. Hier. in biblijs: Peria Aethiopes & Libyes cum eis
omnes scutati & galeati.

Quum genitiuus ium dat, quartus in eis quoque fiet,

Trallis & sardis es spernunt; Quartus in as fit

Dum per a quartus erat, ceu daemona atque gigantas.

Trallis
Sardis

Nomina, quorum genitiuus pluralis in ium desinit, faciunt pleraque accusatiuum per
eis: ut partes partium, has partes uel parteis. Sic tris, ois, acris, felcis, artis, &c. Veteres eū
accusatiuum per eis cum ei diphthongo scribebant, id neotericorum doctissimi Policia-
nus & Aldus in omnibus ferme scriptis suis obseruauerunt: ut Parteis, treis, acreis, ubi ei
scribitur & profertur i longum, ita ut e uix audiat. Male Alexander credit id ueterib⁹
tantum licere, quum nulli non liceat si apte utatur. Nec idem fecerunt ueteres in nomi-
natiuo uocatiuoque, ut idē male dixit, Exceptis oppidoque noibus sardis & trallis, quae in es nō
pōt desinere. Item syrtis, gadis, alpis, teste Prisciano, etiam in nominatiuis melius in is quā
in es desinunt. Hieronymus in Eusebio: Trallis terremoto conciderunt. Horatius. 1. epi-
sto. Quid Crassi regia Sardis. Vergilius: Tris notus abreptas in saxa latentia torquet.
Hic Seruius ponit regulam à nobis iam declaratam. Idem: Et formosus oueis ad flumina
pauit Adonis. Sallustius: Omneis homines qui se student praestare caeteris animanti-
bus summa ope niti decet. Catullus: Et acreis solet incitare morsus. ¶ Quartus in as fit
&c. Quando accusatiuus singularis in a desinit, accusatiuus pluralis etiam in as termina-
ri potest, ut hanc lampada, has lampades uel lampadas. Sic daemones uel daemona &c.
Vergilius: Crateras magnos itatuunt ac uina coronant. Ouidius: Pyxidas inuenies &
rerum mille colores, Et fluere in tepidos, celsa lapsa sinus. Papinius: Nebridas & fra-
giles thyrsos portare putastis. Sic heroas, lyncas, arcadas, delphinas, sirenas, tripodas &
caetera. Nihil de neutris locuti sumus. Nam per regulam generalem habent à in nomi-
natiuo & uocatiuo: & alia quidem habent ia, alia non, ut animalia, corpora. De his
pauca afferam.

Quod dedit i sexto (nisi comparat) hoc ia ponit,

Atq; inopem, memorem, consortem iungito, & ortum
A capio, diues quibus additur, Vm dat e tantum.

Excipiuntur à dicta regula, quædam um solum habentia, licet in ablatiuo habuerint i, ut uigil uigilum, supplex supplicum &c. Et quedam horum um putatur habere distretæ causa, propter nomina neutri generis in ium desinentia, qualia sunt supplicium, opificium, artificium, consortium, mancipium, municipium, sic principium, participium, sacerdotium &c. Supplex. i. supplicans & humiliter rogans. Supplices libelli, sunt qui principi offeruntur, quum subditi aliquid rogant: uulgus supplicationes uocat: Supplicium, pœna. Supplicia aliquando supplicationes significat. Opifex, operis effector. ¶ Comparatiua, ut melior meliorum, fortior fortiorum. Plus tamen solum plurium facit. ¶ Comparatiua, ut melior plurum, plura plurium. Ego plurum nusq; legi. Artifex artificiosus. Plin. Vir tam artificis ingenij. Capitur etiam substantiue. Plaut. Plus artificum mihi est q; rebar. Artificium, est quod uulgo officium dicitur, ut quod artificium pater tuus exercet? Inops, uehementer egens. Inopia, magna egestas. Consort. i. particeps: Consortium. i. societas uel participatio. Exors. i. non particeps, aut non cõsors, & idem est quod expers, hoc ium habet, nisi uersus gratia fiat syncopa. Composita à capio faciunt um tantum, ut particeps participum, sic municeps &c. ¶ A capite uero adiectiua faciunt um, nisi fiat syncopa, ut anceps ancipitium, uel per syncopam ancipitum &c. docet hoc Priscianus. Diues diuitum. Sic uolunt similia habere, hebes hebetum, quæ ium habere arbitror, & per syncopam um: ut locuples locupletum. Cicero lib. 7. ad Atticum: Fore moderationem in pecunijs locupletum. Sic apud eundem sapius, uel per syncopam locupletum. Idem lib. 8. ad eundem: Propediem uideo bonorum, id est lautorum & locupletum urbem refertam fore. ¶ Excipit Alexander etiam complex complicum, quo Latini uix unq; usi sunt quantum notare potui. Inuenitur tamen apud Prudentium non adeo pœnitendum poëtam: Fert opera ingenij de femine complicitis hydri. Et significat complicatum & socium in malis. Degener & huber, licet in ablatiuo nonnunq; i habeant, nunq; tamen inueni habere ium.

Vm dat e tantum.

Nomina habentia e tantum in ablatiuo singulari, habebunt um solum in genitiuo plurali, ut pauper pauperum: sic impuber impuberum, quia licet aliquando adiectiue in singulari sumatur, tamen impuberi per i, in ablatiuo non reperi. Itaq; um solum habent dogma dogmatum &c. homo hominum &c. Lac plurali caret. Hæc dicunt hæcicum facere: ego genitiuum ab hæc nullum inueni. neq; a iol, licet soles & solibus lecta sint, uolunt solium debere facere. Exul exulū. Sic consul, præsul, acarnan, siren, delphin, canon, huber, cæsar, agger, pater, martyr, fur, turtur, præes, pes, sacerdos, dux &c. Fex, crux, mel, fel, genitiuo plurali carent. Laus laudum, fraus fraudum. Sidonius tamen laudium dixit in carmine de laudibus Narbonis: Nam quod carmine pro tuo rependo hoc centesima laudium tuarum est. Sic fraus fraudum in Apuleio facit in 5. Meta. Distinctis gladijs fraudum. Sic idē sæpe. Aliquot exceptiones sunt ab hac regula, quarum prima est: Palus paludum. Plinius tamen ni mendum sit paludium dixit lib. 2. ca. 70. Mensura tot fluminum tantarum paludium. Et Mela: Et limo concretarum paludium. Fornax fornacum apud Plin. 35. cap. 14. Apud eundem tamen fornacium bis aut ter inueni. ut lib. 34. cap. 10. & alibi. Venter uentrum. Solinus: Tenua uentrum. Crus crurum apud Vergilium. Seneca tamē, nisi mendum sit, crurum dixit epi. 65. Nesciebant crurum uincula. Et de tranquillitate uite: Impedita crurium. Iusti. 15. Murum à mus, per duas syllabas dixit, nisi mendum sit: Propter rana-rum murumq; multitudinem. At Plinius per tres syllabas murium, libro octauo capite uicesimo septimo. Mustela rura in murium uenatu cum ijs dimicatione conferta. Idem à sus genitiuum dissyllabum, suum, semper facit, ut lib. decimo septimo ca. 9. Spurcissus ium

Supplex

Opifex
Plus
ArtifexInops
Consort
Exors

Complex

Iaudant. Et libr. 24. cap. 10. Contra morbos suum boumꝑ. Lapsus in Halicar. suum dixit, sed Plinio hærendum est.

As dat ium latiale; magis polysyllaba dant um.

Nomen latinum in as desinens, facit genitiuum pluralem in ium, ut mas marium, uas uadii, as astium, ciuitas ciuitatium apud Liuium, teste Prisciano, Polysyllaba melius per syncopam efferruntur, tam in prosa q̄ in carmine, ut bonitarum, Optimas, quod pluraliter sapius reperitur, non male optimatium facit. Suetoni. in Cæsare. Optimarium partibus, dixit omnino in principio, & postea sepiissime, Cælius Ciceroni libr. 3. epistolarum: Si te uoces optimatium comouent. Dixi latinum, quia græca solum um faciunt, ut Arcas arcadum, Atlas atlantum, sic gigas.

Donat ium famnis, lynter, caro, dos, uter, os, os,
 Glis, faux, nix, nox, cor, lis, cos, quodq; uncia donat.
 S quoq; non crescens, uelut ns, iunge quiritem,
 Excipis inde canis, iuuenis, panis, uolucrisq;
 Et uates, proles, soboles forte, indole iuncto.
 Donat ium cum mure cohors, monosyllaba iunge,
 Consona bina tenet si finis, finge priorem
 Tantum plurali numerum, signato figuras.

Ium habent famnis famnitium, & apud Sillium per syncopam famnitium. Lynter lynthrium. Cor. Tacitus: Adiecta ingens lynthrium uis. Caro carmium, dos dotium. Titulus est in iure de iure dotium: sic cos corium uolunt habere, licet testimonium iam non occurrat. Uter utrium, teste Martiano Capella. Sallusti. in lug. Magna uis utrium effecta est. Os ossium, & os orium, apud Plinium. Glis glirium, faux faucium, ntm̄ singularē ponit Priscian. Nix niuium, nox noxium, cor cordiū, lis litium. Sic composita ab uncia, ut septunx septuncium. Et nomina in es uel in is nō crescentia in gto singulari, ut sedes sedium, mēsis mensium &c. Præter canis, panis, iuuenis, uolucris substantiue captum, & uates uatū, proles prolium, teste Martiano capella, qui etiam dicit Hercules Herculiū. Item soboles soboliū, indoles indolum, si pluraliter legantur, ideo dixi forte. Addūt aliqui fruges frugū, sed hic gtr̄s uidet mihi eē potius à frux. Hæresis hæresum, & hoc per syncopam est, quia rectus gtr̄s est hæreseon, ut genefeon, metamorphoseon &c. Apes apium, sed hoc quoq; per syncopam est, quia regularis gtr̄s est apium. Iuuenalis satyra. 12. Examenq; apium lōga contederit uua, boetius: Dulcior est apium labor. Plura syncopam patiunt, ut sedum pro sedium. Cic. pro Sex. Vestrae sedū templorumq; causa. Ouidi. 3. Fast. Cum tua sint cedatq; tibi confinia mēsum. i. mensium. Silli. lib. 1. Turbine mox sauo uenitum haud inscia cladum. pro cladium. Idem lib. 4. Exoritur rabies cadum ac uix tela furori Sufficit, pro cadum. Sic plura leges tibi non statim imitāda. Neptis sine dubio neptium facit. Tranquilus in Augusto: Si cuiusquam neptium suarum competeret ætas. Habent etiam ium nomina in ns desinentia, ut dens dentium. Sic mens. gens. lens, frons. glans & cætera. Parentium, amantium &c. Horat. Dos est magna parentium. Sic etiam Cicero, teste Prisciano à parens nomine communis generis. Horatius: Tentare multa cæde bidentium. Sons fontium, ul' per syncopā fontum: ut a ter natq; fontum supplicia. Reliqua in ns monosyllaba

Apes

Neptium,

Parens

DE NOMINVM RECTA DECLINA.

Mus.

Cohors

Penates

Fores.
Manes
Lactes

Proceres
Veprium

Macedones

Amazones

syncopam nō patiuntur, quantum notare potui. Polyfyllaba uero tā in prosa q̄ in carmine saepissime per syncopam efferruntur. ut anantum, parentum, prudentum &c. Quiritis quiritium, & per syncopam quiritum. Hosa, hunc si mobilium turba Quiritium. Prudentius: Seruat salutem uirgo quiritium. Apul. dicit studioꝝ quiritium in li. i. meta. Mus murium. Hierony. lib. i. Regum: Facietis similitudines auorum uestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram. Cohors, multitudo militum, & aliquando aliaꝝ rerum: gr̄us est cohortium. Suetonius in Tiberio: Exploratore uiaꝝ primarum cohortiū centurionem ltratum humi penē ad necem uerberauit. Corn. Tacit. Cohortium cura exoluerentur. Sic uterq; semper, quantum notare potui in emendatis codicibꝰ. Inuenies tamē apud poetas cohortum per syncopam. Cohors cohortis uel cors cortis, uel (ut quidā dicunt) cortes cortis, est locus in uilla ubi anseres, gallinae, & anates nutriuntur. Quid, de uulpe: Abfulerat multas illa cohortis aues. Marti. Non porcus, non cortis aues, non oua super sunt. Nomina monofyllaba in duas consonantes desinentia, faciunt ium in gr̄o plurali, ut trabs trabium, plebs plebium, seps septium, arx arcium, lynx lyncium, teste Nebrisensi. Alexander dixit per syncopam lyncum, & recte Plin. 37. ca. 2. Demonstratus lyncuri nō id uocat, & fieri ex urina lyncū bestiaꝝ. Et alibi: Lyncū humor. Sic libētius dicā, q̄ lyncium. Sic fors, scobs, stirps, urbs, puls, daps, falx, lanx, merx, calx &c. Vnum excipitur opus opum, da ꝛ ficulum: Ops formabit opum, sicut inops inopum. Iunge habentibꝰ. iū. lar larium. in. 6. Halycarnastei. Nomina tm̄ pluralis numeri gr̄m faciunt ex analogia uel proportionē numeri singularis, qui uerisimiliter esset, si singulari nō careret, ut penates penatium, quia singulare foret penas, ut optimas, uel infimas. Suetoni. in Nerone: Simulacraq; ex auro uel argento fabricata conflauit, in his penatium deoꝝ, quae mox Galba restituit. Inuenies tamen saepe per syncopam penatum: & sunt penates dñi domestici, & ipsa domus. Hac ratione ium faciunt: Fores forium. i. ianua quae foris aperitur. Manes manium. i. defunctorū anima. Vires uirium. Tres trium. Aedes aedium. i. domus. Lactes lactium, in testina. Sic sortes, fordes, sentes, pugillares, gades, alpes &c. in heteroclitis declaranda. Sic proceres procerium faceret, sed per syncopam saepius dicimus proceꝝ, luceꝝ, primorum. Perius: At bona pars proceꝝ tacita libabit aceris. Proceres, sunt capita trabium, & excellentiores nobilioresq; urbis uiri uel principes. Vepres ueprum, & per syncopam aliquid quando ueprum. Papin. 5. syl. Aperire malignas tot ueprum memorumq; moras. Contra um solum faciunt lemures, caelites, maiores &c. quia singularia forent lemur, caeles &c. Notato bene figurā, quae circa gr̄m contingunt, syncopam & epenthesim. Syncopam iam satis declarata est, ut mensum pro mensium &c. & boum a bos pro bouum. Macedo Macedum pro Macedonum. Papin. Traxineas uibrant macedum de more sarrissas. Macedones populi quidam Graeciae. Sarrissa. i. lancea. Epenthesis, est additio literae uel syllabae in medio dictionis gratia metri, ut ales alitum, & per epenthesim alituum. Verg. Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat. Amazonidum pro Amazonum, non est epenthesis, sed ponitur deriuatiuum amazonis, idis, pro primitiuo amazon, ut scipiades pro scipio. Verg. Ducit amazonidū lunatis agmina peltis. Amazones, fuerūt mulieres bellatrices.

Tertius est in ibus: bos bobus flecto bouumq;.

Datiuus pluralis, cui ablatiuus semper est similis, desinit in ibus, ut hominibus, patribꝰ. Sic dogmatibꝰ &c. sed haec in a saepius & elegantius faciūt hos casus in tis, ut his sophismatis, epigrammatis &c. ab antiquis nris sophismatū, epigrammatū &c. Plaut. in Asin. Neq; unq; fictum neq; pictū neq; scriptum in poematis, ubi lena bene agat cum cuiq; amate, qui frugi esse uolt. Sic apud Ciceronem & alios eloquentes in emendatis codicibus saepe leges. Aestes sunt Phocas, Anto. Nebrissenfis, & Georgius Valla Placentinus cum Lanciloro. Bos bobus pro bouibus, & boum pro bouum per syncopam facit. Varro & Plinius cum Coluella bubus ferē pro bobus dicunt.

QUARTA DECLINATIO.

19

Quarta dat us recto: dat & u prius inuariatum.

Quarta declinatio nominum duas terminationes habet, us & u. Sed u prius, id est, in singulari numero nō declinat, ut rictus, id est, rostrum uel os. Nictus, i. morus: ut nictus oculi, melius q̄ nictus, teste Valla. Vicitus, quo uiuimus, scilicet cibus & potus. Cornu, genu. Inter hæc quædam plurali carent, ut gelu, astu, &c.

Rictus
Nictus
Vicitus**V**s genitiuus habet, per uis flexere uetusti,

Genitiuus in us definit, ut hic senatus huius senatus, id est, senatorum conuentus, aut ipsi senatores, id est, quos uulgus scabinos uocat. Hic magistratus huius magistratus, regimen uel dignitas, aut aliquis in dignitate constitutus. Apud ueteres nomina quartæ faciebant uis in genitiuo, ut huius manus, anuis &c. Terentius in Heaut. Etus anuis opinor causa quæ erat mortua. Cato: Anuis ut sanguis deterior, sic & lac. Sic Varro fructus dixit, atq; aliq̄ alia, ut probat Cælius. Nomina in u diximus in singulari non uariari. Quod autem Lucanus ait in .7. Cornus tibi cura similis Lentule, & Cælius libro sexto: Ceruini cornu combusti. & paulo post: Quia cornum habet. & Plinius multis in locis: non est à neutro cornu, sed à masculino minus in usu cornus.

Senatus
Magistratus
Anuis.

Cornus

Tertius optat uis, quandoq; per u quoq; lectus.

Datiuus fit in uis, ut hic commeatus huius commeatus, id est, facultas aliquo proficisci à superiore. Etiam significat uictum militarem. Plaut. in milite: Interclude inimicis commeatum. Dicitur etiam uictus priuatus. Cicero: iam commeatu & priuato & publico prohibemur. Aestus, uehemens calor: & per translationē æstus desiderium & libido. Item æstus est maris cōmotio & inquietudo, & procella uel fluctus. Luxus, i. luxuria uel abundantia. Terent. Adolecens luxu perditus. ¶ Dctis in uis, fit ab antiquo gto in uis: id gto autem in us, regula riter fit dctis in u, qui iam in rariore usu est: ut metu pro metui &c. ueluti docet exquisitissimus autor Cæli. lib. 4. ca. 16. Lucill. Quod sumptū atq; epulas uictu præponis honesto, id est, uictui. Idem: Anu noceo, id est anui. Vergilius: Teq; aspectu ne subtrahe nostro, id est, aspectui. Et in Georg. Quod neq; concubitu indulgent, id est, concubitu. Et Aeneid. primo: Parce metu Cytherea, id est, metui. Sic aliq̄ curru, dominatu, ornatu &c. dixerūt, pro currui &c.

Commeatus

Aestus
Luxus**V**m retinet quartus: fit sextus in u tibi casus,**V**m quarto, reliquis u casibus optat Iesus.

Accūs fit in um: abltis in u: utūs similis est nominatiuo, ut fructus, hunc fructum, o fructus, à fructu. id est, utilitas. Cicero: Non parum fructus habet in se eloquentia. Fructuosus, fructu plenus. Fructus, item quod ex arboribus ad usum nostrū nascitur, & puer. Rustus, id est eruptio, stomachi. Rustare, facere rustū. Gradus, id est, gressus. Vergil. Siste gradū. i. sta, ne procedas. Item gradus, per qd gradimur. Boet. Qui cecidit, stabili nō erat ille gradu. Ritus, i. mos, uel cōsuetudo. Hinc aduerbiū rite. i. bñ & recte, nec ē abltis. Nec impetus impete facit in abltō, sed impetu solū. Nā impete est ab antiquo nomine impes, qd ostendit gūs singularis impetis. ¶ I E S U S accūs facit Iesum, ceteri casus in u desinūt, ut hic Iesus, huius Iesu, huic Iesu, hūc Iesum, o Iesu, ab Iesu. Interpretatur salutaris aut saluator. Et est dictio trisyllaba. Iuuenius: Quem miserans animo ybis compellat Iesus, Dominus alibi declarabitur.

Fructus
Ructus
Gradus
Ritus
Impetus

Iesus,

Primus pluralis cum quarto semper in us fit,

DE NOMINVM RECTA DECLINA.

Dat genitiuus uum: per *ibus* tibi tertius exit.
 Dant ubus artus, acus, ficus, tribus, & lacus, arcus,
 Et specus, atq; ueru, partus, quercus quoq; portus.
 Forfitan & questus à deponente creatum.

Nominatiuus pluralis cui uocatiuus similis est cum accusatiuus, desinit in *us*, ut hæ manus, hæ manus, o manus. Neutra in his casibus per regulam generalem a habent, ut cornua, genua. *Grus* desinit in uum, & dicitur cum ablatiue in *ibus*, ut hi saltus, horum saltuum, his saltibus, id est, actio saltandi, aut sylua. *Grus* per syncopam acco singulari fit similis, ut currum pro curruum, per regulam: Syncopa plurali &c. Vergil. 6. Aeneid. Quæ gratia curri armorumq; tuit uiuis Marcial. Sed duo sunt quæ nos distinguunt milia passum, Vergi. 12. Aeneid. Cinctaq; adest uirgo matrumq; nurumq; caterua.

¶ Pauca faciunt ablatiue in *ibus*, ut artubus, ne si artibus dicamus, uideatur esse ab ars. In quibusdam hæc ratio esse non potest, ut acus acubus, quercus quercubus: uerissima igitur ratio est, doctissimorum usus. Artus, id est, membrum uel membri nodus. Deartuo, as, per artus diuido. Lacus, locus profundus cum aquis perpetuis ibi natis. Etiam est uas in quod currit mustum de torculari expressum. Ouidi. in Fast. Præmia de lacubus proxima musta tuis. Item lacus est spelunca, ut lacus leonum. Arcus quo sagittatur. Arques sagittarij. Veru, uerubus. Tyberga tamen dicit ueribus ut manibus, legi in emendatis codicibus. apud Vergi. Pinguiq; in ueribus torrebimus exta colurnis. Nec Priscianus, sed Alexâder dicit u ante bus habere acus, ficus, ueru, plures Alexandrum imitantur. Veru est instrumentum, quo assamur aliquid, & huic simile instrumentum bellieum. Parrus, actus pariedi. Dicitur pro eodem partio apud Plautum. Portus, locus apud lietus quo naues dirigunt ut tutæ sint & quiescant. Valla iungit questus pro querimonia à queror deponente, sed ueteres differentia Vallæ nõ obseruant, ut ostendit Nebristenis, ergo dixi forte. Et credo tã questus pro querela, q̄ questus pro lucro à quæro, *ibus* facere, ut manibus: & satis differentia est, quia alterum diphthongum habet, qua alterum caret.

Lacus
Arcus

Arcus
Veru

Partus
Portus
Questus

QVINTA DECLINATIO.

RECTUS utriusuis numeri quartusq; per es fit
 Pluralis quintæ: dempta s capit i genitiuus,
 Cum dandi casu: Quartus uolet em: dabo sexto
 E bene: uult erum patrius: uult tertius ebus.

Nominatiuus & uocatiuus utriusq; numeri quintæ declinationis, cum acco plurali desinit in es longum. *Grus* & dicitur singulares in ei. Accusatiuus singularis in em. Ablatiuus in e. Genitiuus pluralis in erum. Datiuus & ablatiuus in ebus. Exemplum est in Donato. Species, id est, forma. Speciosus, formosus. Res, quicquid est. Capitur pro negotio: ut quid rei tibi est cum illo. Er pro diuitijs. Ouid. Re sine nullus eris. Horat. Et genus & uirtus nisi cū re uilior alga est. Colluius, collectio sordium. Ingluius, uoracitas, gulositas. Proluius es, profusio uel emissio. Segnities, pigritia. Pernicies, damnum & perditio: perniciosus, damnosus. Rabies, furor: rabidus, furiosus. Macies, carentia pinguitudinis, hic confectus est macie, id est, macilentus est, & multum macer. Cælaries, capillus comarum, à crebrâ

Species
Res
Colluius
Ingluius
Proluius

caſione: ideo proprie uirorum eſt. Licet aliquando etiam ſceminis tribuatur. Caſariatus, id eſt, comatus, ut miles caſariatus, apud Plautum. Caries, putredo uel corruptio, Plinius: Cariem non ſentiunt cupreſſus & cedrus. Carioſus, carie plenus. Effigies, id eſt, imago &c. Horum plurima carent datiuo & ablatiuo pluralibus: aliqua etiam toto plurali, ut in ſequenti libro patebit. ¶ Omnia nomina quinta ſunt ſceminini generis, præter dies & merides, quæ ſatis ex primo libro patent. ¶ Omnia nomina quinta ſunt appellatiua, ideo Fides nomen uirginis eſt tertie declinationis. ¶ Multa ſub eſ ſunt quinta, & ſub alia terminatione non mutata ſignificatione, alterius declinationis. ¶ Luxuries, nequitias, durities, ſcruitias, ſegnities, maceries, materies, uel luxuria &c. proluues uel um &c. Alia nunc tertia, olim fuerunt quinta: ut fames, plebes, quies, unde requies iam magis quinta eſt. E inter duo ꝑ ꝑ producit ut ſpectei, altoqui corripitur, ut fidei. Genitiuus quinta olim erat ſimilis ablatiuo, ut hic dies, huius die. Salluſtius in Iugurtha, teſte Gellio: Vix decima parte die reliqua. Idem ſit in datiuo, Lucillius apud Gellium: Primum facie honeſtas accidit. Idem: Qui te diligit arati facieꝝ tuæ ſe fautorem oſtendat, fore amicum polliceat. Genitiuus etiam erat ſimilis nominatiuo. Ennius apud Gellium libro 9. capite. 14. Poſtrema longinqua dies quum fecerit ætas. Cicero apud eundem: Equites uero daturus illius dies pœnas. Vergilius apud eundem: Libra dies ſomniꝝ pares ubi fecerit horas. Ita quidam, teſte Gellio, dixerunt ſe reperiffe in libro Vergilij idiographo, id eſt, quem ſcripſerat ipſe Vergilius. Seruius tamen Libra die ſomniꝝ &c. ut ſit genitiuus ablatiuo ſimilis, ueluti apud Ouidium: Prima fide uocisꝝ rata tentamina ſumpſit Candiſſa Liriope. Genitiuus etiam in duo ꝑ ꝑ deſinebat, ut diꝝ, pro diei, famij pro famei & cætera. Vergilius apud Gellium: Munera lætitiãꝝ diꝝ, id eſt, diei. Cato apud eundem: Pueri atꝑ mulieres extrudebantur famij cauſa. Sic oſtēdit Gelliꝝ ueteres dixiſſe, progenij, acij, ſpecij, luxurij, perniciꝝ & cætera, pro progenieꝝ & cætera. Teſtimonia ſi plura deſideres, reperies apud Gellium, libro nono, capitulo decimoquarto.

¶ Poſt hæc Alexander docet compoſitorum declinationes, quas in principio huius libri enucleauimus: deinde Patronymicorum & quorundam nominum Græcorum inſectum aperit, quæ ex iam diſtis ſatis lucent. De Patronymicis tamen pauca dicemus.

PATRONYMICA

Patronymicum, eſt quod à nomine patris & abuſiue alterius deriuatur ſecundum Græcam formam, ut Acacides, id eſt, Pelus à nomine patris ſui Aeacus ſic appellatur: & eodem modo Achilles à nomine aui, Pyrrhus à nomine proauj & cætera, Patronymicum, interpretatur patris nomen: à patre, & onoma, id eſt, nomen, o mutato in y. Patronymicum, ſignificat filium aut filiam, nepotem uel neptem. Aliquando etiã, qui poſt longa tempora per rectam lineam cõſanguinitatis natus eſt, ut Pyrrhus, Epſrotarum rex, dictus eſt Acacides, quia dicebatur ab Aeaco deſcendiſſe. Patronymica formantur abuſiue à nominibus matrum, ut Iliades, id eſt, Romulus uel Remus Iliæ filius. Maiades, Mercurius Maiæ filius. Phillyrides, id eſt, Chiron centaurus Phillyræ filius. ¶ A nominibus fratrum, ut Phaetontias, id eſt, Læpetiæ ſoror Phaetontis. Phoronis, idis, id eſt, Io, ſoror Phoronei. A nominibus regum, ut Romulidæ, id eſt, Romani à rege Romulo. Cecropidæ Athenienſes, à rege Cecrope. Theſidæ Athenienſes, à rege Theſeo. Arſacidæ, Parthi, à rege Arſace. Dardanidæ Troiani, à Dardano rege. A nominibus filiorum, ut Meleagris Althea, Meleagri mater. A nominibus maritorum, ut Menelais, Helena uxor Menelai. A nominibus deorum, ut Phæbas, Phœbi ſacerdos. A nominibus urbium, gentium, regionum: ut Colchis Medea à Colcho. Theſſalis, quæ ex Theſſalia eſt. Troas, è Troia. Sicilia, è Sicilia. Pannonis, è Pannonia. Aſis, ex Aſia. Thebais, è Thebis. Sic alia multa, quæ pro poſſeſſiuis ſumuntur. A nominibus auorum, abauorum, & cætera, ut Atlantides, Mercurius, Atlantis nepos. Formantur etiam ab alijs ſi quis diſtingenter pe-

Caries
EffigiesGr̃s & d̃s
quinta in e
Facies
Facie
Gr̃s quinta
in es
Dies, dieGr̃s quinta
in ij
Diꝝ

Acacides

Pronominum declinatio ex Donato satis noscitur, ideo de ea earmen dare nolui, ne molestarem pueros; in genia reb⁹ minime necessarijs. Pronominum declinationes sunt quatuor, ut ex rudimentis lucet. Addam pauca in rudimentis nō declarata.

¶ Prima declinatio pronominum mittit genitium in i, ut ego mei, tu tui, sui sine notō, & apud uetustissimos in is, ut mis tis, & (quantum licet hariolari ex horum analogia) sis. Ennius apud Priscianum: Ingens cura mis est concordibus æquiparare. Plautus in Pœnulo: Da di em hunc sospitem rebus mis agendis. Idem in milite glorioso: Quia tis egeat, & quia te careat. Differat genitium mei, tui, sui, nostri, uestri, à genitiuis mis, tis, sis, nostrū, uestrū: quia mis, tis &c. actiue significat, id est, oratio in qua ponitur, declaratur per uerbu actiuum, ut amor mis, id est, quo aliquem amo: sed mei tui &c. significant passive, id est, oratio in qua ponunt, declaratur per uerbu passiuu, ut amor mei, quo amor ab aliquo. Pro mis tis, sis, nunc dicimus meus tuus suus: pro nostrum uestrum, noster uester: tamen nostrum uestrum genitiuis adhuc utimur partitiue, ut nemo nostrū. De his multa uidebis in syntaxi nostra. Ego, Donatus in plurali uocatiuum habere censet: Diomedes etiam in singulari, ut si dicam exclamans, o ego felix, o nos felices: sed o potius est ibi interiectio quam uocandi aduerbium. Ego in datiuo etiam mi facit. Vergili, in sexto Aeneid. Et mi genus à Ioue summo. Ouid, 13. meta. Hic quoq; mi metuendus erat. Lancilotus uult mihi semper integre debere scribi, etiam si monosyllabum proferat, quia figuratum est, teste Papyria no, & antiquis cæteris. Veteres à mihi in accusatiuo mehe dicebant, teste Fabio. Idem ait, ueteres sibe & quare pro sibi & quasi scripsisse. ¶ Secunda declinatio mittit genitium singularem in ius per duas syllabas, ut illius: uel per unā, ut huius. ueteres pro his hibus dicebāt. Plaut. in Curg. Parauissimi estis hibus. Ab is in notō plurali dicimus ei uel ij, in dō & ablatiuo eis uel ijs. Sic dices de composito idem. Cic. Nam ei causam Bibulo ualere cupiebant. Iuue. Implet & ad mechos dat eisdem ferre cinædis. Olim pro ipse ipsus dicebant. Terēt. Ipfus Dauus mihi dixit. Ob hanc causam, testib⁹ Diomede & Prisciano, ipsum non ipsud in neutro genere flectimus. Ipse omnis personæ esse multi uolūt. Priscian. tamen libr. 12. ait: Ipse est tertia personæ, licet dicamus, ipse feci, quia intelligitur ego, teste Prisciano. Veteres im pro eum dicebant, ut in lege. 12. ta. teste Macrobio. Si nox iurtum factum sit, si im aliquis occidit, iure cæsus esto. Hic uetuste nox aduerbium est pro nocte, & occidit p occidit. Hic ille iste sic differunt. Hic significat me aut meum, aut quod est ubi ego sum. Iste significat te aut tuum, aut quod est ubi tu es. Ille quiduis tertiu. Declarant hæc & plura in syntaxi. ¶ Tertia declinatio mittit genitium singularem in i, æ, i: meus mea meum, mei mee mei. Meus utrum facit mi. Terent. O mi Aelchine, o mi germane. Veteres tñ o meus dicebant. Unde est, O popule meus quid feci tibi. mea o mea. Terent. O mea Glycerium. Cū aut dicitur in sacris, li. Iudic. Heu me filia mi decepisti me, & ipsa decepta es. In Ruth: Reuertimini filia mi. Interiectio blandiendi potius est q̄ pronomen. Quomodo differant meus, tuus, suus, noster & uester, à genitiuis primitiuis mei tui sui, nostri, & uestri, doceberis in syntaxi. ¶ Quarta declinatio mittit genitium in atis, ut nostras, uestras, uestratis: declinantur per tria genera, ut arpinas. Cicero ad Cælium: Putares ne unq̄ accidere posse, ut mihi uerba deessent, nō solū ista uestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia: Cato Censorinus: Rex Seleucus arma nostratia facit. Causa cur non dicimus meas aris, tuas aris, secūdm Priscianū est, quia gens uel patria nō unius est, sed multos; possessio. Nūc de pronominum compositione pauca liber asserre.

PRONOMINVM COMPOSITIO.

Pronomina componuntur inter se, ut ego ipse, tu ipse, suus ipsius. Ego ipse est quod in docti dicunt, ego personaliter. Iste componitur cum hic seruata aspiratione, ut Nebriensis & pluribus etiam doctissimis placere uideo contra Priscianum, ut isthic, isthæc, isthoc, uel comice isthuc, genitiuo & datiuo caret, accusatiuo isthuc, isthac, isthoc,

DE PRONOMINVM RECTA DECLI.

Illhic

ablatio isthoc, isthac, isthoc. Pluraliter generis neutri, nominatiuo & accusatiuo isthec: cæteris caret. Sic inuenitur ille cum hic, illhic illhæc, illhoc. Secundo, pronomen componitur cum nomine, ut huiusmodi, & intercedente syllabica adiectione huiusmodi. Sic cuiusmodi, cuiuscumodi &c. quæ nomina esse dicit Priscianus, quo teste Cicero dixit cuiusmodi pro cuiuscumq; modi. Sic olim plura, nunc exoleta, ut alis pro alius &c. Tertio, teste Donato cum præpositionibus componuntur, ut mecum, tecum, secum, nobiscu, uobiscum, quicum quibuscum. Priscianus dicit solum orationes esse: funguntur tamen ad uerbiorum uice, quod Donatum satis excusat, ut in quamobrem. Quarto componitur cum aduerbio, ut idem ab is & demum, quasi is demum, id est, præcipue uel iterum. Et declinatur sic, idem eadem idem, eiusdem, eidem, eundem, eandem, idem, ab eodem eadem eodem. Et pluraliter eidem uel iidem eadem eadem, eorundem, earundem eorundem, eidem uel iidem, eosdem eisdem eadem ab eisdem uel iidem. Ab idem fit aduerbium identidem, id est, sæpe, & itidem, id est, similiter. Item is componitur cum ecce uel en: ut eccum eccam eccum, eccos eccas eccæ. Sic cum ille, ellum ellam, ellos ellas. Priscianus & Sergius pronomina esse aiunt, quia genus in eis conspicitur, ut sit eccum, en eum: ellum, en illum & cætera. Valla aduerbia esse contendit, & sic declarari, eccum, ecce hic de quo loquebamur: ellum, ecce illic. Itaq; sunt aduerbia quandam pronominis naturam retinētia. Terentius eccæ dixit: Ecce fundi nostri calamitas. Quinto, hic componitur cum coniunctione interrogatiua ne, ut hiccine hæccine hoccine, genitiuo & datiuo caret, hiccine hancine hoccine, ab hoccine haccine. Et pluraliter generis neutri, nominatiuo & accusatiuo hæccine, cæteris caret: Sic aduerbia huccine haccine &c. Item sicine pro sic ne. Perfitus: O miser inq; dies ultra miser huccine rerum uenimus? proferuntur hæc ironice, & cum quadam indignatione. Boetius: Hæccine est bibliotheca? Sexto, pronomina componuntur cum syllabica adiectionibus, quæ sunt quinq; met, tim, te, ce, pte: ut egomet, meatim, tute, huusce, iuapre. Syllabica adiectio est syllaba extra compositionem nihil significans. In compositione significatio eius deprehenditur: nam aliter significat egomet quam ego, & iuapre quam iua, ideo doctissimi syllabicas adiectiones dicunt esse aduerbia inseparabilia, ut re, con, & cætera sunt præpositiones inseparabiles. De his Seruius in illud: Durate & uosmet rebus seruate secundis, sic ait: Hæc particulæ, met, piam, re, ornatus causa ponuntur, aduerbia autem sunt: nam quicquid ab illis septem partib; recesserit, fit aduerbium, hæc ille, cui nonnihil contradicit Lancilo. Met auget, non tamen excludit semper, ut docet Lancilorus, & iungitur pronomini primæ personæ per omnes casus absq; genitiuo plurali, teste Mancinello cum Nigro, ut egomet, memet &c. Item pronomini secundæ personæ in obliquis singularibus iungitur, ut tuimet, & plurali toti præter genitiuum, teste Nigro. Legi tamen (si recte memini) nostrimer genitiuū à nos apud Terent. ergo dicitur etiam ueltrimer. Tumet non dicitur, quia in usu non est, aut ne uerbum esse uideatur, sed pro illo tute dicimus, unde rursum fit tutemet. Lucretius libro. 1. Accipe præterea quæ corpora tute necesse est. Idem: Tutemet à nobis iam quouis tempore uatum, Terriloquis uictus dictis desistere quæ res. Cicero tamen nisi mēdum fit, tumet dixit oratione pro Cecinna: Tumet deieceris. Te soli nominatiuo singulari tu adicitur, quia tute non dicitur. Item dicimus suimet, sibimet &c. & suismet. Tacitus: Suismet uitis. Idē: Suismetipsis exdibus sauirent. Nā hæc cum met composita rursum componuntur cum ipse. Cicero pro domo sua: Vobismetipsis pontifices. Liuius. 8. Capti à suismetipsis. Cicero ad Atticum: Memetipso carēdum est. Plinius. 36. Umbra colligeretur in semetipsam. Sueronius in Claudio, Refrigeratus à semetipso. Quintilianus. 12. Sed ne more Socratico rum nobismetipsis finxisse uideamur. Hæc attuli propter quorundam impudentiam, ne gantiū latine dici nosmetipsi &c. Tim, teste Prisciano iungitur ablatiuus feminini generis, mea, tua, sua, ut meatim, id est, meo more. Pre iungit ablatiuus, mea, tua, sua, nostra, uestra. Aliquando etiam, meo, tuo, suo, nostro, uestro, ut meapte, id est, mea propria &c. Terentius in Heau. Ita me diu ament, ut ego nūc nō tam meapte causa lator quam illius,

Eccum
Ellum

Hiccine

Syllabica ad
iectio.

Met

Tute
Tutemet

Te

Suismetipsis

Tim
Pre

quam ego scio esse honore quouis dignam. Cic. in primo de finibus bonorū: Quae ues doceat & ad se alliciat suapte natura. Idē lib. 3. de perfecto oratore: Publicum Crassum suapte intersectum manu. Teren. Nostrapte culpa facimus. Cic. in primo Tuscul. Suoapte nati & suoapte pondere ad pares angulos ferantur. Ce iungitur obliquis pronominum hic & ille, ubi finis est s. litera, ut huiusce, haece, illosce &c. sic aliqui istosce, eosce. Vereres etiam dicebant hiece, haeece, hocce, & isce in nominatio pro is. Terentius in Eunuchio: Isce hoc munere arbitrarur Thaidem esse suam, id est, is teste Donato, Priscia. lib. 12. legit hisce, p. hi, & dicit fuisse nōm olim hisce pluralem, & arbitrant non arbitrat. Quoniam Donatus inter pronomina posuit quis & qui, ideo hic de compositione horū pauca afferam, quibus cum Prisciano potius nomina esse credam, quia certam non significant personam, quod proprium est pronominis.

Ce
licce

Qui & quis in compositis.

Quis, & qui differunt dupliciter. s. significatione & compositione. Nam quis nominatiuus est nomen interrogatiuum, ut quis est iste rex gloriae nunq̄ yo referret, nisi quis pro quibus, datur ut ablatiui casus. Vergili. O terq̄ quaterq̄ beati: Quis ante ora patrum atq̄ alte manna Trojae Contigit oppetere, id est, mori. Qui, in singulari rī semper refert, nisi euphonice causa, & comice dicas, qui uocare pro quis, ut fat diues qui sanus & suis cōtentus est. In plurali qui interrogat, ut qui sunt hi: Et refert. ueluti, beati qui nunc lugent. Quis infiniti capitur, ut uenit cum illo nescio quis nebulo. Quis olim erat communis generis. Plautus: Quis ea est, nam optima est. Idem: Dic mihi quaeſo quis est quam uis ducere uxorem. Terentius in Eunu. Hunc oculis nostram quisquā non uidit. Ablatiuus qui apud Plautum in frequēti usu est, reliqui uix unq̄ usurpant, nisi dicas, qui cum, pro cū quo. Plautus in Amphitryone: Parera donata est aurea qui Pterela potare rex solitus est, id est, qua. Ibidem: Qui uxore, id est, qua. Sic cum quiq̄ amante. i. quoq̄ &c. Teren. in Eunu. Qui cum Parmenone. Verg. 11. Aeneid. Accam ex aequalibus unā qui cū partiri curas. i. cum qua: est sermo elegās. Qui aduerbiū p̄ q̄uo ualde elegans est, ut q̄ scis. Hora. Qui sit Mecenas &c. Teren. Qui scis eos discordare. Indostī quid scis p̄ qui scis dicit. Hinc atqui. i. certe uel sed, q̄uo. Quis. i. qualis. Vergili^o quarto Aeneidos: Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes: Quem sese ore ferens. Ita hic pro talis capitur. Vergili. Aeneid. 9. Hic ego te Euryale aspicio: Quid & Quod differunt: Quid, cum suis compositis substantiuium est, & interrogat, aut infinite capitur, nunquā refert, ut Quid causae? Quid damni? non quod damnum. Quod cum suis adiectiuium est, ut quod pomum, & frequenter refert.

Quis

Qui

Quid
Quod

In foeminino gñe Donatus dicit quae uel qua in singulari, & sūr in nominatio & accusatio plurali neutri gen. id solum fecit propter composita a quis uel qui. Nam qua nominatiui casus extra compositionem nihil significat. Ut ergo cognosceas cōposita a quis, & qui, notabis uersus Badianos: En, ne, alius, num, si deponunt quis, tibi subdi, Et qua uolunt non qua quoties reperitur utrunq̄. Post quis nanq̄ piam non qui tu pone putas q̄. Dam uis cūq̄ libet num quis sed qui tibi subdet. Nec qua uolūt, sed qua quoties reperitur utrunq̄. Quis in cōpositione postponit dictioibus en, ne, alius, num si. Et dicim^{us}, ecquis, nequis, aliquis, nūquis, siquis, & ubicunq̄. Donatus dicit quae uel qua, haec in qua desinit, nō in qua, ut ecqua (licet quidam cōtradicat) nequa, aliqua, nunqua, siqua. Plautus in Menaechmis: Heus adolefens ecqua mihi portio inest. Horatius: Concute nunqua tibi uitiorum insuerit olim natura. Vergilius: Hic tibi nequa morae fuerint dispendia tanti. Qui. Si qua uoles apte nubere, nube pari. Quis praepōnit in compositione, quis, nam, q̄, piam putas, q̄, ut quisq̄ quisnam quisq̄, quispiam, quispias in sacris (quod Valla negat satis latine dici) quisq̄. His particulis non praepōnitur qui, sed quatuor alijs, dam, uis, cūq̄, libet, quibus non iungitur quis, ut quidam, quiuis, quicunq̄, quilibet, & haec posteriora tam a q̄s q̄ a q̄ solum quae habet ubicunq̄. Donatus dicit quae uel qua, ut quae na quaedam &c. queq̄, quidq̄ aut quodq̄ rarissime legitur, q̄dcunq̄ nunq̄, sed bene quodcunq̄. Ablatiui qui &

DE NOMINVM HETEROCLISI

quis in compositis nunc non leguntur nisi apud antiquissimos, in quorum albo est Plautus. Quisquis in usu uix habet alios casus q̄ quisquis, quicquid, a quoquo & a quaqua. Quisq; teite Valla, caret gr̄o plurali. Vnusquisq; caret toto plurali. De significationib; & horū omnium differētis in syntaxi nostra copiose dixi.

GRAMMATICAE DESPATERIANAE
Liber tertius. De heteroclitis.



Vanquam heteroclitā proprie loquēdo, ea demū dicantur quae cōtra alioꝝ regulam declinantur, ut cælū & uas, & cætera, sicut bñ declarauit doctissimus grammaticus Lancilotus, tñ tritiorē uiam secutus cum Sulpitio & Perotto pluribusq; unicū in librū cōgessit anomala, defectiua, & abundantia, tanq̄ gñali nomine hæc omnia heteroclitā dicant. Diuisi autē librū in tres partes, in anomala quae proprie heteroclitā dicunt, in eclipctica uel defectiua, & in abundantia. Heteroclitum interpretat aliter declinatū, ab heteros, i. aliter, & cliton declinatū. Heteroclitis est alia declinatio. Anomalia, id est, irregularitas, ab a, id est sine, & nomos, i. lex: anomalum irregulare. Heteroclitum igit̄ trimaliter loquendo, tripliciter fit, quia aut uariat, i. cōtra alioꝝ normam declinat, ut hoc cælū, hi cæli: aut deficit, ut aur; sine plurali: aut abundat, i. uario gñe aut uaria terminatione aut declinatione idem notat, ut hic aut hoc uulg⁹, tignus uel tignū, ficus huius ficus uel fici. Itē una uoce uaria notat, ut literæ aura &c. hæc memoriae cōmendabis per yficulū doctissimi Badij: Deficit aut uariat heteroclitā uox uel abundat.

Irregulariter declinat nomen siue uariat quinque modis. Primo uariat genus, ut hoc ce Ium, hi cæli: & dicit heterogenum uel heterogeneū. Secundo uariat declinationem tm̄, ut hoc uas uasis, hæc uasa uasioꝝ. Tertio uariat genus & declinationē, ut hoc epulum, hæc epulæ. Quarto uariat siue irregulariter format obliquos, ut Iupiter Iouis. Quinto cōtra alioꝝ modum aliquos casus finit, ut ambo, de his primo dicam: inde cum defectiuis abundantia enucleabo, alpirer ceptis Iesus.

Anomala siue heteroclitā, & primū in singulari masculina, in plurali neutra.

MAscula sunt primo numero, sed neutra secundo,
Dindymus, infernus, locus, Ismarus, & ioca, cetus,

Mænala, taygetus, ceu tartara, massica, auernus,

Sibila, pangæus, ceu tænarā, carbasa, dant hi

Quaedam plurali: uerum loca non damus arti.

In singulari masculina, in plurali neutra sunt noia hic posita, hęc dindymus, hæc dindyma &c. sed hic aut hæc carbasis: quedam horū etiam masculina sunt in plurali, & sic non sunt heteroclitā: ut hic locus, hi loci, uel hæc ioca & cætera, declarabo singulariariis. Dindymus, mons Phrygiæ in quo colebatur Cybele mater deorum: inde Dindymene dicta. Tortellius negat dindymus in singulari reperiri, sed fallit. Ouidi. quarto metamorphoseon: Dindymon & Cybelen & amœnā frondibus Idam. Propert. Dindymus & sacra fabricata iuuenca Cybelle. Vergil. 10. Acneidos: Alma parēs Idæa deūm cui Dindyma cordi. Infernus, hæc inferna, pro inferoꝝ loco. Hieronym. in Paral. Deglutinamus eum sicut infernus uiuentē. Et in Job: Ducunt in bonis dies suos, & in pūcto ad inferna descendūt.

Dindymus

Infernus

Hoc nomen proprie heteroclitum non est, quia per naturam est adiectiuū ut molaris, & in singulari intelligitur carcer, uel locus: ideo est masculinum: in plurali intelligit loca, ideo est neutrum. Et dicitur ab infra ut supernus à supra, uerum cum tanq̄ uerb̄ substantiuū inter heteroclitā ab Alexandro & Mancinello & pluribus ponatur, nolui omittere. Latantius: Solue catenatas inferni carceris umbras, Vergili. Infernas accede domos. Idem: Quando hic inferni ianua regis. Locus, quicquid aliquid continet. Vergil. Hic locus urbis erit. In hac significatione plurale est hi loci, uel hæc loca. Vtrosis intrepide utaris tā in prosa q̄ in carmine. Vergil. in primo Aeneidos: Deuenero locos ubi nunc ingentia cer nes Mœnia. Idem: Vt primum lux alma data est exire locosq; explorare nouos. Silli. lib. primo. Tum pretio mercata locos noua mœnia ponit. Sic ceteri poetae sæpissime. Sallu. Proximos nostro mari locos occupauere. Idem: Inter illos & numidiam multi uastiq; loci sunt, Cornelius Taci. Dispositis per idoneos locos cohortibus auxiliarijs. Idem: Diuersos locos pariter inuaderēt. Idem: Ventum dehinc in locos cultos demessaq; segetes. Idē. Terret solitudo & tacentes loci. sic idem sapius, Gelli. lib. 3. cap. 7. Colles locosq; idoneos prior occupat. Sic plurimi alij etiam elegantissimi. Item locus dicitur genus. Sallusti. Natus haud obscuro loco. Et tēpus, pluraq;. Inter cetera locus dicitur argumenti sedes, id est, oratio notissima, per quam probamus argumentationem, & sic in plurali solū est masculini generis hi loci. Et hoc est cur dixi: uerb̄ loca non damus arti, scilicet rhetorice aut logicę. Item loci pluraliter tantū, significat receptaculi seminis & embrii in muliere. De hoc in defectiuis plura. Ismarus, mons Thraciæ a per & incultus ex una parte, ex alia fertilis uinetis & oliuetis. Vergil. Nec tm̄ Rhodope mirat & Ismarus Orphea. Plurale Ismara apud eundem reperies. Ismara singulare, urbem Ciconum significat. Locus, hi loci & hæc ioca, ludus: licet non omnis ludus locus dicatur. Iocofus, ioco plenus: ioculus, paruus iocus. Iocor aris, iocum facio. Ioculator, scurra qui iocos facit. Martia. Consueuere iocos uestri q; ferre triumpho. Sallust. in lug. Ioca seruaq; cum humillimis agere. Gellius libro duodecimo: Insulsi hominis ioca non præteribo. Cetus, piscis maximus, hi ceti & hæc cete. Hieronymus: Sicut fuit Ionas in uentre ceti. Ambrosius in libro hexa. Virtute mitigauit mare, disciplina strauit cetos. Est etiam cæleste signum. Rufus Auienus in Arato: Distantem Andromedam prolixo tramite mūdi perterret cetus. Singulare etiam reperies apud Manilium & Lucanum: Ergo Seruius male credidit nusquam reperiri. Vergi. Immania cete. Hieronymus in Genesi. Creauit deus cete grandia. Cetarij, qui marinos pisces uendunt, quorum plerique magni sunt. Manalus, Arcadiæ mons. Pluraliter hæc manala, utrunq; apud Vergilium leges. Est etiam urbis nomen. Taygetus, hæc taygeta, mons Laconię. Sic Aldus pluresq;. Tartarus, hæc tartara, id est, infernus, a taratto, id est, conturbo, quia illic omnia perturbata dicuntur, uel a tartarizin, id est, a tremore frigoris: sole enim caret. Vergilius sexto Aeneidos: Tum tartarus ipse. In eodem: Non me impia nanq; tartara habent. Hinc tartareus, id est, infernalis. Hoc tartarum, est sex uini. Tartari tartarorum, populus quidam Scythiæ, qui etiam Nomades dicuntur. Massicus, mons Campaniæ optimi uini ferax, quod Massicum dicitur. Silius libro septimo: Massicus uuisiferis addebat nomina glebis. Vergilius libro septimo: Vertit felicia Baccho massica qui rastro. Auernus, hæc auerna, lacus Campaniæ quondam propter circūstantes syluas tam fetidus, ut aues cum fugerent. Vnde dicitur auernus, quasi aornos, id est, sine auib. Hinc ad inferos introitus patere credebatur: ideo pro inferno capitur. Auernalis, id est, infernalis. Lucretius libro. 6. Principio quod auerna uocant, non nomen id ab re inpositū est, quia sunt aibus contraria cunctis. Dicit etiam plr̄ hi auerni. Claud. Dñj quibus in nume; uacui famulatur auerni. Hinc adiectiuū auernus a um. Silli. Degeneres animas tenebris damnauit auernis. i. infernalib. Itē Auerni os, fuerit qdam Galliæ Aquiraniæ populi bellicosissimi. Sibilus, hi sibili & hæc sibila. i. status aut sibilatio. Hieron. in libro ludicū: Quare habitas inter duos terminos, ut audias sibilos gregum. Idem cōtra Iouinianum: Hæc sunt sibila serpentis antiqui, Vergi. 2. Aeneidos; Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. Seruius hæc

Locus

Ismarus

Iocus

Cetus

Manus

Taygetus

Tartarus

Massicus

Auernus

Sibilus

DE NOMINVM HETEROCLISI

- Pangæus.**
Tænarus. adiectiue capir pro sibilantia. Pangæus, hæc pangæa, teste Nestore cū Calepino, promō-
torium est Thraciæ. Stati. Illic pangæa resultant Ilimaracq̃. Hinc pangæus, a, um, ut Pan-
gæa arua. Tænarus hæc tænarua, non trenarus, promontorium Laconia habens in sum-
mitate specum, in quo uentus strepitum facit terribilem. Vnde poetæ finxerunt ibi esse
portam inferni, & pro inferno capitur. Hinc tænaræus a um, id est infernalis. Hoc tæna-
Carbasus. rum, est oppidi nomen à tænarō appellatum. Carbasus, tam feminini q̃ masculini ge-
neris patet in generibus. Lectum est aliquando, teste Prisciano, hoc carbasum. Vnde potū
it esse plurale hæc carbasua, ut ait Lancilorus, & sic non esset uere heteroclitum, ut quædā
ob hanc causam à nobis in carmine omissa. Lucan. in. 4. Fluxa coloratis astringunt carba-
Supparus sa gemmis. Supparus, hi suppari, teste Mancinello, hoc supparæ, hæc suppara. Igitur abſi-
dans est, non proprie heteroclitum, neutro singulari. Plaut. in Epidico utitur. Est linteū
femorale ad talos pendēs, teste Marcello. Dicitur q̃ subtu apparet, aliq̃ camisiām, aliq̃ in-
terulām appellat, ait Lancilorus, Camisia non creditur satis latine dici, Subucula rectius
appellatur. Festus dicit supparum esse uestimentum puellæ, id est, subuculam. Perottus
uult esse genus togæ leuis & angustæ, dictum q̃ superinduumur eo. Lucan. Suppara nuda
tos stringunt angusta lacertos. Supparum etiam est linteum, quod annectitur ipsi uelo.
Balteus Papini. in Achill. Partitiq̃ nices uos stuppea necite mali Vincula, uos summis annectite
suppara remis. Balteus, hi baltei, ut oēs præter Mauz consentiunt, is plurale baltea solū
esse affirmat. Veruntamen est ex neutro singulari balteum. Festus: Subcingulum est balte-
um. Ideo abundans est, non proprie heteroclitum, licet in singulari magis est in usu balte-
us, in plurali uero baltea, & est militare cingulum uel zona bullis ornata. Iuuenal. Ast
illis quos arma tegunt & balteus ambit. Etiam est long. quo milites arma portant. Vergi.
Pileus Humeroq̃ apparuit alto balteus. Pileus, hi pilei: hoc pileū, hæc pilea, similiter abundās
est, non proprie heteroclitum, & est tegmen capitis. Neutrū pileum magis in usu est ap̃
doctos. Festus: Albogalerus capitis pileum est. Vale. Max. lib. 8. In modum uexilli pileum
seruituti ad arma capessenda ostentatum erat. Seruituti. i. seruis qui in manu missione ra-
so capite accipiebant pileum. Persi. Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donat. Pileus ma-
sculinum, ne credas inepte dici contra Vallam. Seruius in. 2. Aenei. Tiara phrygius pileus
est. Gelli. lib. 7. ca. 4. Pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos uenūdāri, quoz̃ no-
mine emptori uenditor nihil præstaret. Pileolum uel pileolus diminutiuum est. Hieron.
ad Fabiolam: Pileolus rotūdus est. Idem ad Paulinū in neut. ge. utit̃ dicens: Pileolū textu-
ra breue, charitate latissimum, senili capiti confouendo libenter accipi, & munere & mu-
neris autore lætatus. Gargarus, huc non pertinet, quia singulari numero longe aliud si-
Gargarus gnificat q̃ plurali. Gargarus enim est locus unde fluunt Scamander & Simois, ut ait Stra-
bo, teste Lanciloro. Gargara ut etiam Macrobius ait, est cacumen montis Idæ, nomenq̃
oppidi sub eo. Verg. 1. Georg. Ipsa suas mirantur Gargara messes. Sic Lancilot⁹ uir doctis-
simus, quem nunc imitor, aliq̃ alia dicit, quibus supersedeo. Laurentius Valla addit dictis
uentus, iustus, permistus, quæ in singulari numero masculina quartæ sunt, in plurali y o
neutra secūdæ, euenta, iusta, permista. Nos hæc omisimus, quia iusta, permista, euenta, nō
sunt à iustus, permistus, euentus, sed à neutris iustum, permistum, euentū, quæ eperiri pro-
iustus, permistus, euentus iam probabo. Iustus. i. imperium, raro reperitur, præter q̃ in ab-
Iustus latiuo iustu, cui contrarium est iniustu. Terent. in Hecy. Quamobrem incendor ira te esse
Iustum ausam facere iniustu meo. Hoc iustum i, & p̃r iusta oꝝ. i. iustus & imperium uel iustio. Gel-
lius (ut ante me notauit Mācinellus) Lex est gnale iustum populi aut plebis rogante mag-
gistratu. Idem: Nisi populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iustum fieri po-
test. Sillius lib. 7. Consequit̃ iustu manus & muralia portat. i. iustione, teste Mācinello. Idē
Permistus lib. 9. Nec iusto mora collectis fumantia lucent terga elephantoz̃ flammis. Vergil. Ille pa-
Permistum tris iusta exequit̃. Idem: Accipe iustus carmina cepta tuis. Rursum de singulari, Sisen. li. 3.
Tamen Tuderit⁹ senatusconsulto & populi iusto dat ciuitatem. Permistus. i. permissio,
uix quicq̃ in usu habet præter abltm̃ permissu, ut sine patris permissu nihil agas, hoc per-

missum: & pluraliter hæc permissa, teste Mancinello, id est, permixtus. Euentus, hi euen-
rus, & hoc euentum, hæc euenta, quicquid casu aut fortuna euenit siue bonum siue mali.
 Cicero libro primo de oratore: Ut enim quisq; optime dicit, ita maxime dicendi difficul-
 tatem uariosq; euentus orationis expectationemq; hominum pertimescit. Vergilius lib.
 sexto: Cæcosq; uolunt euentus animo secum. Lucretius libro primo: Euentum dici pote-
 rit quo dæmon erit actum. Tullius in partitionibus: Si cuiusq; facti & euenti causa ponet.
 Idem de diuina. Si euenta querimus quæ exquiruntur a uibus. Idem ad Lucium Luceium:
 Rerum euentorumq; meorum, hoc sæpius legitur quàm euentum. Idem de oratore: Ex
 aliorum factis, aut dictis, aut euentis: sic melius dicitur quàm euentibus. Adiciunt qui-
 dà gestus, actus, uisus, & plura, sed male, teste Lanceloto, quia læta sunt neutra actû, gestû
 &c. Lancelot⁹ adijcit heteroclitis nostris montis nomen hic garganus, & pluraliter hæc
 gargana: sed eiusmodi nomina mensalus, tartarus &c. pluraliter per poeticam licentiam
 dicta sunt. Poetæ nanq; plurale pro singulari ponunt, ut ora pro os, pectora pro pectus,
 Vergilius quinto Aeneidos: His ubi læta deæ permulser pectora dictis. Sic ismara pro isma-
 rus & cætera, ideo talia sunt abundantia.

In singulari feminina, in plurali neutra.

Hæc prius, hæc post dant tibi pergamus atq; supellex.

Hæc duo nomina pergamus & supellex dant prius & post hæc, id est, in singulari sunt
generis feminini, & in plurali generis neutri, ut hæc pergamus, hæc supellex, & plurali
ter hæc pergamia, hæc supellectilia: sic etiã carbalius qd satis declarati est. Pergamus, urbs
Phrygiæ, Priami regia. Autor Aetnæ: Quis non argolico desinit pergamon igni? Sing-
ulare pergamus in hac significatione etiã leges in Hecuba Senecæ. Cicero. i. diu. Tum
esse exitum Troiæ, pestem pergamu. Quidam credidit singulariter in hoc significato nõ
reperiri. Vergilius: Nanq; uidebat uti bellantes pergamia circum. Pergamus uel perga-
muu etiã est nomen alterius urbis Asiaticæ, quæ fuit regia Attali & Galeni medici pa-
tria, hic chartæ usus inuentus est quam pergamenam uocamus. huius urbis meminit diu⁹
Iohannes in Apocalypsi: pro hac urbe non inueni pergamia pluraliter. Supellex, hæc su-
pellectilia ab antiquo nominatiuo supellectile. Cicero in Topicis, teste Lanceloto: Quæ
cerni tangiq; possunt, ut fundum, ædis parietes, stillicidiu, mancipiũ, pecudum, supellecti-
le &c. Diomedes supellex plurali carere uult: & nõdũ inueni, ait Nebrissen. Multa his nõ
nibus annumerari solent quæ re uera non sunt anomala, ut iamiam probabimus. Ziza-
nia æ, & pluraliter zizaniæ arum, uel hoc zizaniũ, & pluraliter hæc zizania, orũ, id est,
solium & quodcunq; adulterinum semẽ, quod frugibus miscetur. Hieronymus: Zizaniũ
mixtum est tritico. Pascua, æ, pascuæ arum uel pascuum i, hæc pascua, pascuorum, omnis
locus in quo pecudes pascuntur siue pratium, siue ager, mons &c. Hieronymus in Psalmo:
Oues pascuæ eius. Idem in plurali: Inuenerunt pascuas huberes. Seneca in sectida tragæ-
dia: Fatale sacro monte pascuum tegens. Columella libro octauo: In eo rure quod pascua
caret, contineri potest exiguo & qualicq; pabulo contentus. Ouidius quarto Metamor.
Axe sub hesperio sunt pascua solis æquorum. Inuenimus pascuus pascuum adiecti-
uum, ut pascua sylua, quæ in pastum pecudum destinata est. Pascuus ager, in quo pecudes
pascuntur. Hinc compascuus. Cicero in Topicis, Si compascuus est ager, ius est compasce-
re. Pascualis, ad pascuam pertinens, ut pascualis bos, quia adhuc pascit ut pinguescat. In-
tybus, masculini generis uel feminini, hi uel hæc intybi, aut hoc intybum, hæc intyba in
tyborũ, herba quæ etiã cicorium dicit. Phocas uult intyb⁹ esse feminini generis: Dio-
medes uero masculini. De masculino, Plini⁹ libro secũdo naturalis historiae, Intybi non
extera remedia sunt, succus eorũ cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Apud eũdem
leges aliquãdo in feminino genere, quia intelligitur generale fa minini generis herba.
Vergilius, Et amaris intyba fibris. Arbut⁹, hæc arbuti arboris nomen, hoc arbutum, hæc

Euentus
Euentum

Garganus

Pergamus

Supellex

Zizania

Zizanium

Pascua

Pascuũ

Intybus

Intybũ

Arbutus

DE NOMINVM HETEROCLISI

Arbutum	<u>arbuta arbutorum, fructum illius arboris significat. Horatius: Impune tutum per nemus</u>
Rhetorica	<u>Arbutos quærent latentes. Ver. Dant arbuta lyliæ. Suffragantur mihi Priscianus & Antonius Mancinellus cum Calepino. Rhetorica, Georgica, Phisica addenda non sunt, quoniam singularia eorum non sunt feminina, rhetorica, georgica & cæte, sed potius sunt ab adiectiuis quæ quali substantiua ponuntur, quia intelligimus opera aut poemata. Scio aliter sentire Lancilotum, sed nondum in illius uerba turauit: uerum de his plura dicam circa singulari numero carentia. Olympia, ideo male à quibusdam additur, quia singulari re hæc olympia olympiæ, significat urbem inter ollam & olympum mercatu famigeratam, Olympia olympiorum pluraliter, significat ludos qui olympie & in nonnullis alijs urbibus Græcia fiebant in honorem Iouis Olympici. Fiebant autem quinto quoq; anno. Unde Olympias olympiadis dicitur lustrum, siue quinquennium. Ceraunia cerauniæ, arbor & fructus, alio nomine siliqua. Ceraunia cerauniorum montes alti in Epiro. Vergilius, Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta. Chronica chronica, barbarum est, Latini chronica chronicorum dicunt pro historijs temporum. Neomenia neomeniorum, nihil uerbum est. Neomenia Neomeniæ, hæc neomenia neomeniarum, id est, nouilunium uel prima dies lunæ aut mensis. Altilis heteroclitum non est, sed adiectiuum ut festilis, sculptilis, reptilis. Sed putatur esse heteroclitum, quia in singulari altilis intelligitur auis. In plurali altilia subauditur animalia, per regulam: Mobile pro fixo. Dicitur autem altilis altilis uel faginatus, ab alo alis, & cætera. Unde Varro, boues altiles, & aper altilis dixit. Iuuenalis: Ad uos iam ueniet minor altilis, subauditur gallina aut auis. In sacris: Tauri mei & altilia mea occisa sunt. Plautus: Dote & altile & optima, id est, opulenta. Quidam addunt hæc ceta cetae, & pluraliter hæc cete. Galbanus non adiciendum est, quia inuenitur etiam hoc galbanum, & est succus siue lachryma cuiusdam herbæ.</u>
Olympia	
Ceraunia	
Chronica Neomenia	
Altilis	

¶ In singulari neutra, & in plurali masculina,

Mascula plurali numero sunt neutra priore,
Elysium, cælum: quibus apte iungitur Argos.
Plurali numero sunt mascula, neutraue, frenum,
Et filum, claustrum, rastrum, coniunge capistrum.
Est primo numero neutrum plus, omne secundo.

Elysium	<u>In singulari neutri generis, in plurali masculini sunt, hoc elysium, hi elysij: hoc cælum, hi cæli, hoc Argos, hi Argi: quæ sequuntur, in plurali tam neutri q̄ masculini generis sunt: ut hoc frenum, filum, claustrum, rastrum, capistrum, hi freni, filii &c. Plus in singulari solum neutri, in plurali omnis, ut hi & hæc plures & hæc plura. Elysium, locus bonarum animarum apud inferos secundum poetas, talis qualis re uera est paradysus. Dicimus adiectiue elysius, a, um, ut elysij campi. Cælum, beatorum habitaculum, & promundo toto aliquando capitur, aliquando pro aere. Varro: Cæli dicitur loca supera Lucretius: Qui totidem uerit cælos. Cic. pro Milone: Nec sol ille neq; cæli. Non ponas igit cum Cæsare inter plurali carètia. Cic. uidetur in neutro genere pro cæli etiam cæla ulur passe. Ita enim libro 9. epist. scribit ad Patrum: Ille putabat te quæsiturum. Num unum cælum esset an innumerabilia, subaudiendum uidetur cæla, teste Clerico, nisi confugiamus ad Seruiam regulam. In subauditione ea ponitur quæ dici nõ possunt, ut apud Vergilium: Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos, ubi per alter nouercam intelligit, teste Seruio. Cælum per similitudinem dicitur palatum, Plinius: Cerebrum uiscere</u>
Cælum	
Cæla	

excellentissimum est proximumq; caelum capitis. Item caelum non heteroclitum, est in-
strumentum sculpendi, vulgo male celtas dicitur. Et in lob mendose celte pro caelo le-
 gitur, licet Lancelorus & Baptista Pius tanquam latino usi fuerint. Aufonius: Talem fe-
 cerunt ferrea caela deam. Argos, hi argi, urbs erat excellentissima prope Athenas, unde
 Argos
 omnes Graeci dicuntur Argui & Argolici. Horatius: Aptum dicit equis Argos, dicesq;
 Mycenae. Vergilius libro decimo: Hercules autorem comitem qui missus ab Argis. Fuerit
 & aliae urbes quaedam hoc nomine appellatae. Specus quicquid dicit Seruius addendum
non est, quia in singulari etiam masculini generis esse probauimus. Frenum, quo equus
 Frenum
 regitur. Valerius Maximus libro secundo: Freni sunt iniecti nobis. Cicero de claris orato-
 ribus: Alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Silius libro quarto: Flecentem assuetos
 imitatur nescia frenos. Ouidius: Tempore lenta pati frena docentur equi. Freno as, id e-
 rego uel cohabeo. Filum, quod ex lino lanaue trahitur nendo, & aliquando pro linea ca-
 pitur. Lucanus: Traxerunt torti magica uertigine fili. Frequentius est fila. †Claustrum,
 Filum
 grammatici dicunt hi claustrum, testimonium non succurrit, ideo haec claustra malim. Est
 autem claustrum, clausura uel quo aliquid clauditur. Vergilius: Portarum ingenia clau-
 strum. Claustrarius, qui facit claustra. Claustritimus, qui praest claustrum & portarius.
 Claustrinus, idem: uel adiectiue ad claustrum pertinet. Rastrum, instrumentum rusticum
 Rastrum
 quo terra raditur. Lectum est etiam hic raster, unde rastellus. Hinc potest plurale uenisse
 hi rasteri. Vergilius: Non rastros patietur humus, non uinea falcem. Terentius: At istos
 rastros interea depone. Capistrum, hi capistri, uel haec capistra: sed magis in usu est hic
 Capistrum
 capistra, capitis uinculum quod iumentis adhibetur ne fugiant. Capistrare, capistrum
 imponere. Item capistrum, est quod circa os brutorum ne cibos decerpant inuoluitur.
 Forum, hi fori, uel haec fora, teste Mancinello cum Diomede. Ego solum haec fora apud
 idoneos reperio. Nam hi fori a significatione nominis forum longe discrepat, ut pate-
 bit in singulari carentibus. Est autem forum locus, in quo res uenduntur, & ubi causae
 aguntur. Hinc forum boarum, ubi boues uenduntur, sic forum lignarium, forum oua-
 rium, & butyrarium, forum piscarium, fori holitorium in quo herbe uenduntur, forum cu-
 pedinis, in quo cupediae, id est, lautiores cibi uenduntur. Diminutiuum est forulum uel
 foriculum. Porrum non addidi propter autoritatem Celsi, qui hic porrus masculinum
 Porrum
 pro hoc porrum utitur libro quarto: Porrus cum pullo gallinaceo coctus sit, inter abun-
 dantia igitur reijcito hoc porrum, haec porra, uel hic porrus, hi porri, genus holeris est
 grauius olentis, cuius folia uiridissima sunt, Graece prason. Hinc porraceus & prasinus,
 id est, uiridis. Martialis: Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros. Idem: In quibus est
 lactuca leuans, & festiue porrum. Vergilius in Moreto: Et siser & capiti nomen debentia
 porra. Plures tamen legunt caepe. Porus unico r significat meatum urinae & sudoris:
 & interim aliarum rerum. Plaustrum, hi plaustri, uel haec plaustra, quidam uolunt habe-
 re. Nos uero haec plaustra tantum, donec autoritate doctissimorum uincamur. Plaustrum
 Clatrus
 uel plostrum, id est, currus. Clatrum, hi clatri, uel haec clara, ut quidam uolunt, nos
 Clatrum
 uero cum Calepino dicimus hic clatrus, hi clatri, hoc clatrum, haec clara. Quidam aspi-
 rant clathrus uel clathrum. Et sunt clathra ligna quibus transtuleris aliquid munus se-
 pimisus, ut fenestras & caueas, quae ob id clathrata dicuntur. Clathro as, cum accusati-
 uo, id est, clathris munio & sepio.

¶ In singulari neutra, in plurali feminina.

Dic epulas & delicias, numerus prior um dat.

Balnea dic uel eas, tantum prior um numerus dat.

Nundinum apud ueteres, nunc usus nundinae habebit.

DE NOMI. HETEROCLISI

Epulū Fauca in singulari sunt neutri generis, & in plurali numero feminini, ut hoc epulū, hæ epulæ, arum, hoc delictum hæ delictæ, hoc balneum, hæ balnea, arum, uel hæ balnea, arum. Hoc nundinum apud ueteres, nūc magis pluraliter tantum hæ nūdina. Dicens de hoc in singulari carentib⁹. Epulum, multis non uidetur esse anomalum, quia aliud in singulari q̄ in plurali significat. Nam epulum est, reſte Valla, conuiuiū pompoſum & numeroſis cribuis paratū. Gellius libro. ii. Solenni die Ioui epulum libaretur. Iuena. Vnde epulum poſſis centum dare pythagoreis. Epule, ſunt cibi quoridiani non modo hominum, ſed etiam beſtiarum aliquādo. Vergilius quarto Aeneidos, Epulaſq; draconi que dabat. Olim dicebant hæ cepula, æ. Diſta differentia aliquando, non ſeruatur, ut offendiſt Calepinus, ideo inter heteroclitica poſui epulum. Vnde eſt uerbum epulor, aris, id eſt, conuiuari & comēſſe. Epulo epulonis. i. conuiua, coepulo, qui ſimul epulatur: Hic & hæc epularis & hoc epulare, id eſt, ad epulum pertinens, ut ſermo epularis, q̄ ſit in conuiuiō. **Delictū** Delictum, hæ delictæ, arum, id eſt, uoluptas & oblectamentum. Marcialis: Delictum paruo donabis dorcada nato. Idem, ſtella delictum mei columba. Catullus, Paſſer delictum mea puellæ. Suctoni. Titus amor ac delictæ humani generis. Olim ſingularē erat delicta, æ. Plau Mea uoluptas, mea delicta. Solinus: Senatu adeo placuit odorū delicta. Item delicta, æ, eſt tigni genus quod à culmine ad regulas angulares inſimas uerſus ſaſtigiātū collocatur. Vnde tectum delictatum & regulæ delictare. Deliquium, id eſt, defectus. Delictum, peccatum, ſomniauit hic Niger ut uidebis in heteroclitis eius. **Balneū** Balneum, hæ balnea, uel he balneæ locus in quo lauamur. Balnearium, id eſt, balneum. Plinius ſere balneæ cum li ſyllaba dicit pro balneæ. Gell⁹ lib. Parū cito balneas ſibi traditas eſſe. Iuu. Cru dū pauonem in balnea portas. Diminutiū eſt balneolū. Balnea, meritoria ſunt publica. **Amygdalū** Amygdalum huc non pertinet: nam hæc amygdalus, hæ amygdali, pro arbore dicimus, hoc amygdalū, hæc amygdala, pro fructu: qui nux Græca & thaſia dicit. Item pro fructu hæc amygdala, æ, hæ amygdalæ, arū. Col. lib. tertio: Amygdalus ſi paſe ferax erit. Palla dius: Græci aſſerūt naſci amygdala &c. Plin. ut notauiſt Torrentinus: Intus nucleus amygdalæ eſt. Hiero. 3. lib. Numeroſe, Qui folijs dilatatis in amygdalas deformati ſunt. Hinc adieſtiū amygdalinus. Sere. Ferē amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibend⁹. **Cæpe** Cæpe, hæ cæpe addit à Diomede & plurib⁹, ſed neceſſe non eſt, q̄ optime in ſingulari hæc cæpa, æ dicitur. Colu. Lachrymoſaq; cæpa. Idem, Cæpam eligit & composito in delicia. Ouidius, Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis, olim pro cæpe, hic cæpiti⁹, & hoc cæpitiū dixere, te ſte Prifciano. A cæpa diminutiū eſt cæpula. Pallad. Hoc menſe cæpulas ſeres. Cæpe uel cæpa, eſt herba nota, habens radicem magnā, quæ ubi decorticat elicit homini lachrymas, ideo lachrymoſa à Columella nuncupatur.

¶ Obliqui Heteroclitici.

Anormes ſeruant obliquos nomina quædam:

Iuppiter eſt teſtis, cum multis ante reſectis.

¶ Multa nomina enormiter faciūt ſuos obliquos, ut caro carnis, lac lactis. Iupit⁹ Iouis, iter itineris, iecur iecoris, ul⁹ iecinoris. Sic hepar, femur, robur, ſanguis, turbo, amo, ſupellex, & plura ante declarata, ſic teſtoꝝ nomina, bacchanalia, ori⁹, ibus, &c. ſic poema in dative abitoꝝ plurali, poematis melius q̄ poematibus. Item ambo, duo, ego, & tu, pronomina &c. Caula in multis eſt, q̄ alij fuerūt olim nominatiui, ut carnis, lacte, Iouis, itiner, iecor, & iecinus, robur, reſte Phoca, hepās, femor, ſanguē, turbē, anien, ſupellectile &c. poematum, dogmatum & cætera.

¶ Vas, iugerum, domus.

Vas uasis ternæ, pluraliter eſto ſecundæ,

Plurali tantum numero sit iugera ternæ.

Attamen effertur cum iugere iugeris apte.

Partim sit quartæ, partim domus esto secundæ.

Vas uasis neutri generis, in singulari est declinationis tertriæ, in plurali secundæ, hæc uasi uasone uasis, quia olim dicebant hoc uasum. Cato apud Gellium: Neq; uasum neq; ue
sumentum ullum est in manu preriosum. Plaut. in truculento: Vasum argenteum. Et Lu
cretius: Rariq; facit lateramina uasi. Diminutiui est uasculū & uasillū. Vascularius, qui ua
sa conficit. Iugerū ri. ro. rū. o rū. a ro. in singulari sedæ est. Inuenimus tñ gr̄m iugeris &
ablatiuū iugere ab antiquo nō iugus aut iuger. Vnde māsit torum plurale iugera, rum,
ribus &c. per tertiam. Colu. Duo actus iugerum efficiunt. Pomponius Mela lib. 3. de Ara
xæ. Euchat plus iugeris. Propertius: Ut multo innumeram iugere pascat ouem. Varro in
primo de re rust. Quod iuga boum singulis iugeribus satis sint. Iugerum est spatium ter
ræ uno die aratæ ab uno pari boum aut equorū. Varro in secunda declinatione abltō plu
rali iugeris ulus est, ut norauit Calepinus. Verba Varronis in. 1. de re rustica sunt: In Hi
spania ulteriore metiuntur iugeris &c. sed magis in usu est iugeribus. Plinius per secun
dam: Serere in iugero temperati soli. Itaque declinemus sic iugeris: Nominatiuo iuge
rum. gr̄o iugeris uel iugeri. dtō iugero. accō & utō iugere. abltō iugero uel iugere: & plur
ntō accō & utō iugera, gr̄o iugerum, dtō & abltō iugeris uel iugeribus. Domus sic fecti:
Nominatiuo hæc domus. gr̄o huius domi & domus. dtō huic domui. accō hanc domum,
utō o domus. abltō ab hac domo. Et pluraliter hæc domus, hæc domuū & domorū. his do
mibus, has domos, o domus, a domib. Est itaq; domus partim secundæ declinationis, par
tim quartæ. De ficus, laus &c. in abundantibus dicemus. Domi gr̄is, locum ædificij deno
tat, & ponitur loco aduerbiū, ut sum domi. i. in domo. Domus gr̄is, ædificium significat,
ut culmen domus. Gellius: Quod pecuniam domus emendæ causa a reo accepisset. Inter
duum significat figurate familiam uel homines, quicquid dicat Lancilotus, ut domus Aa
ron sperauit in domino. Driūs domo rarus est. Horatius ep̄a. 10. Viuere naturæ si conueni
enter oportet. Ponendæq; domo quærenda est area primum. Sic emendati libri habent
in optimo sensu: licet quidam ponēda legunt, & intelligunt præpositionem pro: ut cun
q; est, domui magis in usu est, abltūs domo passim reperitur. Fabius: In domo furtum fa
ctum ab eo qui domi non erat. Olim dicebāt domui. Plaut. in milite: Fugere ex hac domu.
Cic. in Bruto: Hominumq; clarissimorum discipulis floruerunt domus. Iuuenal. saty. 3. Vi
scera magnarum domuum. Tacitus: Initium id perfringendæ domuū. Sic idem a libi fæ
p̄ius. Cice. ad Atticum: Cōcursus sunt ex agris & uicis & domib⁹ omnib⁹. Veteres dicebāt
in gr̄o domos pro us, ut oxor pro uxor &c. Noīa in a tertriæ a multis inter heteroclira lo
cant, q̄a faciūt dtm̄ & abltm̄ plurales in is melius q̄ in bus. ut diximus. a noib. iā abfoletis.

DEFECTIVA.

Defectiua nomina sunt, quibus aliquid in plena declinatione repertum deest, uel
 calus uariatio, ut centū, uel calus aliquando, ut sponte, uel alter numeroꝝ, ut ar
 ma. In his obseruandum est, ne rarenter inuentis passim utamur, ueluti nex, spō
 tis, ne ue apud doctissimos reperitis tanq̄ scopulo ubiq; interdicamus. Sed prius q̄ ad rem
 accedam declarabo casuales formas, que sunt aptora, monoprotora, diptora, triptora, tetra
 protora, pentaprotora, hexaprotora, & producit hæc nomina penultimam, ut declarau in ysi
 ficatoria. Nomen itaq; aptoron est, quod per omnes casus uniformiter currit, ut quatuor
 & dicit ab a. i. line & protsis. i. casus, quasi line casus uariatione. Monoprotum, est quod uni
 cum calum habet, ut natu, aliqn etiam plures, sed qui similes esse solent, ut expes, & dicit
 a monos. i. solus uel unicus, & protsis. i. casus. Diptorū, est qd duas diuersas uoces habet, ut
 uerua ueribus, quia ueruum in usu non est. Dicit a dis. i. bis & protsis. Triptorum, nomen

Vas.

Iugerum.

Domus

Aptotum

Monoprotorū

Diptotum

Triptotum

DE NOMINVM HETEROCLISI.

TerrapTOTum
PentapTOTum
HexapTOTum.

quod tres diuersos casus habet, ut templum, pli, plo: dicit à tris. i. tres, & ptosis. TerrapTOTum, nomen quod in declinatione habet quatuor diuersas uoces, ut puer, ri, ro, rum, à te tras quatuor, & ptosis. PentapTOTum, qđ in declinatione sua habet quinque diuersas uoces, ut dns, ni, no, num, ne: dicitur à pente. i. quinque, & ptosis uel ptotum. i. casus, ut hexapTOTum ab hex. i. sex &c. HexapTOTum, est quod in declinatione sua sex habet uarias uoces, ut unus, unius, uni, unum, une, uno. Diomed. appellat has formas simplicem, unicā, biper titam, ternariam, quaternariam, quinariam, senariam.

Aptota, id est, indeclinabilia.

Nomen in u nullum numero uariabo priore.

Nusquam nomen in i numerosq; notasq; reflecto;

Hinc duo, tres, unus, uolumus cum milia demi,

Et quæ dat centum, testem tibi pono ducenti.

Nullum nomen in u uariatur in numero singulari, ueluti cornu, ueru. Nullum nomen in i declinatur, ut gummi, sinapi, nauici. At frugi nihilq; obliqui sunt figurate quibuscūq; iungibiles, teste Prisciano. Numerorum cardinalium. i. principalium & primosq; unde alij inclinantur numeri, nomina non declinantur: ut quatuor, quinque &c. centum, bis centum &c. mille, bis mille adfectiuum. Hinc excipimus duo, duæ, duo, tres, tria, & principium numeri potius q̄ numerus, unum una unum, hoc mile unico I substantiuum, cuius ab Iatium multi esse, ut cubili ostendit Macrobi. ut declarabo in syntaxi, plurale est milia, liū, libus. Nomina literas, cum dictionibus materialiter (ut loquuntur) positis, aptota sunt, ut a, alpha: g, gamma, ideo Donat. teste Prisciano, non recte digammum dixit: magistri, si dicas, magistri est genitiui casus: nonnunq̄ flectunt, ut ab homine deriuat nemo.

Barbara multa manent non flexa, quibus dato cæpe,

Pondo, pedum, nequam, nugas, hir, fasq; nefasq;

Nil, nihil, instar, ador, tot, quot, cum prole utriusq;

Adde necesse datis, frit, præstoq; pluria iungunt

Indocti, ut rhemis, tu rhemi flectere debes.

Hebraea

Multa barbara, id est, nec latina, nec græca, sunt indeclinabilia, ut Balaam, Ester, Noe, Eleazar, Vriël, autor est Priscianus lib. 5. dicens: Nomina barbara indeclinabilia nõ solū in am, sed in alias quoq; literas terminata, nulla latina uel græca declinatione sunt morderanda, nisi transferant in aliquam formam declinabilem, quod quidam historici fecerunt, ut Abrahamus ab Abraham, Noe Noeus, Cham Chamus. Quædā in suæ lingue idiomate inflexibilia leguntur, quandoq; à latinis declinari, ut Adam, Abrahā, Michael, Bel, Dauid, Bel, quem nostri Belum uocitant, fuit primus Assyriorum rex. post mortem habitus deus. Indeclinabilia etiam sunt, Cæpe, pondo &c. de cæpe autor est Priscianus probans id ex Apuleio in medicinalibus dicente: Cæpe succum melle mixtū. Hic cæpe à neutro cæpe est genitiui casus, teste Prisciano. Pondo, tantum pluralis numeri, teste Phoca, & ego unum pondo (quod recte dici putat Perottus) nusquam legi, dicitur itaq; una pondo, ut una arma. Liui. Argenti pondo bina & sex libras in militem præstaret. Pedum, nõ flectitur, teste Phoca, & est baculus pastoralis, uel uirga incurua, qua pecudum pedes detinent. Verg. At tu tunc pedum, Est etiam Pedum oppidum, cuius incolæ Pedani dicunt,

Bel
Cæpe

Pondo

Pedum

Nequam, nugas, hir, fas, nefas, nil, nihil, instar. i. magnitudo uel imago aut æquiparatio: etiam significat ad æquiparationem. Verg. Instar montis equi diuina Palladis arte ædificant. Probus gr̃m fecit instaris, sed non inuenitur apud autores. Ador, frumentii species sc̃dm uſum non declinatur propter contrarias regulas. prior est, adoro secundam producit, ergo etiam adoris, ut honor oris, ab honore: posterior regula, neutra in or̃ penultimam genitui corrumpunt, ueluti marmor, æquor, ergo etiam ador. Quia uero nō potest utriq̃, neutrum facit, & manet indeclinabile. Ita ratiocinant grammatici, quibus doctissimi non semper obtemperant. Vganius lib. 2. Illam sponte sacros adoris strauisse manipulos. Idem: Hic adoris dat primitias sibi sanguine libat. Idem: Emitat in nubes nidoribus ardor adoris. Aufoni⁹. Mox ador atq; adoris de polline pulviscum far. Hinc adoreus a ſi. Verg. 7. Aeneid. Instruuntq; dapes & adorea liba per herbā subijciunt epulis. Adorea eā, substantiuum i. laus & uictoria: quia uictores a uictis adorant, diminutiuum est adorea. La Claudianus. Hæc omnes ueterum reuocauit adorea laurus. Tor, quot, eū prole totidē, q̃t̃t, aliq̃t, git, cete, tempe, nepet, cim. Subtel, teste Feretto in ultimis syllabis, & est subtel concanū pedis. Quandoq; etiam pro uola capit. Aliqui dicūt per primam uocalem subtal a sub & talus. Hinc subtraharis. Necessē, sic etiam necessum. Frit & præsto, non solum nominatiui & uocatiui casus cōtra quosdam. Suetonius in Claudio: Excusans quidam restem e puincia ab eo uocari, negauit præstio esse posse dissimulata diu causa. Multi, inter quos Priscianus, dicunt pus non declinari, ego non uerebor cum Plinio & Cornelio Nepote & Cornelio Celso declinare pus puris, uideto genera & declinationes nostras, quia Seruius opinionioni nostræ astipulat in illud secundo Aenei. Heu quæ nunc tellus &c, dicēs: Pus declinat ut thus, nec me later Capell. Prisciano concinere, sed dicta placent. Virus multa aptorum esse arbitrantur, quibus minime assentior, quia Diomedes, Phocas cū Sergio dicant uirus declinati uiri uiro &c. Lucan. Liquit em̃ supra terræ primordia uiri. Idē lib. 2. Concoctosq; suo contractus perdere uiro. Mallem certe cum Lucretio dicere suo uiro, q̃ cum grammaticis suo uirus. Est aut̃ uirus grauis odor. Plini. Prodest & ad uirus alarum. Capitur etiam pro ueneno &c. Pyr. i. ignis, ad Latinos non pertinet, nec est indeclinabile, quia teste Mancin. flectitur pyr pyros pyri pyr o pyr. Pars indeclinabilis loco nominis manet indeclinabilis, ut ergo pro causa, auere, cras, mane, quicquid dicat cum Seruio Sergius, uide nostra gr̃a. Diome. aptoris addit Præneste, alij etiam gaulape & præsepe, quod tñ Iuuenius declinat. Pastores prope re ueniunt, puerumq; iacentē præsepis gremio cernunt. Badius in generibus adiungit muthul, & iader. Indocsi grammaticæ addūt gr̃æca in on neutri gen. ut epitheron, dialyton &c. quæ tu declinabis ut nomina in on. Persius: Crimina raris librat in antithetis. Addūt etiam nomina oppidor & pagorum in is, ut Bergis, Brugis &c. quæ cū doctissimo Badio declinabis, Brugæ ap̃ &c. Campis, Rhemis &c. tu dicito campis cāpor, rhemi oz &c. ut gabij, ueij, tarquinij &c. sic parrhisij oz. Tacitus: Suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliæ: ciuitates in rhemos conuenere, & paulo post: Iulius auspex e primoribus rhemoz. ita Sidonius rhemos uenistē dixit. Doctissimi disputant an officiorum uocabula a manu, a pedibus, & similia nomina sint aptora an orationes. Badius citra cōtrouerſiam doctissimus censet orationes esse: quia Cicero dixit ad Atticum: Seruum a pedibus meis misi Romam, si nomen esset a pedibus nō meis dixisset (inquit Badius) sed meum. In omnibus autē talibus intelligi uidet hæc clausula, cui uel quibus indictum est officium a pedibus, a responsis, ab extis &c. Alij inter q̃s sunt Antonius Sabellicus, Domitius Calderinus, & Ambrosius Calepinus dicūt hæc esse nomina cōposita figuræ, aptora in utroq; nūero, quib⁹ uix unq; addunt adiectiua: unde ap̃ Cic. multi libri nec meum nec meis habent, sed sic: Pollucem seruū a pedibus misi Romā. Seruus a pedib. est quē aliquo mittimus. Seruus a manu, q̃ in literis scribēdis utimur, hic a Suetonio Amanuēsis dicit. Et dicuntur hæc etiā de feminis. Suetonius in Vespasiano: Post uxoris excessum Cænidē Antonia libertā adamauit, & a manu dilectā quōdam sibi reuocauit in contuberniū. A studiis, cuius opera in studiis literarū utimur: sic ab epistolis,

Instar
Ador

Subtel

Præsto

Pus.
Virus

Pyr

Præneste.
Gaulape
PræsepeOppidorum
nomina.
Parrhisij
Rhemi

A manu

A pedibus

A studiis

à secretis, à responsis, à libellis supplicibus, à rationibus, à commentarijs &c. Echo cum argo, non esse aptorum alibi ostendimus.

¶ Nominatio singulari carentia cum paucis alijs.

Vix retinent rectum frondis, cum femine frugis.

Cum ditione dapis, precis, & necis, & uicis atq̃

Remigis, addis opem nisi diuam significaris,

Verberis adijcto, primoris Seruius addit.

Aleo dat rectos ut ganeo, inngitur expes.

Ganeo uult etiam quartum, satias dabit ate.

Non later aut uiscus cum doctis ferre uerebor.

Nex, remex, & daps parce utens pulchra putabo.

Frondis &c. carent nominatio, ganeo, & aleo cū expes solum sunt nominatiui & uocatiui casus, ganeonem aliquando legitur. Vehemens est apud grammaticos de eclipticis dissensio, ideo doctissimos semper imitandos esse affirmo oratores, historicos, & poetas, dum hoc seruemus, ut raro inuentis raro utamur: nūc declaremus more nostro singula. Frondis, Vergilius tamē frons tenera dixit: sic plures antiqui. Feminis ni, à femine: & pluraliter femina integrum est. Festus nominatio femem utitur. Sūt autē femina interiora, femora exteriora: differentia tamen saepe confundit. Frugis, gi, gem, &c. Ausonius cum ueteribus nō frux utit. Ditionis, ni, nem, à ne, licet Diomedes & Phocas tm ditionem putent reperi. Tacitus: Pro armenijs semper ratione ditionis. Idem: Gentem suam ditioni nostræ subijceret. Gel. lib. 5. Alienæ ditioni subijci. Idem. lib. decimoseptimo: Quas sub ditione habuit. Ditionis, i. potestatis aut imperij. Dapis, pi, pem, à pe. Plurale dapes integre est. Liui. Andronic⁹ nō usus est dicens: Quæ hæc daps est, quis festus dies? Caro: Daps profanata. Dapes, sunt magnifici & opipari apparatus ciborum. Dapalis cœna, id est, laeta & opipara. Precis, ci, cem, à ce, id est, mors uel cædes. Cicero nex dixit, ut Quintilianus libro quinto: Larroni quæ potest interri iniuncta nex: Sic apud Plinium quoq̃ inuenies plurale neces in nominatio, accō, uocatioq̃, cæteris caret. Ausonius: Sera uenento potui abstulit Annibalem nex. Silenna: Quoniam neq̃ mea nex neq̃ intercessio posse uidetur illorum de mente reprimere audaciam. Ambrosius libro de paradiso: Nempe diabolo autore neces uidentur iustis hominibus preparari. Vicis, uici, uicem, uice, plurale uices, uicibus genitiuum nō reperi: & in singulari uicis & uici rarissime leges. Vices, sunt alternatio, aliquādo pro loco capimus, ut faciam uice tua, id est, pro te. Item pro fortuna uel incommodo. Tullius: Republicæ uicem doleo. Inuenies huius dictionis plures significationes. Vicissim, id est, per uices. Vicarius, qui alterius uice fungitur. Vicissitudo, per uices mutatio. Terent. Omnium rerum uicissitudo est. Remigis, nominatio remex, aliquot doctissimi usi sunt. Currius: Reme x militis officia turbabat. Propertius: Iam licet & stygia sedeat sub arundine remex, sic etiam Sere. Opis, opem, ab ope, datiuus opi uix legitur, id est, potestatis & auxiliij, plurale opes integrum est, quod significat potestatem uel auxilium, & sapissime diuitias. Vergilius: Nec spes opis ulla dabatur, id est, auxiliij. Idem: Grates persoluere dignas non opis est nostræ, id est, possibilitatis. Idem: Non hæc humanis opibus, nō arte in gūtra Eueniunt, id est, auxilijs aut uiribus. Horatius: Donec

Frondis.
Femen
Frugis
Ditionis

Dapis

Precis
Necis

Vicis

Remigis.
Opis,

minor in certamine longo implorauit opes hominis, id est, auxilia. Marti. Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus, id est, diuitiæ. Opulentus, diues. Opitulari, id est, auxiliari. Ops opis, quando integrum est significat deam .i. uxorem Saturni, & est dea terræ. Inops, pauper: ueteres teste Capro, ops pro opulento, & cops pro copioso dixere. Opis nomina tui casus est cuiusdam nymphæ nomen. Verberis, ri, à, re, datiuus cum nominatio uerber rarissime legitur: plurale uerbera integrum est. Lucanus apud Phocam: Ad laxū quo ties ingenti uerberis ictu. Significat uerberandi instrumentum. Verbero, onis, uerberib⁹ dignus. Primoris, teste Seruio, id est, primi & principalis, declarabitur latus in singula ri carentibus, ubi recte sentire Seruium manifeste declarabo. Visceris à quibusdam adijci tur frustra Suetonius in Vitellio: Viscus & farra pene rapta è foco manderet. Lucretius lib. primo: Viscus gigni sanguenq; creari hoc nominatio uel accusatio uiscus usi etiam sunt, teste Mâcinello Lucilius, Serenus, & sapissime Celsus. Viscera proprie intestina dicuntur: Seruius ait esse quicquid sub corio est, id est, omnem carnem inter ossa & cutem. Eui sero, id est, uiscera extraho. Visceratum, per uiscera. Lateris, ri, rem, à re, plurale lateris integrum est, iungunt quidam: genitiuus & datiuus singulares uix reperiuntur: nominatiuus later apud doctos inuentus est. Varro apud Marcellum: Later quem conquadraui, Lateris, Vitruius uetus autor: Siue silex siue cæmentum aut coctus later siue crudus his erit utrum, propter hæc negat Lancilotus later esse eclipticum. Later, est lapis coctus. Aleo, id est, aleator, nominatiuum & uocatiuum solum habere dicitur. Carullus: Nisi impudicus & uorax & aleo. Ganeo, id est, heluo & icortator, nominatiuum, uocatiuum, accusatiuumq; habet apud Ciceronem, raro alios casus. Expes, sine spe, nominatiuus & uocatiuus solum est. Satiæ, id est, satietas, nominatiuus & uocatiuus habens solum ablatiuum satiate apud Lucilium. Teren. Vbi satias me cepit commuto locum. Pro eodem dicitur saties in nominatiuo & uocatiuo sine obliquis. Sill. libro. 4. Nec finis satiæ uel noui sed sanguinis ardor. Gellius libro septimo: Quorum saties nunquam est. Nebrissenis accusatio satiem usus est: Diuitiæ gignunt satiem satiesq; superbum.

¶ Vocatio carentia.

Quærens, distribuens, infinitumq; negansq;
Et referens, uocitante carent: pronomen ut omne,
Quattuor exceptis, noster, nostras, meus, & tu.

¶ Vocatio caret interrogatiua, ut quis, qualis. Distributiua, ut quisq; omnis, cuius plurale omnes, collectiue aliquando capitur, & sic uocatiuum habet. Infinita, ut aliquis, siquis. Negatiua, ut nemo, nullus, neuter. Relatiua, ut qui, talis. Omne pronomen præter tu, meus, noster, nostras. Seruius tamen ait in illud duodecimi Aeneidos: Esto nunc testis & hæc tibi terra præcari. Hæc potest esse uocatiuus, quasi dicat: O Italica terra testis esto. Sic Valla docet sui uocatiuum habere posse, ut defendite Cæsarem o sui milites. Meus uocatiuum facit mi. Mi etiam pro mihi datiuus est. Item mi est blandiendi interiectio. In libro Ruth: Reuertere filia mi. Plau. in Cibella. Mi saturitas. Apuleius: Mi Phoris. Hieronymus. Mi Paula. Bini termini & c. uocatio carent: quia distributiua includunt. Ambo magis collectiuum est quam distributiuum, ideo uocatiuum habet teste Nebrissenis. Causa cur aliqua uocatio carent secundum Priscianum est, quia uocatiuus ad præsentem uel quali præsentem dirigitur, id hic fieri nequit, ideo uocatio carent.

¶ Soli Ablatiui.

Est ablatiuus nonnullis solus in usu.
Obijce, sponte, diu, noctu, natu, impete, iussu,

Ops

Verberis

Primoris
Visceris

Later

Aleo
GaneoExpes
SatiæHæc
Sui
Mi

**Astu cum promptu, permisso, flamine iunge,
Impetis, & spontis, flamenq; leges aliquando.**

Obijce

Sponte
Spontis

Spons
Diu
Noctu

Natu
Impete
Impetis

Impetibus
Iusu
Astu
Promptu

Flamine
Compitibus

¶ Quaedam in singulari numero solum ablati in usu habent, ut obijce, sponte & caetera, obijce, ntis apud grammaticos aliquando ponit obex, id est, obitaculum, in plurali obijces & obijcibus est in usu, obijcu nusq; inueni. Sponte, id est, uoluntate propria, & sua sponte natura sine hominis labore. Vergi. Sponte sua laudix nascentes uesitiet hagnos. Citus est in rariore usu spontis: quo tamen interim ornate uteris. Varro libro secundo: Spontis suae stauerat finem. Gelli^o libro decimotertio: Spontis suae mortem manet. Colu. libro duo decimo: Neq; suae spontis aquam ministrare patitur. Philolpbus libro secundo epistolaru ad Thomam Senecam: Perferre facile consueui hominu iniurias, praesertim eorum qui suae non sunt spontis, id est, propriae uoluntatis, aut sanae mentis. Aufonius nominatiuum ponit in monosyllabis. Sponte ablatiui casus q; rectus erit: Spons. Sed minime in usu est ille nominatiuus. Diu, id est, die. Noctu, id est, nocte: plerunq; aduerbia sunt: nonnunq; etiam nomina sunt, ut celebres grammatici docent. Ennius apud Gellium: Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti inuentia concubia. Idem: Hac noctu filo pendeat heru ria tota. Quadrigarius: Senatus de noctu plurima conuenire. Natu, id est, natiuitate & aetate. Maior natu, id est, annosior. Impete, id est, impetu, ab antiquo nominatiuo impes. Unde reperitur grus singularis impetis & ablatiis impetibus. Papin. libro septimo The bai. Transiit campos aurigamq; impete ualto. Sil. libro sexto: Nec frustra rapidi stimu lante dolore fuisse impetis. Lucreti. libro primo: Quamlibet in partem tradit res ante ruuntq; impetibus crebris. Iusu, iniusu, permisso, fatis declarata sunt. Astu, id est, astutia, calliditate. Terenti. Astu rem tractauit. Astu, pro oppido, neutrum est ut cornu. Dicitur aliqui astus, pro calliditate, in nto & uocatiuo singulari, in plⁱ hi astus, hos astus, o astus, si ne genitiuo, datiuo ablatiuoq;. Promptu, id est, manifesto, Cicero lib. i. officioru: Quae quanquam ita sunt in promptu, ut res disputatione non egeat. Promptus, a, um, id est, ad agendum paratus. Flamine, plurale flamina integrum est. Cicero nto flamen usus e, ut in generibus probauit. Columella a ueteri nomine compes ablatiuo compitib. utitur dicens in libro secundo de re rustica: Veprib⁹ compitibusq; congesta colligere. Notat hoc Antonius Nebrissenis,

¶ Quibus desunt Citus, Dris, & Ablatiuus plurales.

18
Plurali numero cum sexto tertius absit,
Et patrius quintae: res atq; dies capis inde,
Talia sunt ius, thus, aes, os, far, defruta, morum,
Hordea, mulsa, forum, uinum, mare: iungito rus, mel,
Oribus, & uinis, & plura legendo notabis,

¶ Nomina quintae declinationis in plurali carent grō, dtō, & ablatō. Hinc excipiuntur a Prisciano tantum duo, res reru, dies dies: Carent secundum grammaticos eadem castibus, ius thus & caetera, quib. aliqui plura iungit, ueluti nex, & quantum ad gen^m crux, lux. Item labes uehes. Addit adhuc plura Lanctorus, quae passim obiter a nobis declarantur. Grammatici loquuntur de frequenti usu autorum, quia, oribus, uinis, & plura reperiuntur, sed rarer: quibus interim non affectate magna cu elegantia utemur. Videamus iam singula. Facieru utif apud Priscianu Caro: Earu facieru signa domi pro supellecili

Facieru

statuere. Cice. in Topicis ostendit minus Latine dici *specierum* & *specieb.* ita scribens: In diuisione formæ sunt quas Græci ideas uocant, nostri siqui hoc forte tractant, *species* appellant, non pessime quidem, sed inutiliter ad imitandos casus in dicendo. Nolim em̄ nisi Latine dici possit *specierum* & *speciebus* dicere, & sæpe his casib. utendum est: at for mis & formarum uelim. Iuniores ut Boetius, Sidonius, & Donatus pluresq; non uerentur dicere *specierum* (*specieb.* facierū faciebus, acierum aciebus, *spebus* & *ipes*, materierū materieb. progemerum, *pgenebus*; quibus parcissime uti uelim. Boeti^o in Categorijs: Harum *specierū* genera. Sidonius *specieb.* & *spebus* dixit satis noue & dure. Apuleius q; in lib. de mundo: Perseuerantiam amicitiaē inter se dedit elemētis *specierum* ipsarum partitio. Ius, interpres Halicarnassæi usus est ablatiuo iuribus, dicens lib. 11. Si non equis uterent iuribus. In Plinio, teste Sabellico, mendose iuribus, p iura legitur. Ego in. 3. Plin. capit. 4. iurib. agrorum legi. & cap. 21. Petunt in ea iura iuribus descriptis in decurias. Vi detur mihi menda iuribus, p uribus. Genitiuus est apud Plautum: Omnium legum atq; iurū fīctor. Aes, olim in usu erat etum & ærib. Cato: Minus duob. millib. ducentis sit ærū equestrium. Idem: De æribus equestribus de duobus millibus actum. Os, quando grūs est oris, non uereret orium & oribus dicere, quia doctissimi ita non multum raro loquunt, Plini. lib. 20. Vitia orium graueolentiamq; lanare affirmat Cato. Vergil. 8. Aeneid. Com ponens manibusq; manus atq; oribus ora. Idem lib. 10. Quinquaginta oribus ignem pe storibusq; arfisse. Tul. de natu. deorum, etiam oribus dixit. Hos bene imitatur Baptista in Catha. Pingitq; simillima nostris oribus ora. Defrutum, est uinum coctū ad mediam usq; partem, a deferuendo dictum. Defrutare, est mustum decoquere ut delrutum fiat. Hinc defrutarius, a, um, ut uas defrutarium, id est, ad defruta idoneum. At sapa est mustum ad tertiam partem decoctum. Mustum, est nouum uinum, nec est eclipticū contra quosdā, quia Ouid. mustis & multa dixit. Neq; addes treta uel frumenta. Vergilius, Mox & frumentis labor additus, Columel. Atq; ut litorum sic & frerorum differentias nosse oporteat. Fretum, id est, mare. Apuleius, Oceaniq; fretis centeno iungitur anni. Morum, fructus arboris mori & ruborum. Mussum, portio dulcis ex uino & melle, uulgius barbarum medonem dicit. At mulla mullæ, est portio ex aqua & melle. Forum ante declaratum est. Vinum plurale apud doctissimos interim reperitur, nec imitari sine affectatio ne dissuadeo. Plin. 14. Vnum in quo lapores plures sentiuntur ut uinis, nanq; his & austerus & acutus & dulcis & suauis. &c. Et cap. 6. Vinorum flamma accenditur, & 14. Cætera uinorum medicaminis, tanta uis est. & cap. 9. Colores uinis quatuor. Sic in eodem lib. persæpe. Seneca quoq; crebris uinis mensam distractam ait. Mare plurale, integrum reperitur, & parce imitari poteris. Næuius apud Priscianum marū per *lyncozam* pro marium a maria inclinauit. Cæsar in commentarijs, Paulo latiores quā quibus in reliquis maribus utimur. Curtius libro quinto, Mare caspium dulcius cæteris, ingentis magnitudinis serpentes alit. Rus, lectus & drūs & ablatiuus ruribus. Plinius in episto. Fontibus ruribus & agro. Rus est locus extra urbem ubi agri sunt & uillæ. Hinc rusticus & rusticanus ruralis & rurestris &c. Mel, cui plura iūgi possunt ul' raro uel nunq; habentia dictos casus ut hyems, fel, crux & cætera.

Reliqua certis casibus carentia.

Cætera, masculעי rectum remoueto priorem.

Dic fors forte, luesq; luem, maeti dato maete,

Tantundem solum tantidem debet habere.

Cum primo quartum quintumq; specus petit, & plus

Specierum
Speciebus

Ius

Aes
Os

Defrutū

Mustum

Fru mentum

Fretum

Morū

Mussum

Vinū

Vinorum

Vinis

Mare

Rus

Pluris & à pluri neutrum, plurale sit omne.

Suppetiæ, inficiæ, dant quartum; dica dat as am.

Dēq; ueru ueruum tollunt; grates dato fratres.

Gratis, grate, leges; repetundarum, repetundis.

Vis, uis, uim, uī, dat, quondam has uis, nunc fero uires,

Aufim cum magno Fabio bene dicere tabum.

Cætera

Fors

Lues

Maçte

Tantundem

Specus

Suppetiæ

Inficiæ

Dica

Grates

Repetundarū

Vis

Tabū

Tabes

Hæc cætera, hoc cæterq; nominatiuū singularē in usu non habet q̄ esset cæter. Hæc fors
ō fors, a forte, id est, fortuna uel euentus. Teren. O fors fortuna. Ver. Forte sua liby cis tē-
pestas appulit oris. Inuenies utrūq; aduerbiacere. Lues, hanc luem, aliquē etiam ab hæc
lue, id est, contagio, aut pestis. Oui. Dira lues quondā latias uitiauerat urbes. O Maçte &
pluraliter o maçti: dictiones qbus aliquē laudamus, quasi magis aucte, magis aucti, cū ex-
hortatione ad uirtutē aut gloriā, Verg. 9. Aene. Maçte puer uirtute noua sic itur ad astra.
Plini. lib. 2. Maçti ingenio cæli interpretes. Olim maçtus, a, um, integꝝ erat. Lucre. lib. 5.
Vt nunc sæpe boues luci ferro male maçtæ. Tantundē, tantidē, tantundem, cæteris caret.
Specus, in ntō, accō, ut dōq; dū est neutri generis, specoris, specori, specore, in usu nō sunt.
Hoc plus, hui' pluris, hoc plus, ab hoc pluri Plurale hi & hæc plures, & hæc plura, integꝝ
est. Hæc suppetiæ, has suppetias, i. auxilia. Plau. in Epid. Auxilia & suppetiæ mihi sunt do-
mi. Venio tibi suppetias, Inficiæ, has inficias, i. negationes. Eo inficias, i. nego. Inficior in
ficiaris idem. Hæc dica, hæc dicam, has dicas, i. acculatio uel causa. Cic. Scribitur Heraclio
dica. Leges etiam ablitm dica apud Autonomi. Teren. in Phor. An unq; iniurias; audisti mi-
hi scriptam dicā? Veruū genitiu' in usu non est. Grates sine gtō, dtōq; uel abltō plī, in sin-
gulari solum habet grm gratis, & ablitm grate, & significat gratias. Verg. Grates persol-
uere dignas non opis est nostræ. Cic. in. 6. de repub. Grates tibi ago summe Sol. Idem in
orat. Quū gratis causa nihil facias. Hæc repetundaz, ab his repetundis tñ, scilicet pecu-
niar, aut rez; principi aut populo surreptarum. Plura uidebis in Syntaxi. Vis, huius uis,
hæc uim, o uis, a ut. Et pluraliter has uis apud ueteres. nūc ab antiq; singulari dicimus hæc
uires, uirum, uiribus, &c. Tacitus de oratore. Plus uis habeat q̄ sanguinis. i. roboris. Et tñ
significat uiolentiā. Verg. Fit uia uī. Item uis, i. multitudo & copia. Sallust. Secūda tēpesta
te ex Ponto uis pisciū erupit. De plurali uis, Sallu. in. 2. historiarū: Male iā assuetū ad oēs
uis controuersiatū. Lucr. in. 2. Sed q̄ multarū rerū uis possidet in se, Atq; potestates. Huius
tabi, ab hoc tabo tñ ut grāmatici uolunt. Quin. tñ tabum dixit, quē non formidabo imi-
rari. Aut em in pastu cadaueris, Nūc occurrunt effusa p̄cordia, & liuide carnes & exp̄sum
dentibus tabum. Caret tñ plurali ut tabes qd idē significat, scilicet consumptionē & cor-
ruptionem morbumq; & sanem sanguinemq; corruptum. Ver. Et terram rabo maculāt.
Hinc rabeo, rabelco, rabidus, rabifico, tabefacio. Genitiuus tabis, & datiuus tabi, rariss-
me leguntur. Later & iugeris iugere &c. fatis fuerunt ante declarata.

‡Plurali numero carentia.

Propria plurali, nisi sint pluralia tantum,

Cuncta carent: cum mensuratis herba, frutexq;.

De specie loquimur; tamen hæc quandoq; leguntur

Plurali numero, partes ubi significamus;

Sicut uina, fabæ: plurale tenent quoq; raro

Abstractum nomen quintæ, nomenq; elementi.

Plurali numero carent propria nomina quarumcunq; rerum, nisi sint tantum pluralis numeri, autor est Priscianus. Exempla sunt propria uiros, ut Iohannes, Iacobus. Et mulierum, ut Anna, Phyllis, Montium, ut Osa, Olympus. Sic oppidorum, planetarum &c. ut Venus, uesper, uesperugo, sic uespera & uesperum, Mars, Sol &c. Dixi, Nisi sint pluralia tm, propter Athenæ, Gabij, Artaxata &c. Inuenimus pluraliter Iacobos, Scipiones, Hæctores &c. At sic propria non manent, sed equiuoca, ut scit logicus: nihil enim potest uniuoce significare solum partem hominum: ideo aliter homo plurale homines facit, q; Hæctor hæctores, in qua re hallucinat Lancilotus, sed nolo hic nimium philosophari. Quando igitur plures eiusdem nominis, aut similes significare uolumus, possumus plurali uti, Antonij, Scipiones, Platones &c. & adiectiua reddere ut appellatiuis: ueluti tres Antonij, multi Hæctores &c. non ut grammaticæ uolunt, duos quorum uterq; dicebatur Petrus, aut triplicem Petrum, nisi tricornem, aut tripitem significaueris, qualem Cerberum, aut Geryonem fuisse fabulantur. Cicero tres loues & quatuor Veneres dixit. Ouidi: Et multos illic Hæctores esse puta. Martialis: Duos Senecas unicumq; Lucanum. Cicero ad Brutum: Qd scribis mihi trium Antoniorum unam eandemq; causam esse. Galliarum, & Hispaniarum ager dicimur, quia est Gallia comata, togata, bracata, belgica, celtica &cæ. Hispania superior, inferior &c. Argos hi argi: menalis hæc menala &c. abundantiæ sunt, ut hæc fidenæ uel hæ fidenæ, hæc cumes, uel hæ cumæ ager, hæc mycena uel mycene, uel pluraliter mycenarum, & plura oppidorum nomina, quia singulare & plurale sunt penitus synonyma. Verg. Argolicæ uel mari depressus & urbe Mycena. Papin. s. Thebai. Viue superstes abi dicitur ad mœnia Thebes Solus abi. i. Thebarum. Sic Iuuenalis: Atq; uetus Thebe ceterum iacet obruta portis. Sic propter magnitudinem Romæ Horatius urbes pro urbē dixit: Post q; cœpit agros extendere uictor Et urbes latior amplecti murus. At Venetia regio est: Venetiarum, Venetiæ urbs. Minus enim plurale nonnunq; significat q; singulare, ut terræ arum, q; terra. ¶ Secundo singulari carent nomina rerum, quæcunq; referuntur in pondus uel mensuram, ut nomina metallorum, aurum, plumbum, ferrum, argentum, stannum &c. Nomina frumentorum, ut triticum, siligo &c. Et leguminum, ut eruum, cannabis &c. & multa alia, ut lac, butyrum, lardum, seuum &c. Loquimur aut de specialibus, nam generalia plur declinari nihil impedit, ut metalla, aquæ, liquores, frumenta, legumina &c. Quin etiam specialia in plurali numero quandoq; leguntur, ubi partem significare uolumus, ut uina, hordea, pisæ uel pisa, fabæ, æra, electra, terra, destruta, mella, balsama, cinnama, quibus uix sunt in plurali genitius dicitur uel ablatius. Sic lentes, auenæ, lupini, fraga, acetæ, cuius datiuus uel ablatius aceris rarissime legitur. Sic mulsa, musta, aliquæ etiam mustis &c. Item herbarum fruticumq; nomina raro pluralem habent, ut apium, filer: nonnulla aliquæ habent, ut lilia, & apud Ouid. lolijs, croci, hyacinthi, lilia, rosæ pro floribus & herbis, citrini, pro quo barbæ citrulli dicunt, teste Torrent. ruta, cæpe, porri, myrica, geniste, uiburna cum multis alijs. Declaranda sunt nonnulla uocabula huius regulæ. Metallum est omnis dura materia in terræ uisceribus nata. Nam Plinius etiam lapides uocat metalla. Isidorus ponit septem nomina metallorum magis uulgata, aurum, argentum, æs, electrum, stannum, plumbum, ferrum, sub quibus intelligitur orichalcum & chalybs. Aurum, ab aura, i. splendore nomen habet. Aureus, ex auro factus. Auratus, cui superficies aurea est. Auraria, locus unde effoditur aurum, sic argētaria, ferraria &c. Argentum, græce argyron dicitur. Hinc philargyria. i. amor argenti, scilicet auaritia. Electrum, mixtura quædam auri & argenti. Plin. lib. 34. Aus: in quo quinta argenti portio est, electrum uocatur. Electrum etiam est succinum, id est, gummi uel lachryma aut succus ex arboribus pinei generis profusus. Barbari glistum uocant, Orichalcum, æris species à montibus dicitur è quibus effodit: oros

Venetiæ

Metallum

Aurum

Argentum
Electrum

Orichalcum

DE NOMINVM HETEROCLISI

Lardum
Seuum
Minyum
Hordeum
Siligo
Zea
Alica
Pannicum
Miliun
Legumen

Iuuentus.
Iuuenta
Iuuentas
Socordia

Amicitia

Memoria
Elegantia
Philosophia

Masculina

mons est, chalcon æs. Male dicitur aurichalcum. Inuenitur utrunq; p̄r. Martial: Vera mi-
nus flauo radiant electra metallo. Papi. Emicat effigies & sparsa orichalca renident. Nec
dicas duo ferra, sed duo fermenta. Lardū uel laridum, caro porcina, p̄r reperitur. Ouidi-
us. i. Fast. Pingua cur illis miscetur larda diebus. Seuum, est pingue durum in bobus
unde fiunt candelæ quibus quoridie utimur. Minyum. i. rubrica, terra rubra. Frumentū,
spicis continet, ut hordeum, quod pluraliter reperit. Verg. Grandia sæpe quibus manda-
uimus hordea sulcis Intelix Ioliū & steriles dominant auenæ: ubi etiam auena habet plu-
rale. Siliginem Plinius dicit esse delicias tritici, & optimum fieri ex siligine panem: ideo
Torrētinus credit siliginem esse quod uulgo triticum dicitur. Zea, quoddam frumentū
orientis & Campaniæ, per excellentiam semen dicit. Hinc fit alica, gorte. Pannicum, qd-
dam frumentum, cuius grana in diuersis locis collecta sedent sicut panniculi. Miliun, par-
uum semen, unde fit puls. Legumen, est quod folliculis continetur, ut faba, pisa, lupinus,
eruun, utra &c. Melo putant barbary, utitur tamē Palladius. Citrinus, est cucumeris spe-
cies. Canabis &c. Plurale tenent quoq; raro. Sententia est: Nomina abstracta. i. subitan-
tia ab adiectiuis deducta, cum nominibus quintæ declinationis, & nominibus element-
orum raro tenent plurale nunes. Exempla de abstractis: Iuuentus. i. ætas iuuenilis, & ipsi
iuuenes. Iuuenta. i. ætas iuuenilis. Iuuentas, dea iuuenturis, grō iuuentatis. Iuuenilitas, id
est, iuuetā. Socordia & uecordia. i. stultitia. Sic parisonia, castimonia, memoria, eloque-
tia, sapientia, sophia, philosophia, diligentia, negligentia, elegancia, auaritia, iustitia, in-
fania, amentia, paupertas, prudentia, inopia, amicitia, sed inimicitia sæpius pluraliter di-
citur. Parcitas, pernicitas, adoleſcētia, pueritia, infantia, clementia, facundia, humilitas,
senium, marcor, charitas, pinguitudo, senectā, senectus, poetica, dialectica &c. Exempla
de nominibus quintæ, ut fides, rabies, pernicies, caries, dies pro tempore. Samies, sanguis
corruptus &c. Exempla de nominibus elementorū, terra, aqua, aer, ignis, quæ pluralē ad-
mittunt omnia præter aer, ubi non totum elementum, sed aliquas partes significamus.
Habent quoq; pluralem ex alijs complura, ut sine dubio dies & res cum pluribus quintæ
declinationis nominibus, & multa abstracta: ideo dixi, non semper, sed raro. Celsus Cice-
roni: Solet infirmorum amicitias sibi qualibet impensa adiungere. Plancus ad Ciceronē
lib. 10. amicitias pluraliter dixit. Sic ipse Cicero lib. 1. ad Atticum: Illæ ambitioſæ nostræ
fucosæq; amicitie sunt in quodam splendore forensi. Quid. Turpe quidem dictū, sed si mo-
do uera fitemur Vulgus amicitias utilitate probat. Ne uerearis hos uiros imitari. Tacit⁹:
Multorum amicitijs innixum. Item: Cice. lib. 7. ad Atticum: Soles conglutinare amicitias
reſtimonijs tuis. Gell. lib. 2. Qui se ad literas memoriasq; ueteres dediderat. Item lib. 3. Ita
in ueterib. memorijs scriptum legimus. Victruuius quoq; memorias gradibus dixit. Gel-
lius lib. 2. Curas uocum yborumq; elegantias. Idem sæpe philosophias dixit, ut li. 5. Sum-
prum ministravit & philosophias docuit. In sacris: Ego iustitias iudicabo. Gell. li. 3. Petu-
lantias distoꝝ. Cicero etiā charitates dixit. Celli⁹ ignauias, infidias, iniurias: atq; alij alia,
sed raris raro utendum est. Senectā per se bene dicitur, quamuis olim cum additione ſene-
ctæ ætas semper dicebant. Taci. Flaccum spernebat senectā ac debilitate pedum inualidū.
Inuenies plura in plurali numero, sed ut sæpe dixi, raris raro utere: neq; a summis uiris
aliquando dicta, nisi fuerint penitus obſoleta ut antiquissima omnino, tāquam colubros
fugito.

Raro pluralia.

Vix plurale tenent, limus cum sanguine, fumus,
Et fimus, & mundus, muscus, cum nemine pontus,
Captorum carcer, sopor, & puluis, penus, uncus,

Cestus, ceu cultus pro auro, ros, & genuinus.

Gloria, fama, lues, ~~ca~~, galla, fames, fuga, uita,

Culpa, strues, pax, gaza, salus, cumq; indole, arena,

Mors, tussis, proles, tabes, labes, sobolesq;

Talis cum cholera, sitis atq; humus, & pituita,

Lux, plebs iungantur, pubes, contagio, bilis.

Hir, caenum, fel, pus, uer, nectar, ador, nihil, hepar,

Nil, iubar, & nihilum, gluten, uulgus, pelagusq;

Aeuum, fal, barathrum, cum manna, mammona, pascha,

Iustitium, foenum, uirus, cum mane necessum,

Atq; necesse, salum, solium, fas, instar, & halec.

Adde nefas, letum, uirum, uiscum atq; macellum,

Et nitrum, spicum, sinumq;, geluq;, solumq;,

Atq; lutum: Sunt his qui longe plura notarunt.

Si bene discutias doctorum scripta uirorum,

Multa secus cernes q̄ lex uult grammaticorum.

Raro habent pluralem numerum: haec nomina, limus, sanguis, fumus, &c. quibus aliqui plura iungunt ut declarabo. Multa tamen contra grammaticorum regulas inueniret quisq; doctissimorum monumenta diligenter euoluerit, sed parce inuentis parce utamur: neq; uti formidemus nimium. Limus. 1. caenum & terra madida. Lutum, idem. Sanguis, in sacris solum pluraliter legi, ut uir sanguinum. Fumus, Martialis: Vendere nec uanos circa palatia fumos. Caesar pluraliter utitur pro signis illis quae inter hostes per diem fumo solent fieri: quae madmodum per noctem ignibus. Fumus, est sterces animalium, id est, laetamen. Mundus, Plinius lib. 2. natu. histo. Alios innumerabiles tradidisse mundos. Sic soles legimus, quia plures aliquando uidentur esse. Item, pro caloribus nonnunquam sumitur. Quintilianus lib. 11. Vitandos soles atq; uentos. Plinius: Aqua siccata solibus. Sic apud Vergilium ceterosq; poetas saepe. De fumi iteris, Ouidius. 4. Falto. Carulei fiant puro de furture fumi. Sic fumos dixit Vergilius. Muscus, lanugo uel herbula uiridis in muris, ripis, arboribusq;. Vergilius: Musco circumdat amarem corticis. Apuleius in plurali muscis dixit in libro secundo de asino: Saxum insurgit in spelunca modum muscis. Nemo, saepius masculinum, aliquando etiam femininum. Pontus, id est, mare, & regio quaedam Asiae. Carcer, captorum locus, sic tamen aliquando in plurali reperitur. Firmicus: Carcerum squaloribus premis. Seneca: Plenos carceres. Sopor, i. somnus; aliquando etiam mors. Horatius. Ergo & Quintilianus perpetuus urget sopor. Puluis: Horatius pluraliter puluices dixit. Penus, sic penum & penu, & intellige cuiuscunque generis sit penus, Vncus, teste Curio, pro ferro,

Feminina,

Neutra

Limus
Sanguis
FumusFimus.
Mundus
SolMuscus
Nemo
Pontus
Carcer
Sopor, Puluis
Penus
Vncus

DE NOMINVM HETEROCLISI

quod corpora noxioꝝ mortuorumve trahebantur, notum apud Suetonium & Senecam.

Cestus Cestus sine diphthongo cingulum Veneris & zona sponsæ nubentis legitimo matrimonio, unde incertum dicimus non legitimo matrimonio, sed sacrilego. Hinc cesticillus est illud quod mulieres imponunt capiti quoniam portant aliquid. Cestus per æ diphthongon, è loꝝ quo pugiles pugnam committebant, utrunque est quarta declinationis. Cestum sine diphthongo neutri generis, est furcilla quæ subijcitur uti ne pendeat, autor Varro in re rust. Culus, teste Curio, pro eo quod vulgo folium auri dicitur. Ros. Verg. tamen rores dicit, & Columella cum Plinio roribus. At rorum aut rorium nusquam legi. Genuinus, dens in extrema gingiua occultus, is nouissimus nascit. Cicero & plures genuini in plura li numero dixerunt. Genuino rodere, est occulte reprehendere. ¶ Sequentia fœminina sunt. Gloria. Quintil. Cõsentiens laus bonoꝝ gloria appellat, inanis gloria, est uana & falsa laus. Diminutiuum est gloriola: inuenitur plurale. Gelli. lib. 1. Has ille inanes cū flaret glorias. Item lib. 2. Quætu atq; compendio gloriaꝝ. Fama. Lues. Pix. Calla, futurum instrumētum, etiam est fructus quercuum, ut dicit Calepin. Fames. Fuga. Vita, pro modo uiuendi p̄r leges. Terenti. in Adel. Inspicere tanq̄ in speculo hominum uitas iubeo. Tacitus: Si deus aliquis uitas aut uestra tempora repente mutasset. Vergil. 6. Aenei. Tenues sine corpore uitas, id est animas. Laertius scripsit uitas philosophoꝝ, Hieron. 10. sanctoꝝ patrum. Gellius lib. 13. ca. 2. Quibus otium & studium fuit uitas atq; ætates doctorum hominum quærere & memoria tradere, ne uerearis sic loqui. Culpa. Strues, lignoꝝ congeries. Pax, plurale paces inueni, non pacum aut pacibus, nisi apud Plaut. in Persa. Horatius: Hoc paces habuere bonæ. Idem: Bella quibus paces longum distundit in æuum? Salustius in lug. Bella atq; paces. Gaza, id est, census & diuitiæ, & quicquid possidemus: reperitur plurale. Lucan. lib. 7. Eoasq; premunt tentoria gazas. Seneca in Hercule furenti: Gazis inhians & est congesto pauper in auro. Gazarum nondum legi. Salus. Marcellus tamen salutes & salutibus dixit. Et Hierony. li. Reg. 2. Magnificans salutes regis sui: non libenter imitaret, quia tota doctoꝝ schola reclamat. Indoles, è in pueris significatio quædam futuræ probitatis, in uiris signum est præsentis uirtutis: & aliquando in malum capitur, nonnunq̄ ad inanimata transferet. Arena, solus Cæsar plurali carere dixit: tu libere plurali utitor. Lucan. lib. 10. Et diras calcauit Cæsar arenas. Gell. lib. 5. In camporum & arenarum solitudo concessi, sic cæteri ferè omnes. Mors ponit hic grammatici, tu nihil dubites uti p̄r. Tacitus: Multas mortes iussu Messalinæ paratas. Idem: Pleriq; liberoꝝrum aut parentum mortes descebant. Idem: Obitas pro re publica mortes. Cic. Quibus uidemus optabiles fuisse mortes. Ouid. 11. meta. Deficit ars animiq; cadunt totidemq; uidetur, Quot ueniunt fluctus ruere atq; irrumpere mortes. Sill. li. 2. Vidi animos mortesq; uirum. Valeri. Max. lib. 5. Referamus eos qui mortes æquo animo tolerarunt. Tacitus: Laudatis antiquorum mortibus par exitus. Idem: Varia pereuntium forma & omni imagine mortium. Seneca in natura. quæ. Ergo in tantis erroribus es, ut cõtimes deos mortium si gna præmittere? Gel. lib. 7. Id & moribus legibusq; multis ostendit. Sic mortes mortiu, moribus leges apud Plin. Lucan. Firmicum & plures. Tussis lectum est plurale tusses, & Plini⁹ g̃to tussum ulus, teste Lanciloto. Proles, Martianus dicit plurale habere, proles, prolium, ibus. Tabes. Labes ruina uel dedecus uel macula: plurale labes legitur, non labium aut labib. Cicero in officijs: Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censere habuisse quæ uulnera? Gell. Contra uitioꝝ fraudes animorumq; labes ac pestilentias asseuerabat, Itaq; latinissime dicunt philosophi tres esse reipublicæ labes. Soboles, plurale soboles, apud Colu. est li. 10. Custodiri debent ne nouæ soboles effugiãt. Sobolū aut sobolib⁹ nusq̄ legi, nisi forte apud grãmaticos. Talio. Cholera, morbi genus & unus quatuor humorum. Sitis. Pituita, morbus quidam, græce phlegma dicit. Plin. pituitas dixit. Lux, p̄r legitur pro diebus luces & lucib. non lucum aut lucium. Ouid. in Fastis. Post septem luces Iunius actus erit. Idem in eodem. 6. Fasto. Aspicit insantes medijs sex lucibus idus. Sic idem alibi sæpe, & ipse & alij. Apuleius in prima significatione capit, dicens de commetis. Sed

plerunq; luces istæ repentino oræ statim occidunt. Plebs uel plebes. Pubes. Contagio morbus contactu nocens. Bilis, id est, cholera: capitur interdum pro ira, ne moueas mihi bilem. Prospia, id est, progenies. His adicitur rhetsina quoq; & prisana, quæ sub mensuratis & in pondera relatis contineri possint. Hir. Cœnum terra humore resoluta. Fel, pus, uer, nectar, ador, nihil, hepar, licet Hepata nonnulli dixerint, ut fella, ego neutrum pluraliter apud doctissimos inueni. Nil, iubar, nihilum, gluten, sic glutinum ante declata rata sunt. Vulgus masculinum, tamen aliquando pluralem habet. Cicero: Saturnum maxime colunt uulgi. Pelagus. Cicero pluraliter pelagis in libro de finibus bonoq;. Aeuus, id est, ætas longa. Hieronymus in tertio lib. Esdra, plurali utitur, dicens: Maiestas omnium ætorum. Ouidius: Persequar ut cunctos nulli datus omnibus æuis. Plin. lib. 14. capi. 1. Tot æuis incorruptum dixit. Sal, quod masculine pluralem habet pro oris condimento. Colu. Si fordet oleum frictos & adhuc calentes sales inhi iudent. Idem: Salibus integris adoperiunt. Idem: Carnem salibus aspersam. Sic apud Paulum iuriconsultum inuenies sales: genitiuum salum aut salium nusquam legi. Barathrum, locus Athenis erat, unde dæ nati præcipitabantur: & capitur pro immensa profunditate & inferno. Manna, mammona, pascha. Iustitium, quasi iuris statio dicitur, iuris dicendi intermissio, quod fieri solet publico reipublicæ luctu & calamitatibus. Item tempore messis quoddam sit iustitium, ne agricolæ impediatur. Fœnum, Apuleius tamen pluraliter dixit in 3. Meta. In asini faciem fœna rodebamus. Virus, mane, necessum, necesse. Letum, id est, mors. Letalis, id est, mortifer, ut leale uulnus. Salum, id est, mare à Græco salo, id est, moueo & fluctuo. Solium, fella regia. Vergilius: Solio rex inhit ab alro. Est etiam uas quo in balneis utebatur: & uas sepulchrale, in quo defunctus conditur. Curtius: de primis dies erat ex quo corpus regis iacebat in folio. Plinius libro 35. pluraliter dixit: Quoniam & defunctos sese multi fictilibus solijs condi maluer. Fas, infar, halec, nefas. Vitrum, inuenies apud poetas plurale uitra. Viscum, uel masculine uiscus utrunq; sine plurali, est glutinum quo aues capiuntur. Macellum, locus ubi obsonia uenduntur quæcunq;, non solum carnes, à Macello quodam latrone, cuius domus in eum usum fuit diruta. Ennius macella dixit, teste Capro. Nitrum, salis species quo sordes corporum uestiumq; purgantur. Spicum, acumen ad spicæ similitudinem, pro eodem dicitur spicus, & hoc plurale habet, teste Ser. in primo Geor. Cice. in Ara. Spicum illustre tenēs insigni corpore uirgo. Sinū, pro uase. Gelu. Solum, terra. Ver. tamen primo Geor. dixit: Ne saturare simo pingui pudeat sola. Lutū, cœnum. Cæsar luta dixit, teste Capro. Lancilo, præter hæc uulgata alia adiecte compluscula. Et primo masculina. Orcus, pro inferno: dictus quasi urgas, teste Veranio. Bolus, quod nonnunq; pluraliter inuenies. Erebus, profundior inferni pars. Halo, circulus circa lunā. Arrhabo, id est, arrha. Vter, corium quo liquamina & oleum continentur: atq; etiam uinum &c. genitiuo plurali caret, teste Lanciloto: quod uerū non est, si Capellæ credim⁹. Iungit quædam Cinis frustra. Sueton. in Domi. Clam intulit cineribus suæ filie. Ouidi. octauo Meta. Plus cinerū æmonia sulfis telluris arat. Idem: Versa est in cineres fospire Troia uiro. Dolus, genitiuo tantū plurali caret, ut quædam dicūt. Nec Adeps adipum habet, cum adipes adipibus legamus. Quinti. libro secūdo: Itaq; sibi attenuandos adipes. Col. Non adibus obela. ¶ De femininis: Luna, licet legamus lunasq; sequentes. Vehes, grō, drō, ablari uoq; in plurali caret, mensura quædam est & plautriū. Adorea, id est, gloria. Matrix, Inguis tubstantiuū, ut requies. Ira irarū, & iras habet. Iris nunq; ita dicit Lanci. sed fallitur. Terent. in Hecyra: Quib. iris impulsus. Oliuitas, id est, olei uindemia. Autumnitas. Aluus. Spata, instrumentum pharmacopolarū. Plini. Medicinam permiscentes spata ter die. Telius, quia elementi nomen est aut dea terræ. Plini. Tellurem scindimus spata ter die. Telius, pro fune nauis: legimus tamen oras. Liius libro 3. de. 2. bel. Punice: Tradant scalas, oras ancorasq;. Fabius: Oram soluentibus bene precemur. ¶ De neutris: Cicero dicit libro quinto Tusc. Calceamentum solorum callum est. Solum est quodcunq; supponitur, unde nauis solum dicitur mare. Ouidius: Astra tenent cæleste solum: aliquando ponit

Bilis

Cœnum

Vulgus
Pelagus
Acuum

Sal

Barathrum

Iustitium

Fœnum

Salum
Solium

Vitrum

Viscum
Macellum

Nitrum

Spicū

Spicus

Sinū

Solū

Lutū

Orcus

Bolus

Erebus

Halo

Arrhabo

Vter

Cinis

Dolus

Vehes

Oliuitas

Spata

Ora

DE NOMINVM HETEROCLISI

Altum pro corio: & eo sensu est uerbum Tullij, Martialisq;: Et mordere luto putre uetusq; so-
 lum. Idem: Piciorum sola basata regum. Altum, pro mari. Vergilius enim dixit, Tran-
 quilla per alta. Collum, colla facit, non collorum aut collis, teste Lanciloto, nec os ori-
 um, licet ora, & oribus, id non uerum esse, ex dictis patet. Defrutum defruta, non defru-
 torum aut defrutis, ut idem uult. Iecur iecinora non iecora, ut uult idem Balsamum bal-
 sama, non orum, pecu pecua tantum, ut allium allia, ulpicum ulpica. Dibaphum purpu-
 ra bis tineta, dibapha tantum. Carent item plurali, teste eodem: Album, pro tabula. Plin-
 ius in praefatione: Non eras in hoc albo. Suet. in Tibe. Quoniam si pateretur ascribi al-
 bo, Et in Nerone: Nomen suū in albo profitentium. Apul. Albū musarum. Meditullium,
 id est, medium loci spatium. Medium diei, non media dierum. Melimeli, liquor quidam
 ex melle. Asylum bene facit asyla, at asylorum non legi. Sabulum, Baculum. Terunci-
 um pro minimo pretio. Cice. lib. qnto ad Atticum, Teruncium nego sumptum factum.
 Epytirum condimenta oliuarum, hoc ad mensurata pertinet ut buryrū, oxyporum, mo-
 retum, halicaftrum, piper, coltum, amomum: licet amomis dixerit Persius: Saccarū non lu-
 charum. Plinius: Saccarum est melin arundinibus collectum, gummiū modo cādūm,
 dentibus fragile. Gummiū genitiuus plis est à guminis. Minerual, pro cœna. Illicium,
 solum in sima pars caeli. Vernactum, terra resoluta. Fascinum pro mentula. Hyposom, qa
 herbae nomen. Agaricum, Euphorbium, Cœruleum, pro arena quadam. Buxum buxa fa-
 cit: buxorum rarum est, papyrus, abdomen, lumen, chaos, sinapi, hostum, confectura
 quadam ex oleo: pedum, stratum, quod supponitur equo, uulgo sella dicitur. Plinius stra-
 ta dixit: non tñ stratorū, nec stratis. Mamphur, Temetum, callum. Cice. 3. Tusc. Et ipse la-
 bor quasi callum qddam obducit dolori. Huber, pro copia. Capital, fascia qua capillos ca-
 pitus cōnectimus, & crimen capitale. Specimen, Iunge praedictis uuisquisq; Iungunt alii
 ad haec plura: sed in hoc pleriq; falluntur, quia in duobus aut tribus autoribus nō reperta
 nusquam inueniri temerario ausu ilico clamitant: itaq; siqua dixerō carere aliquo casu,
 tantisper illo abstineas dum in claris autoribus me falli intellexeris, & tum illos potius
 quā me imitare, ita tamen ne quid affectate, nēue raro inuentis glories inepite, &
 passum utendum putes.

Singulari numero carentia.

Distribuens numerus, cū cardine, festa, libriq;

Cum ludis, urbs, multa carent numero ista priore.

Dant quidam libri numerum tantummodo primum.

¶ Numeri distributiui, ut bini, terni, carent singulari numero: nisi rarissime, ut septeno-
 gurgite: de hoc in Syntaxi. Numeri cardinales, ut duo, tres, quatuor &c. sub his contine-
 tur tot, quot, totidem, aliquot: unus principium numeri est, non numerus. Tertio, nomi-
 na festoz aut ludoz singulari numero carent, ut apollinares, circenses, geniales, quin-
 quages &c. Ludoz nomina uulcanalia, bacchanalia, iaturnalia, opalia, unalia, agonalia,
 neptunalia, quinquatria, lupercalia, megalista, floralia, liberalia, lucaria, teralia &c. festo-
 z noia, qz aut deoz fuerint deriuatio indicat, ut uulcanalia uulcani &c. quinquatria fe-
 sta, quae quinq; dies Palladi fiebant &c. Plautus singulariter dixit, Bacchis bacchas me-
 tuo & bacchanal tuū. Norandū circa festoz nomina, qz grm per secundā declinationem
 sapius faciunt: dariuum uero & ablatiuum per tertiam. Valer. Saturnaliorum dies apud
 Græcos quoq; festi habentur. Horati. 2. epistolarum: Quid fiet ab ipsis Saturnalibus huc
 fugisti. Masurius Sabinus: Vinaliorū dies Ioui sacer est. Iuuenal: Totis quinquatrib. optat:
 hoc etiam per secundam dēn ablatiūq; efficit. Cicero ad Cæliū: Ita tumultuose cōtiones,
 ita molestae quinquatris afferebantur. Quadam genitiuum etiam per tertiam efferunt,

Saturnalia
 Festoz noia
 Quinquatria

Varro: Feraliū dies à ferendis in sepulchra epulis dicti. Item floralium dixit ut Nasutius liberalium: & lucariū, de his multa dicit Macrobius in. 1. satur. ca. 2. ubi ostendit Viridia ad iectium uiridiū facere, substantiuū uero uiridiorū, & significat loci uiriditatem, & uectīgalia, licet terra declinationis sit, in facit uectīgaliū uel orū, sed uectīgaliū. tñ, ut ancilla ancilium uel anciliorum. Sae. in Augusto circa finem, uectīgaliōrū dixit, & alibi uectīgaliū. Parentalia, iūm uel orum, ibus, feriae quae parentibus defunctis fiunt. Solēnia, sacra quae singulis annis certo tempore fiunt. Megalesia, festa & ludi matris deorum, sed ludi potius Megalenses dicunt. Quaedam puto secundae declinationis esse. f. Orgia, Bacchi sacra & quae cunq; ceremoniae. Repotia, feriae quum postridie nuptias apud nouū maritū cenatur, q; quasi reficiatur potatio. Hora, ille repotia natales aliōs ue dierum festos albat celebrat. Gellius li. 2. Nuptiis aut & repotiis sefertū milies esse. Charistia, orum, feriae in quib; simul cognati conuiuabant. Ouid. Proxima cognati dixere charistia chari. Male capit charistia, pro caritate annonae. Encenia, innovationes dedicationesq; templorum. Item festorū nomina sunt, Iatina & neomeniae &c. Quarto, singulari carent multa librorum nomina, ut georgica, bucolica, rhetorica, orū, chronica, biblia &c. sed significantur semper partielia (ut sic loquar) opuscula uel libri, ut notauit Nebrissenfis, ubi aut unicus librum significamus, aut unū poema uel opusculū, singulari utimur, ut Xenophon in oeconomico. Ver. in. 1. Bucolico uel georgico, ex quibus liquet error eorū qui putāt hęc in singulari esse feminini generis, ut ait Nebrissenfis. Grammatica grammaticorū nō dicimus, teste Lanciloto. Quaedā librorum nomina sunt singularia feminini generis, ut thebais, aeneis, Marcel. etiā dixit pluraliter aeneida, orum, teste eodem. Multa oppidorū nomina carent singulari numero. Masculina quidem, ut Parrhisij, Gabij, Locri &c. Feminina, ut Thebae, Athenae, Bruga. Neutra, ut Artaxata, Hierosolyma, qd etiā Hierosolyma, a, per primam singulariter reperitur cōtra Vallā. Suetonius in Augusto. Caium nepotem, quod Iudaeam praeteruehens apud Hierosolymā non supplicasset, collaudant. Tacitus, Conditam urbem nomine suo Hierosolymam fecisse. Idem, Omnes praeter Hierosolymā urbes uictore exercitu tenebat.

Feralia

Viridia

Vectigalia

Parentalia

Solennia

Megalesia

Orgia

Repotia

Charistia

Encenia

Librorum nomina.

Oppidorū nomina.

Hierosolyma

Masculina tantum pluralia.

Masculi generis sunt haec, pluralia tantum,
 Annales, sentes, cancelli, liberi, amores,
 Vepres, carceribus, luceres, canis, lemures do.
 Furfuribus, geminis, natales, caelitibus, ceu
 Manes, & casses, superi, loculi, atq; penates,
 Cuiq; prius foret as: maiores atq; minores,
 Primores, fasti uel fastus, adde quirites,
 Et pugillares, seres, caresq; salesq;
 Atq; lares, pisces signum, seu mēstrua menses,
 Atq; fori, falces, proceres: sic posteri, & antes,
 Mor es, inferi, & ambo dabis, sic codiq; cilli,

Interdum numero potentiur pauca priore.

¶ Masculina tantū pluralia sunt annales, sentes, cancelli & cætera, quorū nonnulla alii quando reperiuntur in numero singulari, quæ nec penitus refugiemus, neq; affectabimus.

Annales Annales, libri continentes quid quoq; anno gestum sit: aliquando singulare inuenitur, Gelli, libro decimo sexto: Petimus ne annalem hūc Q. Ennii. Idem libro. 13. capit. 21. Qui legent Cnei Gellij annalem tertium. Idem libro. 15. Si annalem undecigesimū Q. Claudij legisses. Idem libro. 6. Locū istū totū huc ex Pisonis annali transposuimus. Eodem abtō uti alibi sæpissime, Sentes, teste Phoca, id est, spinæ, q; à tangentib. q̄ primū sentiant sic dicitur. Baptista Mant. in .1. cala. fo. minine nescio q̄ autore usus est. Cancelli, ligna uel ferramenta inter se modicis interuall' posita, ut in fenestris & c. Calepin. ponit singulare, sed non probat. Liberi, id est, filij & filia, & aliquando unicus filius uel filia. Amores pro turpib. & ueneris, nisi adiectiuo distinguant: ueluti honesti amores. Amor singulare riter etiam aliquando de inhonesta libidine dicitur. Vepres, rubus aut spina. Sido. in. 2. panegyrico: Ille per obiectos uepres timet. Verg. Hirsutos uepres. Seneca in Hippolyto: Acutis asperi uepres rubis. Reperitur singulariter. Colu. libro. 12. Hūc uepres manifestū est interire non posse. Ouid. 3. meta. Aut lepori qui uepre larens hostilia cernit ora canū. Hierony. Esaia. 17. Quis dabit uia spinam & uepres. Melius est masculinū, licet Priscia. fo. mininū esse dixerit propter diminutiū ueprecula. Carceres, unde equi incipiūt cur sum. Vergi. Vt cū carcerib. sese effudere quadrigæ. Docet hoc Ser. poteris tamen in hac significantiā singulariter flectere. Cicero: A calce ad carcerem reuocati. Verg. 5. Aenei. Ru untq; effusi carcere currus. Ouidi. 10. meta. Signa tubæ dederant cū carcere pronus uterq; Emicat. Luceres, nobiles quidam Romani, ut Tatienses, Quintiliæ, Fabij. Horū unusquisq; (ut opinor) dicebat Tatiensis uel Fabij & c. Cani, albi capilli in fenectura. Lemures, laruæ & terrificationes nocturnæ. Apulei. singlari uti in libro de deo Socratis dicit: Hūc uete re in lingua Latina inueni lemurem dicatū. Furfures, pustula q̄ ex capite resoluūtur, pro purgamento farinae etiam singulariter dixit Seren. Adit excelsus niuea similitagine tur fur. Gemini & gemelli, fratres uno tempore nati. Plaut. tamen in Menæchmis sæpe in hoc significatu singulariter uti. Natales, generis nobilitas, aut nascendi cōditio, ut claris natalib. ortus uel obscuris natalib. Nata, in singulari significat diem natalem. Calites, id est, cælicola & ex hominib. dij. Ouidi. utitur sæpicule abtō singulari cælite. Manes, animæ defunctorū & dij inferi. Apule. præter aliorū consuetudinem ausus est singulari uti in libro de dæmonio Socratis dicens: Vtq; lar sit an larua noie deū manem uocāt. Cassēs, i. retia: aliqñ singulariter flecti alibi probaui. Superi, cælites uel nos respectu antipodū. Inferi, q; tartara incolunt uel antipodes. Posterī, post nos uenturi, inuenta sunt adiectiua, super, inferus, posterus. Liui. Androni. in odyssæa: Inferus an superus tibi tert deus tūnera Vlysses. Hic s abluitur in deus. Loculi & loci, sacculi pecuniarij uel receptacula feminis. Iuuen. Loculis comitantib. itur ad casum tabulæ, & c. Cato: Eo lotio si mulier locos foue bit, nūquam ij uirosi fient. Apud Martialem pro marsupio locellus singulariter reperitur: Ipse locellus erit. Penates, dij penetrales, q̄s suæ q̄q; domi colit, & pro domo capitur. Quæ in as desinerent si singlarem numerū haberent, ut primates, optimates, & cætera. Optimates, & Primates, Sumatesq; id est, ciuium optimi, probissimi, primi & summi. Sic magnates, id est, nobiliores. In Ecclesiasticis dicitur sæpe per secundam magnati magnatorū magnatis. Infirmates, infimi ciuiū. Quandoq; legūt in singulari. Cicero libro nono episto. ad Atticū: Id mandauī Philotimo homini forti ac nimirū optimati. Cæli' ad Ciceronem libro decimo ad Atticū, Vide ne dū pudet te parū optimatem esse parū, diligenter qd optimū sit eligas. Maiores antiq; qui ante nos fuerūt. Minores, posterī. Hæc cū dicitis, quia ad utrūq; sexū pertinet, nonnulli dicūt in foeminino genere reperiri posse. Primores, communis generis, id est, primi, sæpe singulariter reperit, q̄a natura adiectiuū ē, sed nō singulari caret, teste Ser. Suet. Scripta famosa uulgōq; edita qb. primores uul' ac

feminae notabantur, aboleuit. Sillio. lib. 11. His superexcisam primori Marte Saguntū. Po-
 litia. Speciem quidem primorem ueri habentia. Gelli. li. 7. Vsq; in primores manus. Idem
 lib. 10. cap. 19. Si me non fallit, quod quidem in primori pueritia legerim. Cic. in 1. de ora-
 tore: Ne primoribus quidem labris attigissent. i. priorib; Tacitus: Erat Othoni celebre cō-
 uuium primoribus feminis uirisq;. Sueton. in Tiberio: Pleriq; se afferebat consiliariū,
 asidebatq; iuxtim in parte primori. Gel. lib. 2. Primore aspectu. Valla Placenti. primores
 dicit à primus comparatiuū esse, ut proximior à proximus, hoc non placet, quia primio-
 res nō primores diceret, quod falsum esse ex Sillio deprehendit. Ne uerearis puer tā pul-
 chra dictione in utroq; numero uti. Fasti os, uel fastus uum, liber in quo rotius anni res
 populi Ro. s. triptæ continebant, & causæ festoz; explicant. Sapius est secundæ delectati-
 onis: nec male in dixit Lucan. (ut putauit Seruius) Nec meus Eudoxi uincet fastibus an-
 nus, quia ipse Varro in ephemeride dixit: Cæsar fastus correxit. Et Colu. li. 10. Sequor nūc
 Eudoxi & Metonis fastus astrologorum. Horat. in 3. car. Mer memores genus omne fast^o.
 Mic fastus us ui. i. superbia. Inuenitur etiam fastus a um, & nefastus: unde dies fasti erant,
 quibus sine piaculo licebat prætori tria uerba dari, scilicet do, dico, addico. Et nefasti, qui-
 bus non licebat ea dari. Ouid. Ille nefastus erit, per quē tria yba silent, Fastus erit per quē
 lege licebit agi. Quirites. i. Romani, singularis obliqui reperiunt. Hora. epist. 1. Et ami-
 ci dona quiritis. Ouid. 9. met. Reddentesq; suo nō regia iura quiriti. Iuue. Gaudia longa fe-
 ras tamen ima plebe quiritem. Persi. Heu steriles ueri quibus una quiritem uertigo facit.
 Claud. in nuptijs Honorij & Maria: Epulisq; iam repleto resonet quirite Tiberis. Pugil-
 lares, tabella in quibus scribimus. Pro eodem dicimus pugillaria, ium, ibus, & reperitur
 utrunq; aliquando in singulari. Aulo. Bipatens pugillar expedit. Pugillarem in euāg. legi-
 mus. Verum utrunq; est perrarum. Seres & Cares, populoz; nomina, raro singulariter re-
 peries. Sales, dicta mordacia, apophthegmata, dicitur & urbani ioci. Iuue. Et salibus ue-
 hemens intra pomeria natis, grm nusquam inueni. Cæterum in hoc significato recte sin-
 gulariter aliquando uteris. Terent. in Eun. Qui haberet saleum quod in re est. Cic. in. 2. de
 orato. Ut sitatem salis & urbanitatis fateamur. In eodem: Non sal, sed natura ridetur. Idē
 in. 1. epi. ad Q. fratrem: Dicendi sal facietiaq; ualuisse. Idem de claris oratorib; ad Brutū:
 Omnes sale facietisq; superabat. Lares, inuenies sapicule singulariter. Pisces, signum ce-
 leste. Ouid. etiam singulariter pro una stella pisces dixit. Menses, pro mensuris. Plin. Cu-
 ius semen menses & urinā ciet. Idem: Menses sibi eo cibo putat. Fort. pars illa nauis qua
 à prora in puppim discurrit. Cicero: Cum alij malos scandant, alij per foros cursitēt, alij
 sentinam exhauriant. Ennius singulariter dixit: Multa foro ponens ageaq; longa reple-
 tur. Et Gel. lib. 15. cap. ultimo: Stans in summo puppis foro. Sunt etiam fori loca spectacu-
 lorum & capsæ librorum. Diminutiuum est foruli. Iuue. sat. 4. Hic libros dabit & forulos.
 Fasces. i. consulatus aut prætura, quia uirgæ; fasces ante magistratus portabantur. Rarif-
 sime in hoc significato singulariter reperies. Proceres, accō singulari usus est Iuuenalis:
 Agnosco procerem, salue Getulice. Antes, sulci & uitium ordines. Verg. 2. Georg. Iam ca-
 nit extremos effectus uinitor antes. Mores, teste Diomede, pro uita modo, nam & boni
 & mali mores dicunt. Mos singularis. i. consuetudo. Ambæ & ambo. Codicilli, id ē, &
 codicilli: sic imensis est metri gratia. Codicilli. i. epistola. Sulpitius Cicerōi: Puer mihi ob-
 uiam uenit cū codicillis. Iuriconsulti capiunt pro literis testamentum confirmantibus,
 uel penē testamenti uim habentibus. nec apud doctissimos sic reperit singulariter, licet
 Iustinianus aliquando ita uat, teste Valla. Codicillus, est paruus codex. Addunt quidā plu-
 ra, ut artus, sed Lucanus ait: Tunc omnis palpitat artus. Articulus, paruus artus. Aborige-
 nes, olim popul^o Italia: Cætes, pro populis, si Diomedi credis. Ludi, pro spectaculis. Ephe-
 merides, teste Lanciloto, pro libris qui singulorum dierum acta continent, Latine dia-
 ria dicuntur, non credo Lanciloto: quia ephemeris singulare reperit non masculinū, sed
 femininum. Gel. lib. 7. cap. 18. Diarium scribit, quam Græci ephemerida uocant. Scyri,
 spelūcæ frumētarij loco granarij sub terris, ut est in Cappadocia & Thracia, aut or Varro.

Fasti uel fast^o.

Quirites

Pugillares
Pugillaria
Seres
Cares
SalesLares
Pisces
Menses
ForiFasces
Proceres
AntesMores
CodicilliAborigenes
Ludi
Ephemerides
Scyri

¶ Fœminina tantum pluralia.

120
 Hæc muliebria sunt tantum pluralia, grates,
 Suppetiæ, cunæ, charites, latebræ, phalææq̃,
 Antia, & ambages, alpes, argutiæ, & ædes,
 Præstigiæ, exquiliæ, bigæ cum fratribus, idus.
 Et decimæ, inficiæ, nugæ, scalæq̃, foresq̃,
 Copiæ, & antennæ, Gades, diræ, atq; calendæ,
 Feriæ, & exequiæ, gingiua, litteræ, & antæ,
 Et decretales, inimicitia quocq; & aræ,
 Naniæ, & illecebræ, genæ, opes, nonæ, atq; tenebræ,
 Exuuiæ, induuiæ, paleæ, salebræ, scatebræq̃,
 Cum ualuïs, tricæ, thermæ, cum naribus, atq;
 Blanditijs, & compœpibus, cum sordibus; adde
 Clitellæ, sortes, fortunæ, diuitiæq̃
 Gratia, & insidiæ, sic cantes, relliquiæq̃,
 Quisquiliæ, lactes, mappæq̃, minæq̃, plagæq̃,
 Nuptiæ, & excubiæ, cum primis, primitijsq̃,
 Inferiæ, & scopæ, partes si factio fiat.
 Cætera uix uersu contingit dicere, uerum
 Interdum numero potentur pauca priore.

¶ Hæc fœminina carent singulari, suppetiæ, cunæ &c. ut dicunt grammatici. Ego uero horum quædam sepicule singulariter flexa noui. Grates, suppetiæ, & inficiæ patuerunt. Cicero gratis grō singulari utit. Cunæ, infantū lectuli. Charites. i. gratiæ. Latebræ, loca ubi homines se occultant, optime singulari utetur quiuis. Cice. lib. 3. officii. Videant ne quæraf latebra periurio. Idem in. 3. lib. epist. ad Appium. In tabulæ latebra. Sueton. in Nerone: Aliquid secretioris latebræ ad colligendum animum desiderauit. Idem in Vitellio: Extractus è latebra. Tacitus: Non religione neq; ceremonijs, sed latebra imminens exitium differebat. Idem: Si diem latebra uirasset. Idem: Pudenda latebra semet occultans. Gelius lib. 11. Impunitatem ex ea latebra sperarent. Sillius in primo: Cæcæq; latebra Pandur prolapsam suffossis mœnibus urbem. Valerius Maxi. lib. 9. Imbribus petitam latebram de mentis fati sepulchrum habuit. Igitur cum tam sæpe hoc nomē singulariter legatur, mi-

Cuna
 Charites
 Latebræ

ror quid uoluerint sibi grammatici, nisi inter abundantia reiciant, ut idem significet plurale & singulare, sed cur de singulari tacuerunt à Phalera, equorum ornamenta. Antia, capilli demissi in frontem. Apuleius libro. 1. meta. Crinis Apollinis præmultis an-
 tibus. Ambages, ybor, circuitio & dubius sermo, singulariter raro legit. Plini. 2. natu. de lu-
 na. Multiformi hæc ambage tor sit ingenia contemplantiu. Alpes, montes Italiae femi-
 nini gnus contra quosdam. Silli. lib. 1. Aut rapidis fert per summas passib. alpes. Si quando
 masculini legat erit per subauditionem dictionis motes. Ouidius singulariter alpe dixit,
 & in accusatiuo alpem, & Lucanus in grò alpib: sic etiam Claudianus, pluresq;. Argutia,
 subtilitates, & acute malitiosetq; dictum aut factum, inuenitur singulariter. Apul. 1. meta.
 Argutia nilotici calami scripta. Gellius lib. 3. ca. 1. Audaci argutia fuit. Idem lib. 12. ca. 2. Le-
 ui & quasi dicaci argutia. Idem diminutiuo singulariter utit li. 2. Argutiola quoq; hæc fri-
 uola & inanis est. Aedes, pro palatio, ut ædes Neroniana, & pro priuata domo. Sic qñq;
 singulariter legitur, quia grò ædis utit. Plant. in mostellaria, & accusatiuo ædem ait Cu-
 rrius. Aedes utriusq; numeri templum significat: sed serè semper cum adiectione, ut ædes
 sacra, ædes Iouis. Præstigia, oculor; illuso per incantationem uel dexteritatem, celerita-
 tem, agilitatemq;. Hierony. Nolite potentiam dñi magor; præstigijs æquare. Dicuntur
 etiã præstigia, or; Val. Max. Improbo præstigiore; gñe nouum ciuitati nostræ uectigal ac-
 cessit. Vtrunq; inuentum est singulariter. Quintil. 4. Et huius uelut præstigiæ plausum pe-
 tat. Plinius dixit Mosen præstigijs inuentorè. Exquilia, mons Romanus. i. mons exquilii
 nus. Bigæ, cum fratrib. trigæ, quadrigæ & c. Bigæ, currus à duobus equis tractus. Trigæ,
 à tribus. Quadrigæ, à quatuor. Seigæ, à sex. Monigæ, ab unico, & capiunt etiam pro ipis
 equis, reperiuntur autem hæc sæpe singulariter contra grammaticorum artem, quæ exi-
 git, teste Seru. ut noia significatia ea q ex plurib. constant, singulari careant, ut bigæ, sca-
 læ, scopæ: sed (ut alibi bene dixit) hanc plerūq; confundit autoritas. Plini. lib. 35. Et in eo-
 dem capitolio alia quã Plancus imperator posuerat uictoriae quadrigam in sublimi rapi-
 ens. Sueton. in Tibe. Vix unius bigæ adiectione honorari passus est. Papi. 1. Theba. Rori-
 fera gellidum tenuauerat aera biga. Nil cogebat biga magis q bigis dkere, ne ad poetica
 licentiam confugas. Sic idem. 1. syl. Te potius præsa ueheret titonia biga. Et. 3. syl. Tollit
 olorinaq; iubet considere biga. Plin. li. 35. Eutychedes pinxit bigam regis cū uictoria. Idè
 lib. 34. Quadriga regis ab Alcibiade. Ibidem: Læua tribus digitis quadrigulam tenuit. Di-
 gestis de legatis tertio, lege Peculium: Quadrigæ legatum equo postea mortuo. Quadri-
 gam etiam dixit Varro, teste Gellio, quem plures idem dixisse mirum est non animadu-
 uerisse. Vale. Maxi. lib. 1. Pausanias in capulo gladij quo Philippum regem occidit, quadri-
 gam habuit cælatam. ff. de edictis: Si triga uenerit redhibeda erit tota: Et si quadriga, red-
 hibetur. Suetonius in Vitellio: Alterum femur subdebile impulsu olim quadrigæ. Hiero-
 nymus in prologo bibliorum: Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes quadriga domini.
 Nunquam uerbor; autores tam claros ac multos imitari. Idus, quidam dies mensis. De
 cimæ, pars decima. Hieronymus in Deuteronomio singulariter utitur: Quando comple-
 ueris decimam cunctarum frugum. Nugæ, mendacia & res friuola. Scalæ, testibus Cæ-
 sare, Gellio, Diomede & c. Et id uerum esse ostendit in Iugurtha Sallustius dicens: Deinde
 ubi unæ atq; alteræ scalæ comminutæ sunt, qui supersisterant afflicti sunt. Nonnūquam
 hencos, id est, singulariter profertur: sed distinguunt quidam sic: Scalæ, est quæ ex tereti-
 bus lignis aut funibus alia ue materia simili huc atq; illuc transferri potest, Scalæ quæ la-
 tiores habent gradus & immobiles permanent. Caius iuriconsultus: Vel scalam sciens cō-
 modauerit ad ascendendum. Hieronymus in Genesi: Vidit in somnis scalam statem super
 terram, & cacumen eius tangens cælum. Differentia non semper obseruat, & plurali sæ-
 pius utitur. Ouid. 13. meta. de Vertumno: Induerat scalas lecturum poma putares: nisi di-
 cas pro mobili utrunq; num erum habere, & pro immobili pluralem tantum. Fores, id è
 ianua, Legitur singulariter serè totum, Ouidi. Constitit ad geminæ limina prima foris.

Phalera
Antia
Ambages
Alpes

Argutia

Aedes

Præstigia

Exquilia

Bigæ

Trigæ

Quadrigæ

Seigæ

Monigæ

Idus

Decimæ

Nugæ

Scalæ

Fores

- Copia** Plautus in Bacchidi. Foris concrepuit nostra. Horat. Exclusus fore. Valerius Max. li. 9. Forem cubiculi extrinsecus a custodibus apertam. **Copia** pro exercitu. Sallust. Memorare possum quibus in locis maximas hostium copias populus Ro. parua manu fuderit. Aliqu in hoc significatu singulariter legit. Verg. 2. Aeneid. Respicio, & quæ sit me circum copia lustro. Pompeius Mag. ad Ciceronem in. 8. lib. epistolæ ad Atticum. Ut Brudusium ducerem hanc copiam. Idem: Ut cum omni copia primum ad me uenias. Idem ad Domi. Nec solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. **Antennæ**, lignum ex transuerso arboris nauis positum unde pendent uela. Hieronymus hemicos uirtur in epistola ad Heliodorum: Antenna crucis figuratur in fronte. & Lucanus li. 9. Prouidus antennæ suffixit lineata summæ. Antenna etiam est oppidi nomen. Gades patuit. **Diræ**, furia inferni. Verg. 4. Aeneid. Vltricesq; sedent in limine diræ. Lectus est græcis singul. **diræ**. Calendæ, primus dies cuiuslibet mensis. **Feriæ**, dies festi. Vulgus aliter capit dicens: Feria secunda &c. quod non laudo, quia puto sic barbare dici. **Exequiæ**, funebre officii. **Gingiuæ**, caro in qua dentes gignunt. Hoc etiam singulariter inuenies. Iuuenalis: Frangend' misero gingiuæ panis inermi. Solin⁹. In ore gingiuæ nulla. Diminutiui est gingiuula. Apul. pro magia. Complanatorem tumidæ gingiuulæ. **Literæ**. i. grammatica & epistola. Suetoni. in Calig. Magnificas Romam literas misit monitis tape latorib. id est gerulis baiulis, tabellaris, portatorib. Reperit singulariter tm poetice. Qui. Quam legis à raptâ Bryseide littera uenit. **Antæ**, lapides q utrûq; lat⁹ ostij muniunt, alio nomine parastadæ, autore Vitruuio. **Decretales**, pontificii constitutiones. **Leges** aliqui decretalem. **Inimicitia**, inuenies singulari. Cicero in Tus. Inimicitia est ira ulciscendi tps obferuans. Sic ibidem sepe. Idem in oratione p Deiotaro: Paruam inimicitia culpam relinquebas. Non uerebor igitur Enniū interim imitari dicentem: Ego eo ingenio natus sum, amicitiam atq; inimicitiam in fronte promptam gero. **Aræ** pro penatibus, teste Diomede, & pro loci proprio in. 1. Aeneid. Saxa uocât Itali medijs q in fluctibus aras. **Aræ**, quid sit ne puer qdè igno rat. **Næniæ**, carmen funebre, qd etiam epicedion & monodia dicit, & capis pro ineptia cuiuslibet can⁹ & sermonis. Et sæpissime singulariter reperit contra grammaticos. Horat. in. 1. epistolæ. An pueros; nænia &c. Sueton. in Aug. Canentib' næniam principū liberis utriusq; sexus. Quintilian. lib. 7. Carmen funebre proprie nænia dicit. Sidoni. pro epithaphio cepit, dicens: Nænia marmoris incisa per hēdecasyllabos. Dicit etia p^r nænia op⁹, ut arma op⁹, in. 6. Fast. Ouidij. **Illecebræ**. i. blāditie & delectatio & diuitia & uoluptates &c. sæpissime reperit singulariter. Gelli. li. 12. Delectatus iam uidebat illecebra quæstionis. Et lib. 13. Cū quadam illecebra & uoluptate utiles. Idem li. 2. Cū audiendi quadam illecebra. Et lib. 3. Illecebræ uoluptatisq; plenos uideret. Et li. 10. Fallaci illecebra. Cice. in. 1. de legibus: Quæ & si est illecebra turpitudinis. Ambro. Vita dulcis illecebra cōstantem q; mulcet aim. Augustin. lib. 2. confessionū. Vita hæc qua uiuim⁹ habet illecebram. Plaut. in Menæchmis: Mūditiā illecebra est animo amantū. Liui. lib. 10. Ad quam illecebram cū commouet nemo. Caue hos imitari uerearis. **Genæ**, partes uultus inter malas & auriculas. Lectus est hoc etiam singulariter. Sueton. in Claudio: Graphiū & libellos quos tenebat in manu ita cū magna stultitiæ & seuitiæ exprobratione iecisse in faciem eius, ut in genam non leuiter perstrinxerit. Gel. lib. decimo cap. uicesimo scdo: Si quis in genâ te percussit, pœnas non det. **Genæ** etiam sunt oculorū operimenta. Terent. Hodie non cōpressi genam. **Opes**, pro diuitijs. **Nonæ**, dies quidam in mense. **Tenebræ**, obscuritas, caligo. Reperi apud Picum singulariter, tenebra, ne facile imiteris. **Exuuiæ**, spolia hostibus deerrata. **Induuiæ**, indumenta. **Paleæ**, Verg. singulariter utit Georgicorū primo: Nequa q pinquis paleæ terit area culmos. Hic Seruius ait: Notādum paleam dictam singulari numero contra artem. Nam quæ ex plutibus constant, numeri sunt tm pluralis secundum artem ut cancelli, bigæ, scopæ, licet abutantur poetæ. **Salebræ**, loca aspera uel aquosa, per quæ salire oportet. Reperit singulariter. Valerius Maximus libro sexto: Tristitia salebra, Apuleius primo metamorphoseos: Verborum salebra. **Scatebræ**, ebullitiones aquæ sur-

gentis. Reperitur singulariter. Plinius in libro secundo: Scatebra in Cassinate fluvius frigidus abundantior ætate. Valvæ, ianvæ siue portæ siue ostia, quæ in se replicantur, Tricæ, capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti, quæ gressum impediunt: ideo tricæ dicuntur etiam impedimenta & res friuolæ, ut apinæ. Plautus in Curg. Quod argentum tu mihi? quas tu tricæ narras? hinc extricare & intricare pro expedire & impedire.
Apinæ, pro nugis etiam singulariter caret. Therma, balnea calefactoria, à thei mon. id est, calidum. Imperici dicunt istas. Nares, nasi spiramina: reperitur singulariter. Ouidius: Acta retro naris mediæ est fixa palato. Per si? Sonat hic de nare canina littera. Lucanus libro secundo: Hic aures alius spiramina naris aduncæ amputat. Blanditiæ, blandimæta: legitur quandoq; singulariter. Quintus Cicero de petitione consulatus: Opus est magno pere blanditiæ. Cicero pro Plancio: Facilis est illa occuratio & blanditiæ popularis. Plautus in Bacchidibus: Viscus mer⁹ uestra est blanditiæ. Propertius: Arguta referens carmina blanditiæ. Compedes, pedum uincula. Iuuenalis singulariter dixit satyra quarta: Squallidus in magna saltidit compede fossor. Horatius in epistolis: Nivali compede uinctus. Sordes, immunditiæ & auaritiæ. Legitur quandoq; singulariter. Plautus in pœnulo: In medio oculo parum fordus est. Tacitus: Sordem & auaritiæ Fonte Capitonis & cætera. Apuleius primo metamorpho. Extremæ auaritiæ & sordes. Clitellæ, instrumenta quibus sarcinæ in equis aut mulis portantur. Hinc equus clitellarius &c. Horatius: Hinc muli clitellas tempore ponunt. Sunt etiam clitellæ, loca quædam, & tormenti genus. Sortes, id est, oraculum & dei responsum. Horatius: Dictæ per carmina sortes. Nonnunquam singulariter inuenitur, teste Nebrissensi, ut ibi: Cecidit fors super Matthiam, id est, spiritus sancti oraculum quo Apostolus est declaratus: neq; enim de tanta re sanctissimi uiri fortiter: sed potius expectare debuerant quæ in ea re erat diuina uoluntas. Hec Nebrissensis: Ego aliter sentio, scilicet apostolos sortem misisse & orasse: scientes scriptum esse prouerbiorum decimosexto: Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. Tacitus: Sors oraculi haud ambigua, nec hic pro oraculo capitur. Apuleius pro oraculo singulariter dixit: Apollo sic larina sorte respondit, in libro quarto de asino habetur. Ibidem: Suæ cõiugi præcepta sortis enodat inausita. Fortunæ & diuitiæ. Item fortunæ, id est, bona fortuna: in singulari medium est, quia bona fortuna, & mala fortuna. Teren. Omnes laudare fortunas meas. Gratia, deæ quædam. Horati. singulari utitur. Gratia cû nymphis geminisq; fororib. audit. Insidia, laquei & occulti doli, dolosaq; expectatio ad aggrediendum aliquem. Canthes, organorum fistulæ. Reliquæ, & causa metri reliquæ, quicquid ex aliqua re superest uel reitat. Apuleius pro magia singulariter contra aliorum morem dixit: Conuertitorem pridiana reliquæ. Fauces, pro ingressu & parte corporis uix usq; singulariter legitur, nisi apud grammaticos. Vergilius: Obstupi steteruntq; comæ & uox faucibus hæsit. Idè: Inde ubi uenere ad fauces graue olentis acurni. Plinius libro un. decimo: Summum gulæ fauces uocantur, postremum stomachus. Ouidi. lib. sexto: Caret os humore loquens: Et fauces arent, uix est uia uocis in illis. Crates, quandoq; singulariter legitur cratis. is, ti, tem. Hinc craticula. Induciæ, cessationes ad tempus ab armis. Barbari treugas uocâr. Falæ, turres lignæ. Quisquilis, quicquid ex arboribus minutis surculo rum foliozq; cadit, & purgamenta terraz, teste Seruio, & pro quacunq; re parui pretij sumitur. Apuleius primo Metamor. At has quisquilias quanti parati. De piscibus minimi pretij loquitur. Quisquilis, est arbor quædam. Quisquilium, arboris fructus. Næuius in priore significatione singulariter dixit: Deturbate saxo, homo non quisquilis est. Lactes, intestina, per quæ cibus labitur, proprie in homine & oue, teste Plinio. Veteres singulariter dicebant. Ticinnius: Craticula, cerebellum, lactis hagnina. Mappæ, teste Seruio, sed ut Sulpitius ait sepiissime legitur singulariter. Horatius in epistolis. Ne turpe toral n. sordida mappa Corrugeret nares &c. Dicitur etiam mappum, & est quod sternitur super mensam, & signum quo misso equi cursum circensem auspicabantur. Sueto. in Nerone: Aliquo liberto mittente mappam. Minæ, id est, minationes, & murorum iminen-

Valuæ
TricæApinæ
Thermæ
Nares

Blanditiæ

Compedes

Sordes

Clitellæ
SortesFortuna
Diuitiæ
Gratiæ
Insidiæ
Canthes
Reliquiæ
FaucesCrates
Induciæ
Falæ
Quisquilis

Lactes

Mappæ

Minæ

Plaga	<u>tiæ, quas pinnas uocant. Plaga, pro reti tantum, Nuptiæ, legitima maris & feminae coniunctio, Excubiæ, uigiliæ militum. Primæ, id est, primæ partes. Cicero lib. 1. ad Atticū: Tibi primas deferō. Primitiæ, quæ in aliqua re sunt prima & principalia. Inuenitur etiam adiectiue primitiui, a. um, ut primitium torrem apud Ouidium duodecimo metamo.</u>
Nuptiæ	
Excubiæ	
Primæ	
Primitiæ	
Inferiæ	<u>Inferiæ, sacra defunctorum & exequiæ. Scopæ, uerriculum quo domus mundatur. Apud Suetonium in Nerone quidam libri sic habent, scopæ deligata. Sed Politianus ascopera legendum esse contendit. Cæterum apud Columellam diminutiui singulare est libro decimotertio. Deinde peniculo derergit & feruentissima pice infusa nouo alio rutabulo & scopula picatur. Partes pro factione, ut Antonius sequebatur partes Cæsaris.</u>
Scopæ	
Partes	
Ceremoniæ	<u>¶Iunguntur his pauca alia. Ceremoniæ omne sacrificiorum genus. Inuenitur tamen singulariter. Cicero in secundo de legibus: Magnam religionem ceremoniarumq; declarat. Gellius libro quarto capite nono. Cum castitate ceremoniarumq; adeunda: Suetonius in Cæsare: Ceremonia deorum. Idem in August. Barbara ceremonia de filio consulenti. Tacitus: Videbat potius sacros & ceremoniam loci corpore toto polluisse. Minutiæ, id est, partes partium. Me tamen iudice (inquit Curius) non pœniteat quem dixisse minuti- am. Seneca epistola nonagesima: Ad minutiam rediguntur. Dicitur etiam minuties, ei. Apuleius undecimo Metamor. Ad humanam minutiam. Area, pro splendore reper- cussio ex corpore rotundo, ut exponit Seneca in naturalibus. Offuciæ, uerba detrahen- tia & fallaciæ. Plautus in Mostell. Offuciam dixit. Nundinæ, cuius singulare nundinum neutri gen. parū in usu est, dies ad emendū uendendumq; publice constituti. Manubiæ, pe- cunia ex uendita præda. Facetiæ, uerborum rerumque urbanitas. Reperitur singulari- ter. Gellius libro tertio capite tertio: Adductus stylo, atq; facetiæ sermonis. Fidiculæ, fu- nes quibus torquentur fontes. Fidicula fidiculæ, est parua fides, id est, chorda. Vigiliæ nocturnæ, rarum est singulare, ut terræ pro regione. Ceruix nunc eclipticum non est: olim tantum pluraliter ceruices dixere, & ita adhuc uisitur Suetonius in Galba & in Virellio.</u>
Minutiæ	
Areae	
Offuciæ	
Nundinæ	
Manubiæ	
Facetiæ	
Fidiculæ	
Vigiliæ	

¶Neutra tantum pluralia.

Tantum pluralis numeri sunt neutra, iuga, arma,
 Seria, cum rostris, effata, crepundia, bactra,
 Extra, cibaria, tesqua, ceraunia, classica, iustra;
 Cum castris, flabris, cunabula, iusta, pudenda,
 Transtra, uerenda, bonis & munia do paraphernis
 Aulæis, lachanis, libis, comitia, lector
 Addes cum spolijs præcordia: sunt secundæ
 Hæc, carchesia, uti uinacea, & ostia, ferta.
 Ostrea grammatici, bellaria, pluraq; iungunt,
 Illia sunt ternæ, ceu lumina, mœnia sicut
 Pugillaria, uti sponsalia, millia iunge,

Et uetera, atq; mapalia, sic magalia flecto:
 Pluraq; perfacilis melius quæ profa recludet,
 Interdum numero potientur pauca priore.

¶ Neutra tantum pluralia sunt, iuga, arma &c. quorum pauca singularem numerum quandoq; habebunt, ut per ordinem declarabo. Iuga, montium cacumina. Inuenitur quæq; in hac significancia singulariter. Ver. sexto Aenei. Hoc superate iugum. Tacitus: Triamillia delecti pedites proximo Tauri iugo imposuit quo transitu regis arceret. Taurus, est nomen montis. Idem de situ Germaniæ: Danubius molli & clementer edito montis arbonæ iugo effusus, plures populos adit. Ibidem: Vertices montium iugumq; insederunt. Arma, cuiusq; artificis instrumenta. Seria, res graues, non iocose. Inuenitur adiectiuum ferius, a, um. Rostra, locus Romæ ubi concionabantur: pro rostris, id est, in rostris. Effata, ultimæ augurum precatio. Crepundia, recule pueris ludendi gratia data, ut ensiculi, equulei, pupæ, imagunculae, tinnabula. Baëtra, populus in Scythia, & ipsa regio, incolæ etiã baëtri & baëtriani dicuntur. Ver. secundo Georgicorum: Neq; baëtra neq; Indi Laudibus Italiæ certent. Hieronymus, Baëtri canibus ad hoc ipsum nutritis obiciunt. Baëtra quoq; in ea regione urbs ẽ, similiter tantum pluraliter declinatur, ut quædam alia urbium nomina: ueluti Cythera in cypro, Artaxata in Armenia. Tenthya uel (ut alij aiunt) stantyrã in Aegypto inferiore. Exta, intestina quæ maxime extant eminentq;, ut cor, hepar. Cibaria, esculenta lautiora, raro singulariter legitur. Tesqua, loca aspera & difficilia, deserta & inculta. Ceraunia, montes epyri. Classica, concentus tubarum & ipsæ tubæ. Reperitur aliquando singulariter. Verg. Classica iamq; sonã. Sucto, in Cæsa. Classicum exorsus prærendit in alterã ripam. Lustra, ferarum cubilia. Lustrum singulare, id est, quinquenniu. de priore. Verg. Non absunt illinctaltus aut lustra ferarum: capitur pro lupanari apud Plautum. Castra, loca sunt in quibus milites tentoria figunt. Huic iunguntur æstiuã, hyberna, statiua. Castrum, singularis numeri, id est, locus muris munitus. Castellu, paruus uicus muro circumdatus. Flabra, uentorũ status. Flabellu, instrumentum q̄ stat⁹ fit. Cunabula, & silr incunabula. i. cunæ & rerum primordia. Iusta, i. exequiã. Vale. Flac. li. 2. Tũ comitiu pia iusta facit. Sal. in Iugur. Postq̄ illi more regio iusta magnifice fecerant. Pudenda & uerenda, quia intelligimus membra semper. Transira, sedilia in nauib⁹. Ver. Transira per & remos Perseus singulariter dixit: Tun' mare transilias tibi tora can nabe fulto Cœna fit in transiro? Bona, pro diuitijs. Munia, grauamina popularia & officia. Cor. Tacitus: Sic egesto quequid turbidi redditur sua forma legibus & munijs magistratum. Parapherna, præter dotem data fœminis. Hæc etiam paraphernalia dicuntur per tertiam declinationem, à para, id est, præter, & pherna, id est, dos. Aulæa, panni depicti qui in domibus ditiorũ & nobiliũ pendent ad parietes, & silr in scenis, & spectaculis. Apu. in. 2. Meta. singulari uicis. Aulæũ tragicum dimoueto. Lachana, omne holeris genus. Horatius singulariter dixit: Lachanij; catinum. Liba, panis genus: reperies aliquando singulariter. Cato de Agricultura: Libum sic facito. Cuius: Melle pater fruis, liboq; infusa calenti lute repertori candida mella damus. Comitia, conuentus populi, ad magistratus creando. pro ipsa magistratum electione semper plur⁹ dicitur. Pro loco autem ubi comitia celebrantur, dicitur comitium frequenter. Cicero ad Atticũ libro 10. Se hora prima in comitiu fore. In eadem epist. in comitiũ Milo de nocte uenit. Suet. in Cæs. Aedilis præter comitiũ & forum basilicasq; etiã capitolium ornauit. Tacitus: At borem in comitio. Gellius libro primo: In comitio apud tribunalia. Spolia, exuuia. legitur singulariter. Suetonius in Cæs. Ne spolio potiret hostis. luue. Actoris Aurunci spoliũ. Præcordia, chartilago circa cor. Gellius libro primo: Qui crudũ sine præcordiorũ dolore ructat. Suet. in Aug. Præcordiorum instatione tentabatur. Diuus Thomas in hymno: Ex præcordijs

Iuga

Arma

Seria

Rostra

Effata

Crepundia

Baëtra

Cythera

Artaxata

Tenthya

Exta

Cibaria

Tesqua

Ceraunia

Classica

Lustra

Castra

Flabra

Flabellum

Cunabula

Incunabula

Iusta

Pudenda

Verenda

Transira

Bona

Munia

Parapherna

Aulæa

Lachana

Liba

Comitia

Comitium

Spolia

Præcordia

DE NOMINVM HETEROCLISI

- Carchesia** sonent præconia. Carchesia, apud Macrobiū singulariter reperitū, qui uult esse summā ueli partem. Alij dicunt esse foramina in malo accipientia funes. Sunt etiā pocula quedā, singulariter etiam utitur Apuleius in undecimo de asino. Vinacea, folliculi uuæ iā pisse.
- Vinacea** Vinaceus adiectiuum est. Ostia, uel cum aspiratione (ut quidā uolunt) hostia, parentes flui-
- Ostia** orum aditus. Verg. Italiam contra tiberināq; longe Hostia. Aliqñ ostia pro portu capi-
- Hostia** mus. Idem: Aut portum tener aut pleno subit ostia uelo: reperies singulariter. Cice, pro lege Man. Ostium tiberinum. Ostia ostia, femininum significat urbem: nunc porta sancti Pauli dicitur. Seta, corona ex floribus. Verg. Sertisq; recentibus halant. Vix apud doctos singulare inuenies. Seta seta femininum, herba melilotos, quam serculam campanam appellant. Ostrea, concha species. Mart. Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino. Sic ceteri poeta sæpissime. Iuue. Ostrea callebat primo deprendere morsu. Quid. libro quinto Fasto. Ostreaq; in conchis ruta fuere suis. Legitur aliquādo singulariter. Seneca: Quid ostreum sapiat, quid mullum optime nosti. Dicuntur etiam ostrea ostreum. Gellius: Ostrea senescente luna inhuberes, macra, tenues, exusta sunt, crescere luna pinguescunt. Idem: Luna nunc uidelicet fenescit, ea re ostrea quoq; sicut alia quædam tenuis exustaq; est. Suetonius in Tibe. Afellio Sabino festertia ducenta donauit pro dialogo in quo boleti & ficedula & ostrea & turdi cerramen induxerat. Serui? censet rectius feminino genere ostream dici, q̄ neutro genere ostreum, quia nullum nomen animalis apud nos est neutri generis, ut ait in illud, Pontus & ostriferi &c. Ego utrunq; dici recte censeo propter tantorum uirorum autoritatem. Bellaria, secunda mensa ut poma, placenta ad irritandam gulam: Græce tragemata & pemmata dicuntur, quibus uoculis latini utuntur. Addit quidā plura ut pascua, teste Phoca, de hoc ante diximus. Viuaria, septa in quib. feræ uiuæ pascunt, quæ etiam roboraria dicuntur. Sic apiaria, melliarisq; rarissime singulariter reperuntur. Præna quoddam Pindari opus, ex dictis patet, ut rhetorica rhetoricorum. Tripudia, saltationes: raro legitur singulare tripudium. Spectacula addunt pro ludis, sed singulariter legitur. Lilius libro primo: Indici deinde finitimis spectaculum iubet. Suet. De spectaculo excitatus descendit. Multitia, uestimenta mollia & muliebricia, raro singulariter reperitur. Arteria apud Lucre. pro eodem dicimus singulari numero arteria arteriæ, & pluraliter arteriæ artetarum. Orgia & repotia ante dicta sunt. Intestina à multis additur, uerum singulariter reperitur sæpe pro interioribus uentris. Cornelius Nepos in uita Attici: Tanta uis morbi in unum intestinum prorupit. Gellius libro duodecimo, cap. 5. Quod Græci colon, id est, laxum intestinum dicit. Idem libro. 16. Parentes intestino fibræ. Plin. lib. 11. masculine dixit: Intestinus quibusdam ab ore incipiens. Intestinus, a, um, id est, intimus uel internus: ut intestinum bellū, intestinū odiū. Item menstrua, cōpita, triuia raro singulariter lecta sunt. Omnia iā dicta secundæ declinationis sunt, sequentia uero tertiæ. Iliia, intestina, licet quandā reperies differentia in ilia, uiscera, intestina. Iuue. Vis frater ab ipsis ilibus. Cellus pro secundā ilis dixit, teste Cale. lectū est aliqñ ile ilis, teste Ser. q̄ teste Marty? Mimographus, ut risum spectatoribus moueret dixit: Tu ut Hector ab Ilio nunq; discedis. Plin. lib. 19. cap. 37. In hose ile infima parte simile sullo, à Græcis appellatur colon. Lumina, pro oculis, poetæ sic aliqñ singulariter utitur. Verg. Luminis effossi. Mœnia, q̄ urbē cingunt. Pugillaria. Auso. rñ pugillar dixit, uide pugillares. Sponsalia, gr̄o sp̄o salū uel pro secundā sponsaliorum, dō sponsalibus. sunt futurarum nuptiarum promissio. Gellius libro. 4. Hoc ius sponsaliorum: obseruatū dixit Suet. in Au. Quondam sponsaliorum die uexa tuus in iure titulus est de sponsalibus. Milia, i. miliaria. Calep. ponit non pbat singulare nullum pro miliarium. Vetera, pro loco quodā frequēs in Tacito. Mapalia, tuguria rusticorum aut patiorum. Magalia idē, pri? reperi singulariter. Valer. Flac. li. 2. Cor e sparso concita mapali agrestis manus. Adde his magnalia, i. res magnificæ & stupenda. Palearia, pelles pendentes sub collo bouis. Seneca in Hippolyto dixit singulariter palear uirer. Vergilius libro tertio Georg. Et crurum tenuis à mento palearia pendent. Item palearia ubi conduntur palear, ut scœnalia ubi scœnum reponitur, sed hoc est secundæ, & singulare est palearium.
- Bellaria**
- Viuaria**
- Roboraria**
- Pæana**
- Tripudia**
- Spectacula**
- Multitia**
- Arteria**
- Intestina**
- Iliia**
- Mœnia**
- Pugillaria**
- Sponsalia**
- Vetera**
- Mapalia**
- Magalia**
- Palearia**

Lemuria, apparitiones & terrificationes nocturnæ. Virilia genitalia, quia intelligim^r
membra, ut muliebria, quæ pro mensuris etiam & libidine capimus. Cælius ad muliebri
um fluxum sedandum. Quint. Nobilis adolescens à centurione muliebria passus, Flamina
& verbera, aliquos casus in singulari habent in usu. Altaria & presepia, raro singulariter
apud doctissimos: ut specularia, per quæ specularumur. Ocularia, oculi vitrei, quibus utunt
senes. Naualia, loca in quibus stant, aut fieri refici ve solent naues: reperit aliquando singu-
lulariter. Ouid. lib. 3. metamorphoseos: Haud aliter q̄ si sicum nauale tenerent. Ver. Diri
piuntq; rates alij naualibus, ite. Penetralia, secretiora loca, legitur aliquando singula-
riter. Sil. lib. 13. Penetrale parentum, uel penetral. Macrob. lib. 7. ca. 1. Tantum in fusi pene-
trale existimes adorandum. Ancilia, ium, uel orum, singulare tamè est apud Iuue. ancile.
Sic etiam apud Ouid. ideo non puto dicis annumerandum esse, erat scutum cæleste. Oui-
dus: Atq; ancile uocant quod ab omni parte recisum est:
Quoq; oculis spectes angulus omnis abest.
Carent etiam singulari tempe & pondo. Quibus nonnulli iungunt cete, quia singulari
ter cetus masculinum est. Hæc autem satis patuerunt.

Lemuria
Virilia
Muliebria
Flamina
Verbera
Naualia
Penetralia
Ancilia

ABUNDANTIA.

Multiplex uno sensu dicatur abundans;
 Tignum uel tignum fit testis, piscaq; pisum,
 Cum penè innumeris quæ lectio multa docebit.

Nomen abundans est quod in eadem significatione multifariam effertur, ut tignus uel
tignum &c. Talia sunt multiplicia, primo ponam modos aliquos, deinde numerabo nō
nulla ordine alphabetico, multis proculdubio omisis, quia propè sunt innumera, si cui
fuerit affatim otij poterit plura addere. Primo, quædam sub a sunt primæ, uel sub es quæ
tæ, ut maceria uel es &c. Secundo, quædam in us uel in um desinunt, ut tignus uel tignum:
& quædam in er uel in um desinunt, ut oleaster uel oleastrum. Tertio, quædam in um p
secundam desinebant, & aliquando in a per primam, quæ nunc in a per tertiam desinunt,
ut poematum ari, uel poema poematis. Quarto in er uel in us, ut Euader
uel Euandrus, conger uel congrus, filer uel filerus, nomen fluuij &c. pauper olim paupe-
rus, unde in Plauto est fæmininum paupera, & græcis pauperos. Quinto, in a uel in as, ut
byria uel byrias, damorta uel damortas, fossa uel fossas, sylla uel syllas. Et in a uel in es, ut
cometa uel cometes. Sexto, in a uel in e, ut libya uel libye &c. Septimo in eus uel es, ut
Achilleus uel Achilles. Octauo, ab acco græco fit aliquando fæmininū primæ in a, ut æthe
ra, cratera, lampada, onychia &c. Nono, quædam in eodem sensu proferuntur in singula
ri & in plurali, ut hæc fidena hæc fidena, hoc argos hi argi, hæc cume hæc cumæ, hæc per-
gamus hæc pergama. Decimo, quædam tertiæ græca faciunt à gto in os, nomina secundæ
in us, ut titan titanos titanus, sic delphin uel delphinus, elephas uel elephantus, Arabs uel
Arabus, Aethiops uel Aethiopus, Abax abacus, diacon uel diaconus, Aedon uel ædonus,
mōs Thraciæ. Ver. 7. Aene. Hircanisq; Arabisq; parat: hic Seruius ait iā in usu non esse Aethi-
opus: hæc enim sola auctoritate constant, nec familia effingimus. Undecimo, quædam de-
sinunt in is uel in er, ut cucumis uel cucumer, impubis uel impuber &c. Duodecimo in o
uel in en, ut antio uel anien, Nerio uel nerien, ut in declinatione uisum est. Terriodecimo
in is, uel in en, ut sanguis uel sanguen: aut is uel in, ut delphis uel delphin. Decimoquat-
to in or, uel in os, ut arbor uel arbos. Seruius dixit or in os uisum, pductionis gratia, id au-
tores non semp obseruant. Verg. Semper honos nomenq; tuum. Veteres certe sæpe s pro
r ponebant, ut susius pro surius, sic ualesius, meliosibus &c. Decimoquinto, in e uel in is,

Arabus
Aedon

DE NOMINVM HETEROCLISI

ut prænesti uel prænestis, rete uel retis. Decimosexto, in i uel in is, ut sinapi uel sinapis & cæt. Decimosextimo, in u uel in us, ut artus uel aru. Vnde Plautus arua dixit. Sic to nitru uel us, gelu uel us, & gelu, cornus uel cornu, pecus tertiaræ uel pecu, penus uel penu, penum & cætera. Decimooctauo, in os uel in us, ut delos uel us: uel on aur um, ut ilion uel ilium, aut hæc Ilios. Decimonono, in on uel in os, ut minos athos, uel aliqñ on. Vigesimo, in o uel in on, ut Agamæno uel on, Pluto uel on. Verg. 7. Odit & ipse pater Pluton odere sorores, è deus inferni. Vigesimalimo, in al uel ale, & in ar uel are, ut penetrat uel penetrare, alcare uel altar, & quæq; altaria: sed in usu doctissimor: est altaria pluraliter rñ, cochlear uel cochleare & c. pecuar uel pecuare pro pecus. Vnde Perfi. pecuaria dixit. Sic ceruical & olim ceruicale & cæ. Vigesimalotertio in as uel aris, ut cuias uel cuiatis & c. Vigesimoquarto, in as uel do uel or & c. ut amaritas, amaritudo, amaror, & amaritia uel amarities, beatitas uel beatitudo, albor albitudo nix albedo, dulcor dulcedo & c. Vigesimoquinto, alia penè innumera, de quib⁹ certa nõ est regula, ut mugil uel mugilis, arar uel araris, baccar uel baccaris, tibris uel tiberis, caro & olim carnis, Iupiter uel Iouis, ædipus & ædipodes, lac uel lacte, Dauid Dauides, Adam Adamus & c. satan & satanas, adeps, plebs, seps, stips, anceps, biceps, trabs, fors, scobs. Etiã per es lecta sunt adipes, plebes, ualilis uel ualles, apes uel apis, torques uel torquis, nubes olim nubs, natalis uel natale. Noualis uel nouale, iter uel iter, uas & uasum, præsepe & præsepium, torris olim torres, ligur uel ligus, ambages uel ambago, contagis uel contagio uel contagium, compages uel compago, tapis rapete uel rapetum, plaustrum uel plostrum, caurus uel corus, caudex uel codex, caulis uel colis, cultus uel cultio aut cultura, cantus uel cantio & c. Hæc & alia prope innumera declarant à Marcello, Felto, Prisciano, Tortellio, Iuniano, Perotto, Nestore, Calepino pluribusq; in quibus obseruato ne omnino desita uersupes. Addã aliqua ordine alphabetico. Nolui duris uersiculis nec multum necessarijs pueruloz ingenia molestare, sat erit & frequenti disputatione & longa lectione memoriæ commendare.

A

Alluuium
Angiporrus
Abroranus
Alcyon
Adagio
Aditus
Adytum
Anapis
Algus
Acinus

Alluuium uel alluuium uel alluuius ei, id est, immoderata aquarum uolentia & affluxio. Angiporrus uel angiporrum uia inter domus, uiculus aut plateola. Abrotanus uel abrotanum, herba quædam. Alcyon uel alcyone, alcedo uel alcedonia, auicula de qua alibi diximus. Aranca uel us. Adagium uel adagio, id est prouerbium. Ausonius in præfatione monosyllaboz: Quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus. Mutuum muli scabüt, Aditus cum i nostro, id est accessus. Adytum cum v græco, id est, secretior pars templi. Anapis uel anapus, nomen stuij. Algor uel algus uel algu. Plautus in Vidula: Inopiam, luctum, merorem, paupertatem, algum, famem. Plaut. in Ruden. Tu uel suda uel peri algu, id est, frigore. Acinus uel acina acinæ, fructus minorior arboris aut fruticis, ut sunt grana, uuæ, uel hederæ & c. Catullus poeta apud Gellium li. 7. ca. 20. Ebriosæ acinæ dicit. Vitatus est acinum in neutro genere, teste Gellio.

B

Baculus
Baptismus
Buccinum
Buxus

Baculus uel baculü, posterius caret plü numero. Quid. i. Fastoz: Baculumq; tenens agreste sinistra. Baptismus uel baptismum uel baptisma baptismatis, id est, ablutio. Nalla in Marcum negat baptismum recte dici, licet in euangelio legatur. Buccina uel buccinum, id est tuba: buccinus, est ipse canor. Caper. Buxus uel buxum, arbor quædam. Seruis in 12. Aeneidos deridet eos qui dicunt, buxus arbor est, buxum lignum.

C

Curriculus
Carrus
Cõmentariũ
Chirograph⁹
Cingula
Cruita

Curriculus uel curriculum, id est, cursus uel currus uel spatium in quo currit. Carrus uel carra & carruca. Cubitus uel cubitum, id est, brachij curuatura & mensura quædam. Plinius. 7. ca. 15. Tria cubita. Commentarius uel commentarium, liber in quo res summariim scribuntur. Item libri alicuius interpretatio uel declaratio. Chirographus uel chirographum, i. scriptura manus propriæ. CrySTALLUM uel us. Cingulum uel cingula. Sed Seruius in. 9. Aeneidos ait: Cingulum hominis est generis neutri: nã animalium gñe feminino dicimus has cingulas. Quidi. Yt noua uelocem cingula lædit equum. Cruita, est rei cõstita

lis, crusta alterius, luuenalis: Heliadum crustas. Confortium uel confortio, i. societas. Coluuiū uel colluuiū uel es, id est, fordii collectio. Capo uel capus, id est, gallus castratus. Glypeum uel us, i. scutum: neutrum in Plinio reperiri late docet Bechichemus. Calcaneus uel um, i. extremitas calcis. Colostrū uel colostrā, lac densum statim à partu. Martia. Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis. De primo matrum lacte colostrā damus. Paladius: Colostram uocant pastores illud exiguū lactis in quo est spissior natura. Plaut in pœnu. Mea colostrā, meus molliculus caseus. Frequētius est neutrum, ut bene uoluit Seruius. Costus uel costum. Canistrū olim etiam canister. Cyperus uel cyperū, id est, ligustrū, teste Nestore. Calamistrū uel us, ut docet Baptista Pius. Capital uel capitale. Cauilla uel cauillum uel cauille, iocosa quædam irrissio. Apuleius etiam dicit cauillus, ut Iorus pro Iorum, & plura. Carete caretis uel care caris, oppidū Tusciæ. Crocus uel crocum. Conchyle uel conchylum. Vulgus barbarum perlam uocat, teste Bebelio. Coclaue uel conclauium. Plautus in Aulularia: Conclauium mihi peruium facitis. Culeus uel culeum, Lancilot teste.

D

Dictamus uel dictamum, quædam herba. Dipondius uel dipondium, duo pondo. Diluuiū uel diluuius, i. inundatio, caraclysmus, quia uarie diluit, lauat, purgat, & resoluat.

F

Fretum uel fretus, us ui. i. mare. Lucret lib. 1. teste Prisciano: Angustoq; fretu rapidum mare diuidit undis. Fidum uel fundus, pro agro: sed fundum melius pro imo rei dicitur, fundus pro agro. Fabulum pro faba apud Cellium lib. 10. cap. 11.

G

Guttus uel guttum, uas angusto ore, unde guttatim unguentū uel aqua rosacea cadit. Gibber uel gibbus aut gibba. Glomus, mi, uel glomus, eris, aut glomer, eris, ut Perottus uult, de hoc quid sentiamus, in 2. libro patet. Galerus uel um, id est, pileum. Galbanus uel um, succus uel lachryma cuiusdam herbæ. Ganea, neæ, uel ganeum nei, heluonum & meretricum diuersorium. Plaut in Menæch, Immer sit aliquo sese credo in ganeum. Gobio uel gobius, picis quidam.

H

Hebenus uel hebenū, id est, arbor quædam. Helleborus uel helleboꝝ, herba quædam, sic qdam: sed Lancilot, negat helleboꝝ in neutro gne recte dici contra Tortellium. Sed falsi Lancilot, Plini lib. 27. Auxiliat eis helleboꝝ albū, & 25. ca. 13. Efficacius helleboꝝ ad uomitiones, sic idem alibi persæpe. Hibiscus uel um, herba similis maluæ. Myfopus uel hyfopū, herba quædam. Humus & apud ueterustissimos humū, Hemistichus uel hemistichū, id est, dimidiū uersus.

I

Iubilus uel iubilū, uox lætantis. Insomniū & insomniā in somniæ, sed hoc plurali carer. Lancilo. Ludius uel ludio, id est, histrio. Ludia, talis mulier. Luctus uel luctū, tristitia. Lanio uel lanus. Labiū, & apud Cellium sæpe labia labia: ut lib. 10. cap. 4. Labia sensim primores emouemus. Sic ibidem leges, Lana & lanitiū, Lebes & lebera leberæ.

M

Mendum uel menda, dæ, macula, uitium, error. Cicero 14. ad Atticū: Magnū enim mendū continet. Margarita margaritū uel margaris, teste Seruo, lapillus pretiosus. Hieronymus ad Demetriadem: Tanti (ut dicit) uirū quanti Margaritū. Tacitus in lib. de uita Iulij agricolæ: Ferr Britania auræ & argentū & alia meralla: gignit & oceanus margarita, sed suffusca & liuentia. Monitus uel monitū, i. monitio. Mundus uel mundū, ornatus mulieris. Mulstra uel mulstrum uel mulstrale, uas in quod mulgetur. Mens, & apud Ennium mentis.

N

Nasus nasa uel nasum, apud Plautum: sed in usu est nasus, Nepes uel nepis uel nepete,

Confortio
Colluuius
Capus
Glypeum
Calcaneum
Colostrū
Colostrā
Cauillū
Conclauid

Dictam^o
Dipondi^o
Diluuius
Fret^o
Fundus

Gutt^o
Glom^o
Galerus
Ganea

Hellebor^o
Hibiscus

Iubilus
Ludius
Labia
Lana

Mendum
Margaritū

Mundus
Mulstrū

DE NOMINVM HETEROCLISI.

Narix

oppidi nomen. Nubes, & olim nubs. Narix naricium & narica, urbs Locridis. Noualis nouale. Natalis uel natalis.

Peribolus

Peribolus uel peribolum, id est, circuitus. Papyrus uel papyz. Pisa uel pisum, legumen notum. Pisa pisa, etiam est oppidum Graciae. Punctum & aliquando punctus. Plini. lib. secundo cap. 70. Non est aliquid terra uniuersa quam mundi punctus: frequētius est punctū.

Punctus
Punctum

Seneca: Punctum est adhuc minus puncto quod incolimus. Horatius in arte: Omne uelit punctum qui miscuit utile dulci. Puluisculus uel puluisculum. Pomus & pomum pro arbore, ut Cerasum uel cerasus & cerasium, pro fructu. Propertius: Hic dulces cerasos, hic autumnalia poma. Pileus uel pileum. Pistrina uel pistrinum, ubi pinsit. Postica uel posticum posterior ianua: etiam dicit adiectiue posticus postica posticum. Perfius: Posticæ occurrere sannæ. Pauus uel uo. Prouiues uel proluuium uel proluuio, immudicia cuiuscumque rei sordida. Verg. Fœdissima uentris proluuius. Peccatum & peccatus peccatus peccati. Cicero apud Gellium: Nemo ita manifesto peccatu tenebatur, hoc suauis, uiridiusque uisum est, si peccato dixisset, sed & ratio certa est, quia peccatus, id est peccatio, ut arbitratus & allegatus. Ueteres euphoniae causa multa contra grammaticam dixere, ut ostendit Gellius: nam Ennius framinio gñe Aere fulua dixit, & Lucretius funis aurea, & Cicero fretu pro freto. Pulsus & pufio, puer, & proprie pathicus. Propago, & propages. Phorcus, Phorcyn, & phorcys, pater Medusa.

Cerasus
Cerasum
Postica

Aere fulua

Pulsus

Phorcus

Rictus

Ramale

Retis

Sabulo

Seitertius

Scrypulus

Syngraphus

a, um.

Rapa uel rapum. Rictus uel rictum, id est, os & hiatus. Ramus & ramale. Perfius: Veteris ramalia sagi. Retis uel rete, uel retia retia. Plautus in Rudente: Ludos facit & retiam. Rhenus uel rhenum.

Sors

Sinum

Saguntum

Strabus

Scorpius

Sabulum uel sabulo, id est, arena grossior, apud Narronem & Victruuium. Symbolum & aliquando symbola. Spicus uel spicum. Seitertius uel seitertium, genus ponderis, duae librae & selibra. Scrypulus, & melius scrypulum, etiam ponderis genus. Syngrapha uel syngraphum, litera a multis conscripta, uel ab uno nomine multorum, qui sigilla sua appendit uel ascribit in signum ueritatis. Dicit etiam syngraphum. Plaut. Age, itum ostende quem conscripsi syngraphum inter me & amicum & lenam. Sueron. Non dubitauit a quibusdam iurandum & syngrapham exigere. Sors uel sortis. Plaut. in Casti. Vide nequa in sit alia fortis sub aqua. Sinum uel sinus, pro uale. Plaut. in Curgul. Ei ne hic sinus cum uino fert. Saguntus uel saguntum, urbis nomen, leges utrunque in Sillis. Serabo uel strabus, qui oblique uidet. Scorpius uel scorpio, animal uenenoſa cauda, & caeleste signum, & arcubalista & nodosum flagellum. Caper: Scorpio bellica res est. Scorpius animal. Hæc differentia non obseruat, ut Calepinus docet. Supparus uel supparz, & plura ante pauerunt.

Tign^o

Tiaras

Theſaurus

Textrina

Tapas

Tributus

Tignum uel tignum, omnis ædificij materia. Faber tignari^o, q ædificia facit, diminutiuum est tigillū. Tiaras uel tiara. Theſaurus uel thesauz, teste Capro, theca, locus pecunie uel ipsa pecunia. Textrina uel textrinū, ubi textit: ponit adiectiue, ut opus textrinū. Taxus, uel taxū, arbor. Thymus uel melius thymū, herba. Tapas uel tapete uel tapetum. Vergi. Pulchrosque tapetes. Plini. lib. octauo: In tapetis antiquissima gratia. Tributū & olim tributus, munus quod a subditis soluit. Torris & olim torrus apud Enniū, qui trabes abiegn dixit apud Priscianum pro trabs.

Vesper

Vesperus a ſ.

Vesper, stella & ultima pars diei, quæ etiam uesperz dicitur & uespera, stella etiam uesperugo. est autem uesper solij masculini gene, ut contra Alexandriū Calepinūq; & plures p bavi: pro tempore, alij etiam hoc uespere ſectur, stella etiam dicit hesperus. Inueniturq; adiectiue uesper^o, a, ſ. & Vespertin^o, a, ſ. Itaq; cū uesperz dicimus, tempus intelligim^o, cum uespera, tū hora subaudit. Plini. lib. 18. His horæ rigandi matutina atq; uespera. Idem. Matutinū tempus atq; uesperz. Itaq; contra Aeliū Hispanū recte dicimus uesperi psalmi, uesperæ horæ, id est, uespertini & uesperna. Hinc uespertina, id est, merenda. Viscus aut uisum. Vultus, olim etiam uultum, Vallis uel ualles. Hinc uallecula, teste Seruiō, ut uul-

Valles

pes in specula. Vergi. II. Aenei. Est curuo anfractu ualles accommoda fraudi. Vallus fustis est. uallum municio.

X

Xylus uel xyllum, porticus ampla in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Hinc Xylitici, sunt athletæ in xystis pugnantes, aut ludentes quicumque alii. Xystus, etiam est telum uel hastile aut spiculum. Xystophorus, spiculator. Xystus uel xystum, etiam est ambulatio, in qua sunt arbores utrinque in plures species effigiatae. Plinius: Ante cryptoporticum xystus est uiolis odoratus. Victriuus: Latini xysta ambulationes appellant, quas Græci paradromidas dicunt. Capitur etiam xystus, xysta, xystum, adiectiue & ornatus, tersus, politus.

Vallus

Xystus

Xystici

Quæ composita diuersarum declinationum efficiunt.

VS uel is orta uolunt, limus, cera, arma, bacillus,
Norma, iugum, cliuus, neruus, somnusq; animusq;
Pluraq; cum freno, quæ glossa recludet abunde.

Quædam nomina faciunt adiectiua compositæ figuræ secundæ uel terciæ declinationis, ut a limus fit illimis uel illimus. A cera syncerus uel synceris, sed alia aliis sunt ustratiora. Tam declaremus singula. Limus, molle lutum. Limosus, plenus luto. Illimus, illima, illimum, uel melius hic & hæc illimis, & hoc illime, id est, purus & sine limo. Ouidi. Fons erat illimis nigris argenteus undis. Sublimus, sublima, sublimum, uel sublimis, id est, eleuatus in altum. Vergilius: Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant. Sublimare, exaltare. Limus, ma, limi, adiectiue, id est, transuersus. Ouidi: Altera nam memini limis subrisit ocellis. Cera, notum est. Hinc cereus, ex cera uel mollis. Horati. Cereus in uitium flecti. Cereus subitantiue, id est, candela de cera. Diminutiuum est cereolus. Syncerus, syncera, syncerum, uel synceris syncere, id est, purus. Horat. Syncerum est nisi uas quodcumq; infundis acclit. Ouid. Nulla est syncera uoluptas. Infyncerus, impurus. Verg. Infyncerus apes tulerit cruor. Arma, munimenta corporis, ut gladius, arcus, thorax, lorica, & instrumenta, ut libri sunt arma scholasticæ. Inermis uel inermis, id est, sine armis. Bacillus, id est, paruus baculus. Iuuenalis: Nullo dextram subeunte bacillo. Imbecillus uel imbecillus, id est, debilis. Norma, est regula fabricorum, id est, linea artificum ad quæ dirigunt opera. Anormis, irregularis & non ad normam factus. Horati: Rusticus anormis sapientis crassaque Minerua. Enormis & denormis, idem. Denormare, denormen facere. Idem: O si angulus iste proximus accedat qui nunc denormat agellum. Iugum, summitas montis, & sæpius pluraliter legi diximus. Etiam est instrumentum quo boues iunguntur quando arant. Ouidi. Non iuga taurus amat quod tamen odit habet. Hinc iugo & coniugare, id est, iugo coniungere. Biiugi uel biuges, sunt duo animalia coniugata. Triugi, tria. Quadrugi, quatuor. Vergil. Martis equi biuges. Vergi. Centum quadriuges agitabo ad flumina curus. Multiugus & omniugus, pro omnigeno & multuplici capimus, ut homo multiuga doctrina. Cliuus, id est, collis uel monticulus. Accliuus uel accliuus, id est, eleuatus, altus, quasi ad cliuum. Decliuus uel decliuus, id est, depressus & inclinatus quasi de cliuo. Boeti: Decliuemq; gerens pondere uultum. Procliuus, id est, inclinatus aut facilis, ut procliuus in risum. Dicimus etiã per in liquidam inclinis, acclinis, reclinis, p inclinat, acclinatus, reclinatus. Ver. Corpusq; leuabat Arboris acclinis truci. Pruden. Corpus licet fatiscens iacet recline paulã, Christum tamen sub ipso meditabitur sopore. Neruus, naturale uinculum corporis, quo colligata sunt membra. Job. Ossibus & neruis cõpegisti me. Capitur p uinculo carcerali. Plaut. in Curg. Tu in neruo iam iacebis, nisi mihi argentum reddat. Est etiam funis arcualis. Vergili. Primaq; per caelum neruo fridente sagitta Hirtacida iuuenis uolucres diuerberat auras. Nervosus, i. fortis.

Limus

Illimis

Sublimis

Cera

Cereus

Syncerus

Arma

Inermis

Bacillus

Imbecillus

Norma

Anormis

Enormis

Denormis

Iugum

Biiugi

Triugi

Quadrugi

Cliuus

Accliuus

Decliuus

Procliuus

Neruus

DE NOMINVM HETEROCLISI

Eneruus	Eneruus uel eneruis, id est debilis aut mollis. Vale. Maxi. Eneruos animos uirtus odisse solet. Eneruare, debilitare. Tullius: Non plane me eneruauit senectus. Sopnus Græce hygnos dicitur: unde mutata h in s, & y in o, sopnus inclinatum est: unde recte per p sine m scribitur. Hinc infopnus, a, um, uel melius infopnis & infopne, quia Valla dicit infopnis & exopnis solum esse tertiæ. Semifopnus per secundam sæpius proferit: aliquando etiam per tertiam semifopnis, infopnis, id est, per uigil. Exopnis, idem. Cice. in Verrè: Semifopnus super. Ceilus in Antonium: Ipsum nanq; offendunt semifopno torpore profligatum. Sic etiam Sallustius. At per tertiam Seneca de breuitate uitæ: Quam multi hesternæ crapula semifopnes & graues. Animus, est mens uel anima, uel uoluntas uel audacia, ut esto bono animo. Exanimus uel exanimis, id est, mortuus. Exanimare, occidere uel terrere. Teren. Hæc oratio me miseram exanimat metu. Inanimus uel inanimis, sine anima. Magnanimus, habens magnum animum. Pusillanimus, habens pusillum animum. Semianimus uel semianimis, id est, semiuuius. Frenum dictū est. Infrenus uel infrenis, id est, in domie, quasi sine freno. Ver. Et Numidæ infreni cinguntur. Effrenus, idem significat. Idem: Gens effrena uiu, id est, uiuorum. Inungitur plura, ut Imberbis uel imberbus, teste Marcello. i. nõdū barbarus, magis in usu est imberbis à barba, Infirmus, & quod rari ⁹ infirmis, teste Capro, id est, debilis. Hilaris, & quod rari ⁹ hilaris, a, um, teste eodem. Sunt qui negent aspirari, quibus non accedo, & significat lætum ac iucundum. Necessus, a, um, uel necessis, id est, necessarius, autor Donatus. Perennus uel melius perennis, teste Verulano, id est, perpetuus, à per & annus: ideo aspiratione caret. Ex dictis claret, ex multis substantiuis, componi adiectiua, ut damnus, Indemnis, sine damno &c. Prædictis nõ e addendum incolumis, quia nunquam per secundam dicitur Incolumus, contra Alexandrum Theopagita. Incolumis, id est, sanus: simplex columis idem signat. Plautus in Trinum. Neq; ita ut sit data columem te sistere illi & detraxisse autument. Cice. li. i. ad Herenniu: Casu & fortuitu nauis in portum incolumis delata est. Columtras & incolumitas, id est, sanitas. Idem ad Trebatium: Itaq; si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, tua columitate, in qua sunt omnia agenda. Dyscholus, in usu est. Tiberga dicit etiam dici dyscholus, id est, difficultis, malus & perniciosus. Elumbus uel elumbis, teste Calepino, qui præ debilitate sese erigere non potest. Seneca de remedijs iræ, Querulis per tertiam flexit, nisi mendum sit dicens: Senes difficiles & querules sunt.
---------	---

¶ Nomina sub eadem nominatiui terminatione diuersarū declinationum.

Multa tibi flexum dant quartum siue secundum,

Vt domus, & laurus, ficus, colus, & penus, adde

Et lacus, & quercus, pinus, cornus, monitusq;

Vt quondam lectus: ueteres ita plurima flectunt.

Est alijs uariis flexus, pro teste sequester.

Cætera, ne longum faciam, tibi glossa recludet.

Laurus

¶ Abundant nomina quædam declinatione, ut quæ sunt secundæ aut quartæ declinationis saltem in aliquibus casibus, ut domus ante satis declaratū, laurus, ficus &c. Hæc laurus huius lauri, datiuo lauro tantum, hanc laurum, o laure, à lauro, & aliquando lauri: hæc lauri, harū laurorū, his lauris, has lauros & laur⁹, o lauri, à lauris, arbor quæ Græce daphne dicit. Horatius, teste Seruio per quartam sub lauru mea, ut Plinius, teste Lanciloro: Ea lauru quæ ei missa e celo minima est altitudinē. Sic teste eodem, Tacitus, Quam Cremonenses lauru rosisq; constrauerant. Has lauros per secundam, Vergilius, Incende bitumi-

ne lauros. Has laurus per quartam. Idem, Qui tripodas Clarij laurus qui sidera sentis. Idem, Et uos o lauri carpsam &c. Ficus in generibus declaratum est. Colus secundæ est pater ablatiui singularis qui per utranq; profertur, hac colo uel colu, hæ colus, uide genera, ubi penus quoq; declaratum est. Lacus huius lacu uel lacus, reliqua per quartam effert. In Daniele, Non peruenierunt usq; ad paumentum lacu. Quercus, Cicero, Quercorum rami ad terram iacent. Pinus, arboris nomen. Vergilius, Pinos loquentes per secundam dixit. Idem accm pinus in .ii. per quartam enuntiauit. Idemq; in decimo, Nos sumus idæ sacro de uertice pinus. Cornus, arbor. Serenus per secundam corno dixit: Papinius per quartam, cornu depressus achiua. Quartæ sunt multa quæ olim per secundam etiam ferebantur, ut monitus, ornatus, quæritus, cætus, ortus, auditus, uisus, passus, uictus, gemitus, aspectus, fluctus, saltus, usus, luctus, piscarus, exercitus, senatus, sumptus, obitus, æstus, aditus, tumultus & plura alia à Nonio Marcello pulchre declarata. Plau. in Amphit. lectus locus pro lecti locus dixit, qd exoleuit, quia solum secundæ est nunc. Quædam diuersarum declinationum sunt mutata significatione, aut etiã scriptura aliquantulum, ut acus, anus, arcus, uel arquis, ceitus, cæstus, cerus, cætus, cantus, id est, cantio. Canthus, ferrum quod circumdatur rota. Hortus, ortus. Sinus uel sinum, id est uas quiddam secundæ est, sinus pro gremio uel laxitate uestium supra cingulum est quartæ. Eiusmodi poterit plã notari. Sicut & alia diuersarum declinationum eadem sub significatione, ut cæcer, p morbo, iber, mulciber, acer, a, um, olim teste Capro, nunc acer, cris, cre. Acer arbor tertiæ est. Serui, etiam uoluit esse secundæ, quem Priscian. carpit. Abies olim quintæ. Claud. enim sectas abies dixit. Succus, secundæ est. Apul. per quartam in gto pfi succuum dixit. Festoz nomina cum plurib. patiuntur. De his omnib. quidam magnam uersicolorum syluam pueris conficiunt: Ego nolui re non necessaria puerorũ ingenia uexare, quia multa ex dictis satis liquent, ut frondis uel tis, pecudis & pecoris, cassidis & cassis, uadis & uasis, fidis & fidei &c. in recto confusa. Syluester, uiri proprium secundæ est, adiectiuum tertiæ. Acer acris, arbor. Acer acris, id est, strenuus: qbus male adduntur gloriis, glossis, gliris, glantis &c. deliramenta. Sunt quæ in obliquis confunduntur, ut res rei, reus rei, pirus & pirum piri. & cætera. Quorum nomina parum utilitatis afferunt, qd genere uel sensu facile discernuntur, ut quæ cum uerbis coincidunt, ut uellus uelleris, uellor, eris, fax facis, facio facis &c. Item abundantia sunt nomina incerti generis, ut finis, adeps, &c. ante declarata, sed apud uertutissimos plura fuere nomina dubij generis teste Prisciano. Aspergo, charta, ceruix, collis, crux, platanus, populus, aquila, crinis, colus, cassis, fornax, frutex, rex, humus, limus, laurus, lepus, hagnus, leo, perdix, fex, focrus, supparus, torris, tibris, trames, uepres & cætera. Postremum abundant æquiuoca, id est, diuersa ratione multa significancia, ut Discrimen, differentia & periculum. Aura, lenis uentus & fauor. Litera nota, ut a, b, c, & poetice epistola. Ludus, res quæ luditur, & schola, unde ludimagister. Ara deorum. Hara, stabulum porcorum, & alia innumera. Sic quæ actiue & passiuè significant, ut hospes, zelotypus, conuiuia, alumnus, uector. Item quæ communis generis sunt habentia feminina in a, ut hospes, fospes, sacerdos, antistes: pro omnibus datur regula: Multiplex uno seufu dicatur abundans.

Colus
Lacus
Quercus
Pinus
Cornus

Canthus
Sinus

Acer

Discrimen
Aura
Ludus

LIBER GRAMMATICAE DESPAV
teriana: quartus. De comparationibus.



Comparatio est rei ad rem collatio. Gradus comparationis sunt tres, positius, comparatiuus, superlatiuus. Positiuus, est qui rem sine excessu significat, ut doctus. Comparatiuus qui rem e. m. excessu non summo significat, ut doctior. Superlatiuus, qui rem cum excessu summo significat, ut doctissimus. Hunc excedet comparatiuus, si dixeris: Hector fuit fortissimus, sed Achilles fortior. Hic enim significat solũ ualde fortẽ. Cic. in fi-

DE NOMINVM COMPARATIO.

ne tertij officiorum: Vale mi Cicero, tibiq; persuade esse te mihi charissimum: sed multo fore chariorem, si talibus monumentis præceprisq; lætabere. Nomina sola comparatiua & superlatiua nomina ex se faciunt: nam participia per comparationem nomina efficiuntur, ut amans amantior. Deterior & potior sunt à deter antiquo nomine, teste Herodiano, & poris teste Donato, non à detero & potior quicquid dicat Priscianus: Prior prius positio carèt, teste Plinio, licet Priscianus à pridem esse uelit nimis sui immemor. Nam alibi à protos prius dicitur. Exterior, interior, superior &c. sunt à nominibus exter, inter, super uel superus: quorum quædam reperiuntur, quædam penitus exoleuerūt, autor est Urbanus grammaticus, & plures alij ut ostendit Lanci. nō ab extra, intra &c. Nec ualet argumentario Prisciani, si exterior ab exter ueniret, superlatiuus esset exterrimus non extremus. Verum est Prisciane, nisi multa compararentur irregulariter, ut bonus, melior, optimus, dexter, dexterior, dextim⁹, sic exter, exterior, extimus uel extremus, citer, citior, citimus, sic supremus, infimus &c. Inter irregulariter formata reijcitur, Propior, proximus, autore Plinio caret postriuo: nec ideo ostenditur à prope esse, quia accusatiuum aliquando habet: nam hoc abusiue fieri dicit Lanci⁹. & multo sapius datiuū habet, utcumq; est si quis dixerit à prope esse secundum opinionem Prisciani, non multū errauerit: quia bene potest defendi, & in Syntaxi tenui. Ego ramen nunc sequar opinionem Plinij. Sapissimus abusiue dictum esse omnes fatentur. Cato apud Priscianum, Facite uobis ut in mentem ueniat. Quiritis, ex ære alieno in hac ciuitate & in alijs omnibus propter diem atq; sænus sæpissimam discordiam fuisse. Sapior, nusquam legitur: sed bene ad uerba sæpius sapissimus: ut à pene penissime, id est, ualde pene. Plautus: Ita mea consilia puertit penissime. Penitior & penitissimus non sunt ab aduerbio penitus, sed à nomine penitus, a, um, id est, quod intra est: penitior, interior, penitissimus, intimus. Plautus in Asina. Age quæso excrea usq; ex penitis faucibus. Apulei. in undecimo de Asin. Penita mēte conditum semper tenebis. Apulei. in Hermagora: Visus est ei adolescens honesta forma quasi ad nuptias exornatus trahere se in penitiorē partē domus. Hinc in Persa; Furtiuam aduectam ex Arabia penitissima. Nuper facit superlatiuum nuperrime. Cicero in. 3. ad Herennium. Nuperrime dictum facile memoria mandatur. Plautus nomine utitur in Captiuis. Recens captum hominem nuperum & nouitum. Hinc legitur superlatiuum nomen nuperrimus, ma, mum, sine comparatiuo. Vterior ultimus positio carēt, teste Diomede, forsan est à uetustissimo nomine, ulter aut ulterus.

¶ Sola adiectiua comparantur: propria propter aliquod accidens licenter pro adiectiuis sumpta comparari leges, ut nero neronior, pro crudelior. Tu nihil tale effinges, sed recte sine affectatione uteris inuentis non apud grammaticos, sed apud summos historicos, oratores, & poetas. Plautus licenter ipsissimus dixit ab ipse uel ipfus. In trinummo: Ergo ipfus est ipsissimus hinc ab oculis. Eiusmodi comparationes per iocum sunt, teste Georgio Valla libro tricesimo primo, capite decimotertio: Plautus in Penu. O patruē, o patruē, mi patruissime. Plinius. Colorem purpurissimum dixit. Varro & Catullus Cincidiorē. Apuleius, pumiliorem. Plautus punior, quæ omnia pauca sunt, nec ad horū formam similia fingenda, cōtra inepros grammatistas, effutientes huiusmodi nenas gallior, uulpior, solomonior, aristoteliior, lapidior, tuissimus, ueterimus, &c. oratiōis dedecora.

¶ Non omnia adiectiua comparantur: sed ea duntaxat quorum significatio potest augeri uel minui, ideo non comparantur, unicuique summus, omnipotens, imus, inges, rudis, mediocritis. Macrobius tamen omnipotentissimus dixit. Vergilius ingentior, Cicero infinitior. Aliquando etiam rudior & rudissimus leges, licet Diomedes autor sit, rudis non comparari. Lancilorus multo plura docet non comparari. Plenus comparatur, quia plenior obsequio dicit Quintilianus, Sulpitius grammaticus excellētissimus negat omnia uerbalia in dus comparari: qualia sunt reuerendus colendus &c. licet reuerēditissimus &c. sint in frequenti scribarum usu, & Leonardus Aretinus utatur. Sunt quædam comparationes imperfectæ, ut temperior, sine postriuo & superlatiuo: de his in fine dicam.

Penissime
Penitus
Penitior
Penitissimus

Ipsissimus

Comparatio est triplex, uoce tantum, significatione tantum, & utroq; modo. Comparatio uoce tantum, fit ubi uox conuenit, significatione discordat: ut à nouus nouissimus. i. ultimus. Sunt enim in maxime noua serē ultima. Cicero in oratore: Ad iudicandum nouissima. Gellius credit Ciceronem nūquam dixisse nouissimus. Philephus nouior negat latine dici. Valla noue acceptat, nouiter repudiāt. Leonardus nouior dixit: Ego recentior libentius dixero. Comparatio significatione tantū est, ubi significatione conuenit, uox discordat, ut bon⁹ melior optimus. Cōparatio uoce & significatione est, ubi cū uoce significatione conuenit, ut doctus doctior doctissimus. Licet positius quandoq; sit derivatiue spe ciei, tamen de positui formatione nihil hic nobis dicendum est. Itaq; ad comparatiuōq; formationem festinamus.

Nouissimus

J XX

DOctior à docti est: ita formes cuncta secundæ.
Tollo sinisterior, melior, peior, minor, & plus
Cum maior; donat ficus & dicitur entior apte.

Comparatiuus à nomine secundæ declinationis fit à g^o singulari addita or syllaba, & us pro neutro, ut amicus amicior amicus, non ut putant indocti amicitior. Spureus spurcior, pudicus pudicior, non spurcior nec pudicior: licet in Ciceronis libris per grammatistas aut ineptos librarios deprauatis, aliquando legat amicitior. Papinius nono Thebai. Sed amicitior undis fraxinus. Cice. lib. 16. ad Atti. Mihi nemo est amicitior nec iucundior nec charior Attrico. Oui. 13. metamor. Dum mare pacatum dū uentus amicitior esset. Idem: Nec tibi contingat matrona pudicior ulla. Plautus in Curgu. Si est osculando quippiam impudicior, mendose legitur impudicior, quia contra ratio nem carminis, ut scit qui legem iambici trimetri cognouit. Pudicus. i. cast⁹. Spureus. i. immundus. Marti. Spurcior ut fias Zoile merge caput. Idem: Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno, Qui pores infidias dona uocare tuas. Augustus augusti augustior. i. sanctus & uenerabilis, nomen adiectū est, aliquando proprium, sic non comparatur. Oui. 1. Fast. Sancta uocant augusta patres: augusta uocantur Tempa sacerdotum rite sacra manu. Linius dixit Romulum se fecisse augustiorem purpureo habitu. Papinius. 4. Thebaid. Ausonia pater augustissimus urbis. Silli. lib. 1. Concilium uocat augustum castaq; beatos Paupertate patres ac nomina parta triumphis Consul, & æquantem superos uirtute senatū. Deter, a, um, cui aliquid deest, quasi detritum ne bonū sit: olim fuit in usu, & crescebat in g^o deteri ræ ri. Hinc regulariter fit deterior, id est, minus bonus. Exter, id est, externus, genitiuo exteri. Vnde exterior. Papi. lib. 11. Theb. Sed quid apud tales quis nec sua pignora curæ. Exter honos. Idem. 5. Theb. Precor extera rerum agmina. Valcrius exteras: genitium dixit. Verg. Fas extera querere regna. Citer citera citerq; g^o citeri cum crescentia. i. quod est citra. Hinc recte citerior fit, ut à superus, inferus, posterus, superior, inferior, posterior. Sic olim dicebant inter uel interus, anter uel anterus, unde sunt anterior interior. Cicero ad Cælium: Citeriora nondum audiebamus. Positius olim erat in usu citer. Cato apud Priscianum: Citer hagnus alligatus ad sacra. Eodē Afranius usus est. Idem Cato infer & super, pro inferus & superus dixit. Vbi super inferq; uicinis tum decedito. Papi. 11. Theb. Infera taxus. Horatius: Postera lux oritur multo gratissima nobis. Oui. Per flumina iuro infera. Cæsar in comment. Huc postero die frequentissimi cōuenere. Exci piunt à reg^o sinister sinisterior, bonus melior, malus peior, paruus minor, mulus plus solū in neutro g^{ne}, & hoc in singulari numero. At in plurali hi & hæc plures & hæc plura uel pluria. Ceterq; plura & compluria non sunt comparatiua, teste Georgio Valla Placentino lib. 31. ca. 13. ubi ait plura & compluria non esse uetera: quia usi sunt Cicero & Plinius, in qua re taxat Priscianum cum Donato & Gellio. Idem dicit genitiuum pluris esse omnis generis, licet plus solum sit neutri generis. Idem dicit libro septimo Priscianus: Id

Amicitior

Pudicior

Spurcior
AugustusDeter
Deterior
Exter

Citer

Infer
Super
Inferus
Superus
Posterus
Plus

J Mj

DE NOMINVM COMPARATIONE

probat male Georgius per hæc exempla bene latina: Pluris amor est, pluris uirtus est & au-
rum: male inquam probat, quia pluris sic etiam esset pluralis numeri. Quid. Pluris opes nunc
sunt & prisci temporis annis. Sic etiam tanti quanti essent omnis generis, quod oppido &
frivolus est. Magnus maior. ¶ A facio sunt quædam adiectiua in ficus, & à dico uel dicax,
in dicus penultima correpta, quæ comparatiua in entior efficiunt, ut magnificus magni-
ficentior, qui magna facit. Mirificus mirificentior, qui mira facit. Sic munificus, id est libe-
ralis. Honorificus, qui honore digna facit, aut quod cum honore fit. Nā capiunt hæc etiā
aliqui passiuè, ut magnificum opus, maleficus, beneficus &c. forsitā olim nomina fuerūt
magnificens, mirificens &c. unde hæc uenerūt. Significus, signa faciens. Hinc Lancilotus
significantior facit, quod uere fit à significans non à significus. Apulei, in deo Socratis:
Num pudet me esse significū. Cicero ad Atti. Quæ res multo honorificentior uisa est. Ma-
ledicus, i. mordax & obtrectans. Maledicentior quod à participio maledicens esse non po-
test, quia hic tertia producit, illic corripitur. Sic benedic⁹ benedicentior, qui benedicit &
laudat. Plaut. in Afin. Cū illiciebas me ad te blande ac benedice. Sic falsidicus &c. nō cau-
sidicus, quia substantiū est. ¶ Addunt à uolo, beneuolus, maleuolus, quæ ex integro sunt
& corrupto, teste Quint. sic omniuolus &c. à loquor, magniloquus &c. beneuolentior, ma-
gniloquentior &c. sed non opus est addere, qā legimus sæpe maleuolens, magniloquēs
&c. unde hæc comparatiua sunt, licet reliqua non habeant alia comparatiua, neq; enim
dicimus beneuolior &c. Cicero lib. 7. ad Atti. Breuiloquentem iam me tempus ipm facit.
Terent. in Phor. Nec illi beneuolens neq; notus. A turpisequus &c. non inueni qd.

Magnific⁹
Mirificus
Munificus
Honorific⁹
Significus

Maledic⁹
Benedic⁹

Breuiloquens
Beneuolens

Fortior à forti est, facias ita cætera ternæ.

Iunior excipiunt, à nequam nequior exit.

Comparatiuus si positius fuerit tertie, fit à datiuo singulari addita or, ut forti fortior,
pauperi pauperior. Hic & hæc potis & hoc pote. i. potens, tolli nominatiuū inuenit nunc
habere: olim dñs erat poti, unde potior & potissimus. i. melior & optimus, quasi poten-
tior & potentissimus. Priscianus uoluit esse à verbo potior. Persi. Quis potior iudex pueris
ue quis aptior orbis: Potius aduerbium etiam signat magis. Horat. Hic tibi fit potius & tu
mirabilis illi. Potissimū aduerbiū rectius dicitur potissime pro maxime & optime. Teren.
Vbi tu dubites quid sumas potissimum. ¶ Excipitur à regula unicum nomen iuuenis iuni-
or, teste Prisciano pro iuuenior. Georgius Valla lib. 31. cap. 13. reprehendit Priscianū, di-
cens: Iunior non (ut hodie qdam grammatici literatoresq; putant, Priscian. secuti) ab eo
quod est iuuenis, sed (ut Cornutus ait) à iunis. Iunis enim inquit, & iune minor iuene di-
citur, unde Iunior: ideo primam quoq; syllabam producit. Inde iunix iunicis, uacca æta-
te uiridior. Persius: Iunicum omenta liquefiant. Masculi iuueti dicunt. Nequam nequior
facit, nec excipitur, quia non flecitur nequam. Frugi, id est, utilis, præditus uirtute, & tē-
perans, facit comparatiuū frugalior, & superlatiuū frugalissimus. Hinc ea uirtus frugali-
tas dicitur. Plaut. Les bonicus factus est frugalior. Hæc à frugalis non sunt, quia Quintilia-
nus taxat eos à quibus dicit frugalis, tanq̄ sit dictio pæp̄ proba.

Potior

Iunior

Iunis

Frugalis

Superlatiuorum formatio.

Er rimus adiciet superanti: dant timus exter,

Et citer, & dexter, quibus addes rite sinister.

Dic etiam extremus, maturus dat rimus apte

Vel simus, huic iungunt satur: à uetus est rimus usq;.

Positio in er, addit superlatiuus rimus a ū, ut niger nigerrimus, dexter dextrimus, pauper pauperimus a ū, celebrer celeberrimus, & quis in masculino legamus celebris, salubris, alacer &c. non tamen alios superlatiuos habebūt, licet uetustissimi celerissimus dixerent. Manilius in Iliade apud Priscian, Celerissimus aduolat Hector. ¶ Excipiunt à regl'a exter exterior extimus uel extremus, citer citerior citimus, dexter dexterior dextimus, sinister sinistrior sinistimus. Sil' lib. 7. Extima cingens Clausos ipse tenet. Boeti. Polum relinquit extimū. Plaut. Factus sum quasi extimus à uobis. Apule. Philosophia in extimo mundi tergo degit. Cic. in somno Scipionis: Cælestis extimus. Ibidem: Quæ ultima à cælo citima à terris luce lucebat aliena. Capella in nuptiis Philolo. Clio citimum circum, hoc est in luna collocauit hospitium. Varro de hæresib. A primo compito dextimam uiam munit. De sinistimus autores sunt grammatici, ut Priscian &c. Cice. ad Augustum: Perducam ad extremū, & nouissima conferam primis. Hinc tanq̃ à positio fecit itez; comparatiuum nouator ybor; Apuleius, dicens primo metamor. Si quid est tamen nouissimo extremus. Maturus a um, facit superlatiuum maturimus ab antiquo nomine matur. Cicero apud Priscian. Quippe qui omnium maturime ad causas publicas accesserim. Vel maturissimus. Idem apud Priscian. Quib' uirtutibus omnem tueri uitam possint, eas in ætate maturissima uelint comparare. Badius grammaticus minime proletrarius dicit satur similiter facere saturimus & saturissimus. A cicur & memor nihil inueni. Vetus facit uetior ueterimus à uetusto nomine ueter ueteris, ut huber huberis. Ennius apud Priscian. Cū ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. Vergili. 2. Aeneid. Ingens ara fuit iuxtaq; ueterrima laur'. De positio ueter itez; Acti. Veter fatoz; terminus sic iusserat. Plaut. in Bacchidib. Senem tibi dedo illū ueteriorem lepide ut lenitū reddas.

Celerissim^oCitim^o

Dextimus

Extremius

Maturimus

Maturissimus

Saturimus.

Ueterrimus

Ueter

Ueterior

In reliquis simus accipiet patrius positui,

Atq; datiuus in i, tamen s, simus usq; præibit.

Excipe postremus, supremus, & optimus, atq;

Pessimus, & minimus, cum maximus, intimus addens.

Plurimus, infimus adiunges: entissimus autem

A ficus, atq; dicitur facito; limus is dato dempta

Cum facilis, gracilis, agilis, similisq; humilisq;.

Si positius non desinit in er, tūc superlatiuus fit à genitiuo positui in scda declinatione, uel à dco in tertia addendo s & simus, ut celsus celsi celsissimus, non summus (ut grammatice somniant) forti fortissimus &cæ. Excelsus, i. altus. Summus positius est, ut imus. Gell. lib. 2. In his regionib. excelsissimo loco muz; statuere aiebat. Apulci. Videtis ne insistentem celsissima illi rupi montis ardui yticem. Vale. Maxi. lib. 6. In excelsissimo montis yticæ cruci affixit. Seneca in Thyeste: Eructat omen cælitū excelsissimum. Tulli. pro Sylla: In hanc excelsissimam sedem dignitatis & honoris. Columella: Iudææ gentis hominem prociorem celsissimo germano. Ingens ingentior ingentissimus reperit, licet raro. Vegeti. libro. 4. Rotæ q; de lignis uiridib. ingentissimæ fabricant, id est, ultra modum magnæ. ¶ Excipe à regl'a posterus postremus, super^o supremus & cætera. Andronicus apud Priscian. Inferus an superus tibi fert deus funera Vlyses. Horati. Supremo te sole domi Torquate manebo, id est, ultimo & occidete. Etiam significat summū. Postremus, id est, ultimus. Terenti. Si id facis hodie postremum me uides, hoc secundo comparat postremus postremior postremissimus. Gracchus in oratione de parsimonia apud Cellium:

Excelsissimus

Celsissimus

Ingentissim^o

Superus

Inferus

Supremus

Postremus

Postremior

DE NOMINVM COMPARATIONE

Paruissimus
Interus.
Intimus
Multissimus
Infirmus
Mirificissim^o
Beneficissim^o.
Facilis
Agilis
Gracilis
Humilis
Docilis

Omnium nationum postremissimum nequissimumq; existimatorem. Apuleius: Nullum animal in terra homine postremius. Paruus minor minimus. Lectum est paruissimus, sed nollem imitari. Lucretius: Præterea nisi erit minimum paruissima quæq; Corpora consistant ex partibus infinitis. Boeti. in musicæ prologo: Paruissimas mutationes. Vegetius: Paruissimos fines. Interus uel inter intera interum, ueteres dicebant, ut superus. Hinc interior intimus. Terenti. Ipsi mihi Dauus dixit qui intimus est eor; consilijs. Positiuo utitur Cornelius Tacitus, teste Laciloto, Amissus per intera bella nobilibus. Intimus positiuus efficitur, quia facit comparatim intimior, quis nunc non occurrat testimonium: sed uterore, superlatiuo caret. Multus plurimus, multa plurima, multum plus plurimū. Cicero multissimus pro plurimus dixit: nollem primus imitari. Cicero lib. ii. epist. ad Atticum: Literas tuas accepi pridie nonas Februarias, eor; ipso die ex testamēto creui hære ditatē, ex multissimis & miserimis curis ē una enata. Infirmus. i. maxie inferus uel infra: nō solum de loco, sed etiam de qualitate. Terent. Tace tu quem ego esse infra infimos oēs puto homines. Nomina à facio in ficus, à dicax in dicus, habent entissimus. Sueto. Maleficentissimos incolumes præstitit. Quandoq; regulariter formant superlatiuos, sed apud uetustiores. Terentius: Mirificissimus est patruus tuus. Cato beneficissimo dixit, & Actius magnificissimus. Hæc quinq; facilis, agilis, gracilis, humilis, similis, faciunt superlatiuos abijciendo is, addita u syllaba, & ita sunt duo ll, facillimus, agilimus. His addit ualla docilis docillimus. Composita similiter faciunt, ut difficilis, abstimilis &c. Vergili^o: Circum, & quæ sit fortuna simillima quærit. Idem: Ipsa ingens arbor faciemq; simillima lauro. Facilis, non grauis: perfacilis, ualde facilis: difficilis, nō facilis: ut amanti nihil est difficile, ait Tullius. Agilis, leuis & mobilis. Gracilis, tenuis, non crassus. Humilis, non altus: ut humilis arbor, humilis homo, id est, uilis & ignobilis: in sacris significat non superbum. Docilis, qui facile discit: contrarium est indocilis. Per, pro ualde & similes particula, soli positiuo dandæ, non iungantur comparatiuo aut superlatiuo, ut non dices perdoctus perdoctior perdoctissimus: sed perdoctus multo doctior quam doctissimus &c. per positiuo congruit, multo uel longe comparatiuo, quam pro ualde superlatiuo iungit, de quibus & multis alijs copiose in synaxi disputo.

Comparatio imperfecta.

Anterior superante caret, iuuenisq; senexq;
 Sicut adolescens, cui diues pluraq; iungunt.
 Temperior solum est: ignorant & positiuum
 Ultimus ulterior, prior & primus, propiorq;
 Proximus, ocyor atq; ocyssimus adijciantur.

Certissimus

Anter uel anterus ueteres dixere. Hinc anterior anterior, quod aliquando aduerbium est sine superlatiuo, ut iuuenis uel iunior, senex senior, adolescens adolescentior, diues diuitor, & (ut Lancilotus uult) certius certior, quod miror eū præcipere, cum certissimus per sæpe apud Ciceronem legatur, ut certissimum uestigal ascribitur, in oratione p lege Agraria. Temperior positiuo & superlatiuo caret: ocyor ocyssimus positiuū non habet quo utantur larini: sicut ulterior ultimus, prior primus, propior proximus. In hac re præter autores ante citatos atipulatur mihi Pomponius Lætus lepidissimus grammaticus. Nunc meo more declarabo singula. Terenti. Quis me Athenis diuitor. Idem. Quam inique comparatum est, ut hi qui minus habent, semper diuitoribus aliquid addant. Quidi.

Optata sunt regni diuiciora mei. Martialis: Romanum propius diuiciosa forum est. Dis dicitur ditissimus, integrum est. Sidonius ad Domitium: Quamnam potissimum anteri-
 us caulibus nostris culina fumaret. Veteres in superlatiuo animus dixere, ut quidam fenissimus, ut in Xenophontis & quiuocis: Saturni dicuntur familiarum nobilium regum qui urbes condiderunt fenissimi. Legimus aliquando iuuenior pro iunior. Columell. teste Lanciloto: Illi quidem incommode quod iuueniori examini solet accidere. Sic ipse in uenio. Apuleius libro. 8. Met. Vnus præ cæteris & animo fortiori & aetate iuuenior & cor
 pore ualidior. Lanci. dicit per suasus psuasissimus sine cõparatiuo, ut aprius apriçissimus, inelytus inelytissimus, iuriconsultus tissimus, simplex simplicissimus. Decorus apud Apu-
 de Magia decorissimus, mediocris medioximus, comis comissimus, immeritus immeritissimus, inuitus inuitissimus, legi tñ inuitius: & (ut Seruius uult) perfectus perfectissimus. At Cic. lib. 8. ad Atticum dixit: Illum esse perfectiorem uolo. Rursum ingens ingentior, ra-
 ro ingentissimus. Verg. O fama ingens ingentior armis. Vegetius ingentissimus dixit: sed ita accipiunt docti ut dicant illum malum latinæ autorem, nam gambas pro tibis & paruissimos fines dixit. Cõmunes cõmunior, uix unq̃ cõmunissimus apud latinæ primi pilos, remisus remissior tñ, ut salutaris salutarior, infinitus infinitior, opimus opimior, prauus prauior ut quidam uolunt, quos refellit Taciti autoritas dicentis: Ea tempestate prauissimus mos. Longinquus ior, propinquus ior, multi addunt superlatiuo carëtibus. Plurima carët comparatiuo superlatiuoq̃, ut nauus, id est, diligens, magnanimus & similia in inus, uulgaris, unicus, duplex, summus, memor, agrestis, fugitiuus, & adiectiua ter-
 tiæ in ster, ut syluester &c. feruilis, nubilis, modicus, ficulus, populnus: & diminutiua, ut uerulus: & in tilis, ut ysarilis: & in bundus, ut uagabundus: & in inus, ut cannabinus: & a fe-
 ro & gero, ut leifer. Item tremulus & degener. Collegit hæc Lanciloto: forsitan in quibusdam reperies contrariũ. Sollicitus etiam sollicitior facit sine superlatiuo, teste eodem. Suetonius in Domitiano: Tempore suspecti periculi sollicitior. Secundus, p. prosper plene comparatur. Falsus falsissimus sine comparatiuo, teste Perotto. Properus, a, um, id est, festinus: comparatiuo suplatiuoq̃ caret. Temptior uel rectius temptior, id est, tempestiuor a tẽpus deductũ caret adiectiuo, postiuo, & superlatiuo: & uix inuenies hoc nomẽ, sed bene aduerbium temporius, id est, opportune & festine. Colu. libro. 9. Temporius ad officinam redeant. Ouid. 4. Metamor. Modo surgis eeo Temporius cælo, modo ferius in cidis undis. Ocyor ocyssimus, id est, uelocior uelocissimus positiuo caret, quia okys uel
 ocys Græcè, id est, uelox, latini non utuntur. Obnoxius, obnoxior, etiam superlatiuũ uix
 habet. Habitior, id est, pinguior, & (ut uulgo dicitur) melius dispositus, carere dicitur
 positiuo & superlatiuo, id uideretur mihi refelli posse autoritate Gellij dicentis libro. 4. ca. ulti. Scipio Nasica & Marcus Pompilius quũ equitum censum agerent, equum nimis stri-
 gosum & male habitum, sed equitem eius huberrimum & habitissimum uiderunt. Et cur
 inquit ita est ut tu sis quàm equus curatior? quoniam inquit, ego me curo, equum Stati-
 us meus feruus. Vltior ultimus, primus esse potest. Vergilius: Tu sanguinis ultimus au-
 tor. Propior proximus. Fit proximus postiuus, & significat propinquum, facitque com-
 paratiuum proximior sine superlatiuo. Vlpianus: Si quis proximior cognarus nascere-
 tur. Vegetius: Proximior dextra sit quæ plagam possit inferre. Prior e duobus, pri-
 mus e multis, id uerum est, nisi prior ablatiuum regat. Sed de hoc in Syntaxi. Prius no-
 men putant dici barbare, id falsum, quia priora sæpe legimus, ideo prius consilium opti-
 me dici opinor.

Vs si uocalis præeat, raro gradus exit.

More prius dicto, tenuis non additur apte.

¶ Quando uocalis præcedit syllabam us, in positiuo, aut nunquam aut raro compara-
 tur more dicto, id est, in or, & simus, ut idoneus, rubeus, caruleus, arduus, id est, altus &

Anterior
Senissimus

Iuuenior

Ingentissimus

Ocyor
Habitior

Vltimus
Proximus

Arduus

DE NOMINVM COMPARATIO.

Pius
Industrius
Incurius

Affiduior
Affiduisimus
Egregius
Egregissimus

Strenuior
Strenuissimus
Industrior
Innoxior
Perpetuissim⁹
Exiguior
Pissimus

Tenuior
Tenuissimus

difficilis. Marcialis: Ardua res hæc est opibus non tradere mores. Pius qui parentes & deum colit. Industrius, diligens & ingeniosus. Industria, id est, diligentia. Inglorius, id est, sine gloria & honore. Strenuus, uelox & diligens. Incurius, id est, negligens. Iniurius, faciens iniuriam. Ratio regula est, quia comparatiuus regulariter formatus, debet saepe rare postrius una syllaba ut docti doctor, Regulariter dixi, ppter peior, maior, minor, iunior (si a iuuenis fieri uelimus) & plus. Prior aut postrius caret ut diximus. Et quia i, litera inter duas uocales efficitur consonans, ut maior, comparatiuus non superaret posituum, ut peior, & si, i, non fieret consonans ut superaret, tunc esset cacophonon, id est, mala sonantia. Autotes hanc grammaticorum rationem non semper custodierunt, quia Varro affiduior dixit in secundo de re rustica: Suet. in Gal. Mox uasa ærea affiduisimi usus conseruier omnia. Cicero in lib. de claris oratoribus ad Brutum etiam affiduisime dixit. Iuuen. Egregius conat meliusq; miserrimus horu, id est, magis egregie. Ruffinus in Iosepho: Nihil enim impius a Romanis passi sunt, q̄ ipsi se tractarunt, id est, magis impie. Pacuius mulier egregissima forma dixit. Plau. in Epidic. Nam strenuiori de terior si prædicat suas pugnas de illius ore sūt fordida. Lucilius: Villicus strenuor si eua fetis. Gellius: Viros habuisse strenuissimos: sic Sallu. & Cato. Sallustius tamen putatur dixisse, nam ut quisq; strenuus ceciderat in bello, quia. s. durum uidebatur strenuissimus. Gracchus in Tuberonem: Ut in me industrior sis q̄ in te. Cato: Antiquiorem animum inducet esse q̄ innoxiozem. Idem: Idq; perpetuus atq; firmius repst. Idem: Fugit maxima flagella perpetuissimo curriculo. Digestus de legatis tertio. l. nuntius, legitur exiguior. Pius Baptista idoneior dixit. Vtere parcissime inuentis. Pius pientissimus facit: & in sacris pissimus. Curtius libro. 8. O fidissimi pissimiq; ciuium ac amicorum. Cicero tamen dicit pissimus male dici, uerba eius ex. 14. Antoniana hæc sunt: Tu porro ne pios quidem, sed pissimos queris, & quod uerbum omnino nullum in lingua latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Tenuis Alexander negauit inscite comparari posse. Plinius: Tenuiora ferramenta restringi oleo mos est. Suetonius: Tenuissimo cuiq; & ignoto. Cicero libro tertio ad Atticum: Mea spes etiam tenuior semper fuit q̄ tuæ litere. Et. 12. ad Atticum: Quis enim tenuis dixit. Et in officis: Neq; tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur. Idem saepe alibi usurpauit. Sic Quintilianus tenuiora, sic ceteri ferme omnes. Pinguis pinguior recte facit, quia u liquefcit post g. Seneca epistol. 20. dixit proprior. Cato arduus & arduissimo enuntrauit, teste Prisciano. Plinius septimo epistol. exiguisima legata. Ceterum meminimus raris raro utendum esse, præsertim si apud uetustissimos tantum reperiantur, quales sunt Cato, Aëtius, Pacuius, Ennius, Gracchus, Quadrigarius & cætera. Quæ comparatiuos superlatiuosq; more dicto non faciunt, ubi comparatione opus est capiunt magis & maxime, ut magis dubius, maxime dubius.

~~GRAMMATICAE DESPAVTERIA~~

na liber quintus. De præteritis & supinis.

Compositum simplexq; modo flectuntur eodem.
Excipies quædam post clare notificanda.

¶ Verbum compositæ figuræ coniugatur ut simplicis, & contra, ut sedeo sedi, possideo possedi. Excipiuntur quædam, quia do est prima coniugationis, reddo, addo, tertæ, maneo mansi, immineo imminui. Hæc & alia satis declarabuntur, ideo hic non sui ponere. Hic liber de præteritis & supinis tractabit: quia quæ a præsentis formantur per analogiam, id est, proportionem & similitudinem uerborum amo, doceo, lego, audio, satis noscuntur, in præteritis & supinis maior est diuersitas, ideo necessaria est amplior

eorum tractatio. Coniugatio est uerborum per tempora declinatio. Supinum est, quod in um uel in u desinens sine casu uerbi significationem habet, ut amatum amatu. Torren-
tinus dicit ideo supina dici, quia quum habeant uocem participii passiu, tamen supi-
nantur, id est, uertuntur in actiuam significationem. De hoc uidebis in Syntaxi.

A quoties mutatur in i per e pono supina.

Demitur hinc do go sapio, fallo, statuoq;.

¶ Si uerbum compositū mutet a simplicis in i, supinum retinebit e, ut facio feci factū, reficio refeci refectū. Excipiuntur uerba in do, ut cado cecidi calum, recido recidi re-
casum. Et in go, ut ago egi actum, adigo adegi adactum. Et composita a sapio, quia reti-
nent i in supino, ut desipio delipui desipitum & cætera, a fallo, statuo, quæ pro a in supi-
no retinent u, ut insilio insilui insultū. Hoc etiam notatu dignum, uerba mutantia e in i
non perdunt e simplicis in præteritis & supinis, ut emo emi emptum, redimo redemi re-
demprum, sic sedeo, insideo & cætera. Composita a teneo nō habent e in præteritis sed
supinis, ut contineo continui contentum, Cædo & la do mutant diphthongum in i lon-
gum, quod retinent composita in præteritis & supinis.

Quum geminat simplex composito tolle priorem;

Quam retinent do, sto natum, ceu discere, posco,

Pluria sic olim, ceu nunc præcurro, repungo.

¶ Quum simplex geminat principium præteriti, compositum non geminat, ut mor-
deo momordi, remordeo remordi, pello pepuli, compello compuli & cætera. Excipe cō
posita a do, sto, disco, posco, quia semper geminant, ut credo credidi, resto restiti, edisco
edidici, reposco repositi: sic olim plura ut omnia composita a curro, ut decucurri &c.
nunc solum præcurro geminat principium. Plautus in Stichō: Præcurri ut nuntialem
nuntii exoptabilem. Idem: Ego hac præcurri gratia ne te pater opprimeret im prudē-
tem Teren. in Hecyra: Vna illarū interea propere præcurrit: aliquando non geminat.
Liu. 20. li. ab urbe condita: Et si fortunam præcurrissent. Vergilius tertio Aeneidos: Ecce
fere summo deiecta uertice capræ Decurrere iugis. Caper apud Priscianum: Quum ei qui
nos pupugit rationem, id est, uicem a nobis redditam ostendimus, repupugi dicimus.
¶ Supinum nunquam principium geminat.

Præcurro

Repungo

Sí sit a præsentí non desinet esse supino.

¶ Quoties præsentí fuerit a, non aberit supino, licet in præterito mutetur, ut facio fe-
ci factum, fallo fefelli falsum.

Præteritis quæcunq; carent, spoliabo supinis.

¶ Quæcunq; carent præteritis, etiam carent supinis, ut possio, glisco & cætera. Licet
præteritorum & supinorum cæteria pertineat ad sequentem librum: tamen in hoc lib. to
tam hanc rem absoluaui, quia id breuius & commodius fiet: nam cæteri carentia præteri-
tis aut supinis ferme suis locis explicauere, & in defectiuis omnia repetuerunt, id ego non
faciam, quia breuitari & puerulorum utilitari studeo.

¶ Prima coniugatio.

Præteritis aui facit as, atumq; supinis.

¶ Verbum primæ coniugationis facit præteritum perfectū indicatiui modi a secūda

DE VERBORVM PRAETERI. ET SVPIN.

Aequo
Ambulator
Anteambulo
Libo
Aestuo.
Instauro
Restauro

persona singularis numeri, indicatiui modi presentis tēporis, ablata litera s, et addita syl
laba ut, in supino mutat ut in tū uel tu, ut amo as, ama, amauit amati amatu. Aequo aequa
ui aequari. i. aequalē facio. Valerius Maximus lib. 3. Aequauit Athenis Thraciam. Sic ambu
lo, unde ambulator, qui urbē passim peragrat uendendo uilissimas merces, dictis qui
buldam scurrilibus aucupando emptores. Anteambulo onis, qui honoris gratia aliquem
comitat. Albo, as album facio. Libo as. guſto. Praelibo, praeguſto. Aestuo as, ui, atum, su
pinum uix inuenitur: quia grammatici dicunt carere supino. Hierony. tamē ostendit ha
bere, quia aestuatus dixit in sine Ecclesiastici. In medio ignis nō sum aestuatus. Significat
ferueo & flagro. Item fluctuo & agitor, ut mare aestuat. Instauro. i. integro. Restauro, idē
teste Perotto & Calepino, qui negant instauro esse ab instar, sed a stauo quod nō est in
usu. Restauro pene obsoleuit: tamē Lactantius usus est, ut Calepinus docet in dictione in
stauo. Et Iust. lib. 2. Interea & Darius quū bellum restauraret, in ipso apparatu decidit.
Melius ergo instauro dicimus q̄ restauro, licet ipse in praefatione quarti libri uersificato
riq̄ restauratiōe, p̄ instauratiōe dixerim. Ceterū nō cōsebo restauro barbare dici, ut Quin
tianus, qui plura minus bene damnauit: inter que est rubeus a, um, quod negat dici posse,
quia rubei dicendum est, quem refellit Gellij autoritas dicentis li. 2. cap. 26. Rufus em̄ co
lor & rubei nihil à uocabulo rubei differunt. Solinus: Colores duo sunt quos fingere nō
ualet rubeus & candidus: nimis temerarie pleriq̄ iudicant. Si quis multa uocabula disci
pulis declarare uoluerit, facile e uocabularijs bonis excerpere & pueris dictabit, ut orbo,
uacillo, fugo, titubo, obturo, migro, liquo &c. que habent omnia aui, & atum. Excipiun
tur pauca iam declaranda.

Rubeus

Excipe do dedit atq; datum, stetit atq; statum sto.
Cuius compositum stitit, atq; stitum capit apte.

Do
Circundo
Venundo
Pessundo
Satisfido
Sto

Asto

Resto
Restaui
Praesto

Proſto
Cōsto

¶ Do dedi datum, circundo circūdedi circūdatum: sic pessundo, uenūdo, satisfido: sto ste
ti statum: huius composita stiti & stitum faciūt, ut praestiti praestitum, insto institi insti
tum. Non (ut inepri dicūt) institi, sic barbare loquentes. Dominus decanus insticit pro li
centia. ¶ Da syllaba corripitur ubicunq; est prima syllaba in condeclinēis à do, ut dabam
dare: ergo dic penultima breuī pessundabam, circūdabam &c. Do, id est, dono. Item mit
to, ut do Petro ad te literas, id est, mitto per Petrū. Item dico, ut apud Vergil. Sed tamen
iste deus qui sit da Tityre nobis: Et da aduerbia loci. Circundo, id est, circūpono, ut circū
do saltus canibus. Venundo, id est, uendo, ut Ad quid perditio hęc poterat enim uenun
dari mīto, & dari pauperibus. Pessundo, id est, calco uel opprimo pessum, id est, sub pedi
bus: & dicimus etiam do pessum. Luc. Quod celsa cacumina pessum Tellus uicta dedit. Sa
tisfido, satisfacio aut soluo. Sto, erectus sum. Item stit, manet aut certū est. Vergil. Stat sua
cunq; dies, breue & irreuocabile tempus omnib⁹ est uita. Sto cōuentis, id est, seruo pactū:
per me non stetit, id est, non fui causa cur min⁹ fieret. Asto, iuxta sto. Anteſto, excello. Ab
sto, longe sto. Quid, abſtit pro abſtitit posuit. 10. Meta. Halcyone lachrymas, & q̄ par ad
mouet abſtit. Resto, superſum uſ relinq̄r. Ver. 2. Aen. Quid iam misero mihi deniq; restat.
Proper. licenter restaui dixit lib. 2. Nec si post stygias aliqd restaui undas. Praesto pra
stiti, itū, id est, do. Plinius: Plura hic mihi praestitit q̄ parentes. Item excello. Vale. Maxi. li.
2. Omnes ciues nobilitate pecunia honorib⁹q; praestaret. Idē lib. 7. Autoritate & pruden
tia ceteros praestans. Hic per accū dixit, q̄d Tullius per datiuū: Bona existimatio diuitijs
praestat. Praestat impersonaliter, id est, melius est. Idem: Nōne emori per uirtutem praestat
q̄ uitam miseram & inhonestam p̄ dedec⁹ amittere? In Iustianiani institutionibus praestau
imus p̄ praestitimus leges, nescio, an mēdum sit. Verisimile est hęc omnia aui habuisse ali
quando & atum penultima longa in supino: nā Brutus praestaturū dixit, & praestatio nō pra
statio in usu ē. Proſto, id est, publice sto causa lucri, ut meretrix praestat. Supſto, adhuc uiuo.
Cōsto. i. simul sto, nō sum instabilis, uel cōponor. Itē cōstat. i. liq̄t. Quāti cōstat liber, q̄ti

emittitur? Disito, longe fito, uel abfito aut differo. Quantū distat hinc Roma? quingenta milia, Disito
Exito, emineo. Liber non extat, id est, nusquam inuenitur, uel ipse perit. Infito, propē
 sum, ut pascha infitat, uel operam do pro re acquirenda. Plaut. Poscit, infitat, urget, non si
 nit hominem quiescere. Instititor, id est, mercator. Catullus ostendit prateritū infitit esse
non insteterit, dicens: Institit imperio deterioris heri. Obfito, refito, siue refisito. Hinc obsta-
culum, id est, impedimentum.

Dono lauo laui, lotum lautum atq; lauatum,

Poto magis potum, iuui iutumq; iuuare.

Lauo laui, lotū uel lautum uel lauātū, ab eo quod olim dicebat lauari, & significat rigo
 uel aqua purgo, aut quouis humore purgo. Horat. Ast ubi me festum sol acrior ire lauātū
admonuit. Terēt. in Eunuchō: Abeunt lauātū. Ouidi. 3. Fast. Sacra lauaturas mane petebat
Laus aquas. Hinc lauatio apud Vitruiū sapicule legis. Cicero ad Varronem libro nono epi-
stolaz: Faciam ut lauatio parata sit, id est, balneū. Lotū norissimū est. De lautū, Tacit⁹ de
Germanis: Lauti cibū capiūt, id est, loti. Sic Sulpiti. Facies sit lauta manusq; Laut⁹ nomē,
id est, mūdus, delicatus, elegans. Hinc lautitia, Lautulæ ag. id est, thermæ. Lauo olim fuit
tertia. Horat. Phœbe qui tanto lauis amne crines. Idem: Ora manusq; tua lauimus. Fero-
Poto nia lymphā: prima in lauimus correpta ostendit ipm esse presentis temporis. Poto, aui,
ariū, & sapius potū: Vnde potor potus potio poturus. Verg. Huc ipsi potū uenient per pra-
ta iuueni. Lucan. lib. 5. Poturā re Nile grues. Terent. aut in Phormione aliter dixit: Nam
apud me potatur⁹ ē. Poro. i. bibo: sed hoc proprie necessitatis est, illud luxuriæ. Potio, me-
Pot⁹ dicor⁹ forbitiuncula est, potus alioq; sed hæc differentiæ non obseruant semper. Val. Ma-
xim⁹ lib. 9. Cibo & potione infelicem spm prorogant. Potus a si, id est, ebrius, aut qui po-
rauit. Ouid. Occurrit nuper, uisa est mihi digna relaxu pompa, senem potū pota trahebat
anus. Capis etiā passiuæ. Idē: Quo plus sunt potæ plus stituit aquæ. Cōposita huius ybi p-
ducūt penultimam, ut epoto. i. ebibo. Compoto. i. simul poto. Compotor, qui cum alio so-
ler potare, de hoc adagio nem habemus: Odi memorem compotorem. i. garrulum, qui si
dos inter amicos aut in symposio dicta foras eliminat. Iuuo, iuui iutū, quod supinū non
Iuuo est in usu, sed pro eo capimus adiutū, quod est ab adiuuo. Lectū est iuuau. Manili. lib. 3. eo
utit: & Sall. in Iugur. iuuatur⁹. Iuuo, id est, auxiliū do. Verg. Audentes fortuna iuuat. Itē
delecto. Idem: Non omnes arbuta iuuant. Idem: Iuuat arua uidere. Adiuuo, id est, iuuo.
Terent. Fortes fortuna adiuuat. In presenti penultima corripit, quam pūm & supinū pro-
ducunt, adiuiui adiutū: unde adiuro as, frequentatiuū.

Præbet ui per itum cubo, cum sono, siue crepare,

Et domo, siue tono, ueto, cum plico; nexo xui xum,

Præbet ui per ctum frico, cum seco, iunge necare.

Nulla supina creat mico dans micui: Datur aui

Nonnullis: aui tantum dat supplico, sicut

Omne plico uerbum quod dat cum nomine iunctum.

Hæc septem uerba cubo, sono, crepo, domo, tono, ueto, plico, faciūt per duas syllabas
 aui in ptō, & itū in supino, ut cubo cubui cubitū. Nexo facit nexui nexum: hæc tria yba fri-
 co, seco, neco faciunt ui per duas syllabas in ptō, & ctum præcedente litera c ante t in su-
 t ij

DE VERBORVM PRAEETE. ET SVPI.

pino, ut frico fricui frictū, secui sectū, necui nectū, Mico micui facit absq; supino. Qua-
dam ex dictis etiam dant aui in pro: & similiter qd facile conijcit aui in supino, ut increpo
ui, uel increpau, implico ui uel aui, implicitū uel implicatum: sic dimico dimicui sine su-
pino, ut mico micui, uel dimicau dimicatū. At suplico solum facit supplicau supplicatū,
ut omne compositum a plico cū nomine, ut duplico duplicau duplicatū. Iam declarabo
Cubo singula. Cubo, i. iaceo. Composita corripunt penultimam nisi interponat m, & sic sunt
tertia conjugationis, ut incubo uel incumbo &c. Ridenda est differentia barbaroz: Sa-
Cubau nus eo cubitum, male sanus uado cubatū. Cubo itū facit, & olim cubatū: unde cubatio nō
cubitio dicimus. Plaut. in Menæch. teste Nebrissenfi per aui, accubau dixit: Prandi pora-
ui, scortū accubau. Vulgo tñ litera habet accubui. Apul. q̄q; sexto meta, Europē tauro su-
pucubasse dixit. Hiero. in Ezech. ca. 18. Quare mater tua leæna inter leones cubauit: Sic do-
matio, tonatio &c. dicimus, nō domitio, tonitio: & cōtra domit^o domitor &c. poti^o q̄ do-
matus domator &c. autor Valla. Tibullus contra alioz usum li. 4. ait: Te duce nō alias cō
uersus terga domator: sed redeo ad cubo. Accubo uel accumbo, i. assideo uel adiaceo men-
sa. Verg. Tu das epulis accumbere diuū. Occubo uel occumbo, i. morior, regit dtm. Verg.
Neq; adhuc crudelibus occubat umbris. Idem: Seu uersare dolos seu certæ occubere mor-
ti. Procumbo procubo, i. cado. Verg. Procumbit humi bos. Capis pro mori. Concubo uel
concumbo, i. condormio. Hinc concubina. Decubo uel decūbo, i. deorsum cubo uel iaceo.
Discumbo non discubo, cibi capiendi gratia iaceo uel assideo. Recubo uel recūbo, i. cubo.
Incubo uel incumbo, id ē, in aliquo uel super aliquid iaceo. Ver. Incubuitq; thoro dixitq;
noouissima uerba. Gallina incubat ouis. Incūbo etiam significat operam do, ut incubo uir
tuti, Excubo non excumbo, id est, uigilo, & diligenter custodio. Hinc excubitor & excu-
bix. Supercubo non supercumbo, super aliquid cubo. Secubo uel secumbo, id est, seorsum
aut solus cubo. Ouidi^o. Cur toties uiduo secubat illa thoro. Succubo, succubas, in cor. Hinc
succubi, sunt dæmones qui sub specie muliebri uiris subiungunt, ut incubi qui mulieres
ineunt. Succumbo, id est, subiungor, & alicui subiungor. Verg. Forsitan huic uni potui suc-
cumbere culpæ. Sono ui itum, & rarissime sonau sonatum. Manilius lib. 5. astronomico:
Aura per extremas resonauit flebile ripas. Apuleius. 5. metamorpho. Clasticum persona-
uit. Horati. Magna sonaturum des nominis huius honorem. Sonum facere significat. Cō-
posita penultimam corripit, ut Assono, ad aliquid sono. Persi. Reparabilis a sonat echo,
Consono, simul sono aut cōcordo. Dissono, discordo. Insono & persono, ualde sono. Re-
sono sonū reddo. Verg. Resonat clangoribus ether. Crepo crepui crepuitum, raro aui atū
i. uiolentū sonum facio. Ouid. Et crepat in medijs laurus adusta focis. Concrepo idē. Te-
renti. Ostiū concrepuit. Etiam signat cōcordo, ut diserepo, discordo, cuius præteritum
in aui fecit Cicero in li. 3. de oratore: Nihil sane ad rem pertinet si qua in re diserepauit ab
Antonij diuisione. Item crepo, frangor signat: nam quod frangit crepat, id est, uiolenter
sonat. Iudas crepuit medijs. Capitur etiam pro desseo. Plaut. Qui crepat defunctū patrē.
Increpo, sonum facio. Ouidius: Annuit Alcides increpuitq; lyra. Etiam cum clamore ar-
guo. Persius: Si increpuit cessas nugator. Inrepaui bis legitur in Plauto, teste Mancinel.
Crepuit nomen quarta, id est, uiolentus sonus, & proprie turpis sonus uentris. Domo,
id est, mansuetum facio, ut domo ceruum, & uinco, ut domo hostem. Edomo, perdomo,
idem, & penultimam corripit. Florus per regulam dixit Copias eius domauerunt. Tono
ualde sono uel facio tonitru: olim habuit tonau, atū, unde Horat. dixit: Intonara fluctib.
Tono Fuit etiam tertia. Varro: Sonitus matris deum tonimus tibi semiuiri. Composita penulti-
am corripit, ut intono, pertono, ualde tono. Contono, simul tono. Attono, ad aliqd
tono. Hinc attonitus, id est turbatus, quasi tonitru percussus. Verg. Talibus attonitus ius-
sis. Veto uerui ueritum, & aliquando aui atū, id est, prohibeo. Persi. Veto quisquam faxite
Ycto olerum. Idem: Annuere his superi uetere, Iouemq; morant. Cicero: Nam me ad forma-
fas mater accedere uetuit. Persi. Excepto si quid Masuri rubrica uetauit. Scodrensis legie
Yetaui in antiquis, ut ait: Excepto si quod Masuri rubrica notauit, Vrcūq; est, ueto etiam uetaui

habere monstrat participium uetatus. Papinius. 3. Thebaid. Piget irrupisse uolatum Costicilia & caelo mentem infertasse uerati. Plico uicitru, & aliqui auti. i. cōtraho & rugas facio. Plicatilis, quod plicat. Plini. Aegyptij naues plicatiles humeris transferunt quoties ad cataractas uentum est. Composita penultimam corripunt, ut Applico. i. adiungo. Explico, extendo & declaro. Implico, inuoluo innecto. Vergil. Implicuitq; comam la uca. i. sinistra manu. Cic. rhe. 2. Quod in itinere tam familiariter se applicauit. Pacu. Que te explicauisti tam eruminis obruta. In Vistruuio semper explicauit & atū inuenio, & in Cicerone se pissime, ideo his quatuor applico, implico, complico, explico, non uerebor per aui & atū uti. Cic. in Piso. Criminib⁹ infinitis iplicata. In eundē. Familiaritate implicatus. Sal. 4. hist. Implicatē naus misteria, phibebāt. Replico Cale, dicit solū, aut, habere, ut multiplico, triplico, & supplico. I. rogo humiliter, manus scilicet plicans. Ego credo etiā replicui replici tum recte dici, licet non occurrat testimonium. Papinius per syncopam replicatē pro replicatē dicit quarto syl. Non elychnia sicca, nō replicatē bulbotum tunicę nec oua tantū. Seneca eplā. 94. Recitator ingeniem historiam attendit minutissime scriptam, arctissime plicatam. Nexo nexas, uel per tertiam nexo nexis, id est, ligo uel necto. Frico ui frictum. Aliquē etiam fricauit atū, quo iam parce uti non erubescerem. Catullus in Egnatiū. Et dēs hybera defricatus urina. Cicero libr. 12 ad Atticū. Quę res forsitā sit refricatura uulnus meū. Plin. lib. 8. Pantheras per carnes affricatas aconito uenantur barbari. Celsus lib. 6. Ante oleo perfricatus. Ita q; non male dicit Macer. Vrticę folijs reuocatur uulua fricata. Vistruui. semper perfricata & fricatura & fricatum dicit. Hinc fricatio. Iuuenal⁹. Si prurit frictus ocelli Angulus. Hinc frictio recte dicit. Celsus lib. 1. In ipso quoq; itinere frequens frictio. Plini. lib. 33. Frictiones in hibeat oculoꝝ. Composita habent penultimā correptā. Affrico ad aliquid frico cum datiuo. Plini⁹. Marathro herba se se affricat. Confrico, simul frico. Defrico, deorsum frico. Infrico, intus frico. Columel. Maxime proderit fuligo ex ahenō huleri infricata. Perfrico, totū frico. Columel. lib. 7. Nates perfricato ut homines discāt odorari. Plin. in proēmio. Perfricui faciem, nec tamen profeci: perfricui faciem aut frontem, id est, pudorem expuli. Refrico, rursus frico, ut refrico desiderium aut dolorem, id est, rursus acquirō, & quasi reuoco. Seco ui sectum. Verg. 1. Geor. Via secta per ambas, fecit olim secāui secatum. Apule. 1. Meta. pressecata gula dixit, melius tamen sectio q̄ secatio dicimus, teste Valla. Seco, id est, scindo, findo, diuido, ponit pro trāseo. Verg. li. sexto. Ille uiam secat ad naues sociosq; reuifit. Et prosequor. Idem li. 10. Quę cuiq; est fortuna hodie quam quisq; secat spem. Sectio id est concisio: etiam est pars honorum qua alii quis multat. Sector, qui bona damnatorū in auctionib⁹ emit, ut postea eadem uendēs multum lucret. Composita penultimam corripit, ut defesco, abscondo: disesco, discindo, aut diuido: refeco, amputo. Sic infeco, confeco, profeco, circumseco, perfeco, interfeco, subseco &c. Neco ui necitum, uel aui autum, id est, quacunq; re occido: dicit cum Diomede Priscianus, necatus ferro, necus alia ui interemptus, sed differentia saepe refringitur. Suetonius in Tiberio: Hostes fame necauit. Cicero apud Macrobiū satur. lib. 4. cap. 3. Flammā ex lignis uiridibus factam atq; ibi inclusum fumo necatum. Fumo ablatiuus est, teste Macrobio. Vale. Maxim. lib. 6. Viros suos ueneno necauerunt. Sic alibi saepe. Cicero: Veneno necatus. Quintilianus: Fame necatus &c. Ennius: Hos pestis nequit pars occidit illa duell⁹. Fit a nex, aut contrā. Eneco penultima correpta, id est, neco uel uexo. Terentius: Cur me enecas. Enectus, id est, mortuus aut ferē mortuus. Cicero: Enectus fuit Tantalus. Horatius: Bos est enectus arando. Liuius: Fame, frigore, squalore enecti sunt. Inrerneco & perneco, id est, neco. Mico micui sine supino, id est, fulgeo, proprie eum motu uel tremore, ut en sis micat, fulgur micat. Verg. Crebris micat ignibus ether. Per similitudinem capis pro digitis fortiri. Var. Micandū erit cū Græco utrum ego illius numeq; ille meū sequat. Cicero eū uis bonū appellat, qui cū possis in tenebris micare. Capis pro moueri ac tremere. Verg. de equo: Stare loco nescit, micat auribus, ac tremit artus. Ouidius: Corq; timore micat. i. salit & tremit. Composita penultimam corripunt, ut emico, id est, effulgeo, emineo, appa

Vetarus
Plico

Applicauit
Explicauit

Nexo
Frico

Frictio
Affrico
Infrico

Perfrico

Seco

Neco

Mico

DE VERBORVM PRAEETE. ET SVPI.

reo. Plaut. Ex oculis quasi radij emicant solis. Vergi. Emicat Euryalus. i. eminet uel exilit. Hinc fit emicaturus. Sene. de conso. ad Albinam: Ad summa emicaturus. Intermico, inter nel in medio mico. Promico, procul mico & longe iaceo nel extedo. Næui. Si quid loqui uis non perdocere mtra longe promicanda oratio est. Dimico ui, sine lupino, id est pugno, quod re fit. Contendo autem ybis. Nafō: Victricus & gladijs & acuta dimicet hasta. Idem in secūdo elegiase. Hac tibi fit pugna dimicuisse satis. Dicif etiam dimicauit dimicaturū. Sueton. in Cæsare. Ne ancipiti quidem unquam fortuna præter q̄ bis dimicauit. T. L. lib. 23. Iusta quoq; acie & collatis signis dimicatuū est. Cicero in. 3. de oratore. Me semper ab omni contentione & dimicatione reuocasti.

Promico
Dimico

SECUNDA CONIUGATIO.

Praeteritum per ui facit es, per itumq; supinum.

Habeo

Habeo Verbum secundæ coniugationis facit præteritū à secunda persona præsentis temporis indicatiui modi singularis numeri, mutado es in ui per diuisas syllabas. & in supino facit itum, ut habeo habui itū. i. possideo & teneo. Item facio. Sal. Comitijis habitis consules declarantur M. Tul. & C. Antonius. Item tolero. Idem. Neq; cuiq; mortaliū iniuria suæ parua uident; multi eas grauius æquo habuere. Item credo. Terent. Semper eius dicta atq; habitata est foror. Item habito. Plautus: Hæ sunt ædes, hic habet: plura multo signat, quibus superfedeo. Composita mutant a breue in i breue, ut redhibeo, adhibeo, perhibeo. i. affirmo & dico. Perhibeo. i. ueto. Inhibeo uere, ne in re cõpta procedas. Præbeo ui, itū. i. do. Debeo ui itū. i. obligor, utriq; dicif esse ab habeo contractū. Dehabeo retinet a, & significat non habeo. Hieronym. ad Eustoch. Ita ille moderatur uniuersa, ut nemo qd̄ postulet nemo dehabeat. Arceo ui itū. supinū in simpliciarum est, & significat pello aut aduenire nō sino. Verg. Hostes à mœnib. arcet. Ptm̄ arcui in usu est, licet quidam dixerint arceo carere ptō. Cicero in. 11. Philip. A progressu arcuit. Silf. li. 1. Armavit clausos ac portis arcuit hostem. Similiter apud Ouidi. pluresq; leges. Arcitum supinum nō est in usu: neq; inde participia arcitus & arciturus legunt, sed in usu olim fuisse ostendūt composita à coerceo coercoi coercitū &c. Supinū etiam fuit arctū. Vnde nomē adhuc ē arctus a um. i. stritus: & frequentatiuū arcto. i. stringo: nam idem arceo aliqñ significat. Vergil. Teneras atcebant uincula palmas. Composita mutant a in e, ut coerceo coercoi. Verge. Teneras atcebant uincula palmas. Exerceo, ago. Quid operis exerces: Et molesto uel fatigo. Terentius: Hanc, ego te exercebo hodie ut dignus es. Hinc exercitium uel melius exercitatio à frequentatiuū exercito. Terreo ui itum, id est, timere facio. Exterreo, deterreo, perterreo, id est, ualde terreo. Pauca sunt exempla habentium supina. Omnia uerba secundæ definiūt in eo: & nulla alia præter hæc prime, beo, creō, scro, meo, calceo, laqueo, nauleo, enucleo: & duo quartæ, eo, queo.

Prohibeo
Inhibeo
Dehabeo
Arceo

Exerceo

Dat doceo doctum, teneo tentum, pateoq;

Passum, sic mistum dat misceo, torreo tostum,

Censeo dat censum, careo cassum caritumq;.

Doceo
Teneo

Doceo hic posita præ scdm̄ regulam formant, supina contra regulam, ut doceo ui, doctum &c. Doceo, id est, doctrina imbuo. Edoceo, planè doceo. Perdoceo, perfecte doceo. Dedoceo, contrario modo doceo, docens alterum male docuisse. Teneo ui tentum, id est, apprehendo, detineo. Composita mutant e in i, ut retineo ui entum. Sic detineo, contino, obrineo, id est, acquirō. Sustineo ui, entum, unde sustento as, id est, porto uel patior. Abstineo ui, supinum esset absentum, quod nunq; inueni, & significat tempero, & penē

Abstineo

Idem quod contineo. Terentius: Non manum abstinens mastigia. Abstineo nullum uideo
recinere supinum. Pateo ui, passum, id est, apertus sum. Plautus: Ingredere tu, fores iam
diu parent. Patefco, apertior. Patefacio, id est, aperio. Patens, ad tempus apertum. Patulū,
quod semper patet, ut patula aures. Patulico as, id est, patulus fio. Pando & patior etiam
faciunt passum. Misceo miscui mistum, per s potius q̄ mixtū per x, si doctis & uetustati cre-
dimus, id est, confundo & perturbo, ut misceo aquā uino. Admisceo, ad aliquid misceo.
Cōmisceo, simul misceo. Emisceo, id est, misceo. Immisceo, intus misceo. Intermisceo, in
medio misceo. Permisceo, ualde misceo. Promisceo, idem. Hinc promiscuus a, um. Mistar-
ius uas in quo aqua cōtinet uino miscēda Lucil. Vrcus aut gemina lōgus mistari⁹ ansa.
Miscellū, colūbæ genus mediū inf̄ agreste & domesticum. Miscellaneus a, um. i. uarius &
multis cōmixtus, ut miscellanea doctrina apd Gel. & miscellanea libri sunt in quib. de reb.
multū diuersis tractat, ut Pollitiani centuriæ. Torreo ui, tostū. i. uro, cremo, asfo. Ver. Pin-
guiaq; in uerbis, torrebimus exta colurnis. Significat etiā yttere & miscere. Luca. Ingentes
fato torrēte ruinas. Torresco, i. torridus, hoc ē siccus aut aridus fio. Inde retorresco torre-
facio, cōburo, cōq; & multū calefacio. Cēs: o cēsūm. i. iudico uť existūm. Cēsor, iudex mo-
rū. Cēsura, iudiciū. Iuu. Dat ueniā coruis uexat cēsura colūbas. Succēseo, irascor. Terē. Ado-
lescētū nihil ē qd succēsa. Recēseo, recognosco, & summā totius ppli p̄ numeros colligo.
Hinc recēsus us, ui: & recēsio, i. cognitio. Suet. in Cæsā. Recēsūm ppli uicatim p̄ dños in
sulaz; egit. Recensitū nō ē d recēseo sed d̄ ybo antiq; q̄: tæ recēsio is ire, qd significat recē-
sum agere, ut docet Val. Placent. & cēsio is, ire, idē. Cic. p̄ Archia: Cū eodē q̄store fuisse in
Asia, primis Iulio & Crasso nullā ppli partē eē censitā. Clau li. 2. in Eutrop. Prisca recēs-
is euoluite secula fastis. In li. Nu. Recēsiti sunt d. 20. annis oēs q̄ poterāt ad bellū p̄cedere.
De cēsio p̄ pueris hic sufficiūt: plura de hoc apud iurecōsultos legunt. Careo ui, itū, secū-
dū regulā, & cōtra regulā cassum. Sic multi grāmatici dicunt: A caritū ē participiū carit-
urus. Iuuē. Cariturus turturē magno, d̄ cassum ē participiū cassus. i. carēs, orbus uť uacu⁹.
Ver. Nūc cassum lumine lugēt. Prif. uidet magis astipulari ijs q̄ dicit careo solū habere ca-
ritū, & cassus nō magis quā uacuus participium esse, sed nōmen, hæc sententia uidetur
mihi probabilior. Careo, id est, nō habeo aut priuor. Ouidius: Morte carent animæ. Tul,
Carere debet omni uitio qui in alterum paratus est dicere.

Pateo

Misceo

Torreo

Censeo

Recenseo
Recensitum

Carco

Polleo præterito caret: & uix nideo donat.

¶ Polleo caret p̄terito, qd nideo uix habet. Cale. aut dicit esse nidui: sed non est in usu.
 Quia caret hæc p̄teritis, etiā supinis carebūt, ut dictū ē. Carebūt etiā oibus q̄ d̄ p̄teritis for-
 mari solēt, ut iā, sem, rim, ro, se, q̄a deficiēte cā, deficit effect⁹. Hoc in seāntib⁹ declarē di-
 ligent, q̄a raro repetā. Polleo. i. possum, ualeo. Carō: Ingenio pollet cui uim natura nega-
 uit. Cōposita sunt p̄polleo, p̄ualeo, repolleo, reualeo, æqpolleo. Polleria. i. po-
 tertia. Plau. in Rud. Nec ineptoz; potior sit polleria. Etiā putabat esse dea potētia, & fuit
 urbs q̄dam. Nideo & renideo. i. splendo. Papin. lib. 10. Thebai. Emitat effigies & sparsa
 orichalca reident. Idem redoleo, unde nidor, id est, odor rei ustulatae uel assatae. Vergil.
 libro. 12. Ille ingens barba reluxit, nidoremq; ambusta dedit. Martialis, Pasceris & nigrae
 solo nidore culinæ. Iuuenalis, Captum te nidore suæ putat ille culinæ.

Polleo

Nideo

Quod dat ui neutrum, timeoq; carento supinis.

Tolle ualet, noceo, placeo, doleo, taceoq;

Paret, olet, careo, pateo, lateo, calet & li.

¶ Verbu neutri gnis secūda cōiugatiōis faciēs ptm p̄ ui diuisas syllabas cū unico actiue ti-
 meo caret supino, ut splēdeo ui, ergo caret d̄ supinis for mādīs eiusmodi yba, ut sunt par-
 ticipia p̄teriti tps & futuri in rus, & ybalia in io & c. ergo timeor nō habet ptm perfctm
 indicatiui modi & c. Maxima pars uerbor; secūda cōiugatiōis ad hæc regulā ptinet, ideo

DE VERBO. PRÆTE. ET SVPIN.

Madeo multa hic subieci, quæ omnia in præterito ui habent sine supino. Madeo, humidus & madidus sum. Luca. Frater nō primi maduerunt sanguine muri. Permadeo, tot^o madeo, ut permadeo sudore. Studeo, teste Diomede, supino carer: licet quidã iã studitiũ habere uelint, i nter q̄s est Torrentinus cũ Calepino. Ego nō ausim uti nisi ex ueterib. probet. Donat^o in secunda editione dicit studeo esse ybum integre: sed participiũ futuri tēporis studitur^o nō esse in usu. Studeo. i. studiosus sum & operã impendo, ut studeo grãmaticę, studeo lectiõĩ cũ dō. Surdeor es, ui. i. surdus sum. Surdesco, surdus fio. Obsurdesco. i. inobediens sum, ut nequã discipulus præceptoris monitus obsurdescit. Sordeo. i. sordidus & immundus sum & uilis. Ver. Sordent tibi munera nostra. Candeo. i. splendidus & cãdidus sum. Proprie ignis & res ignita dicij candere, ut candens carbo, candens terra. Candor, est splendor, & uirt^o cõtraria inuidiã. Hinc candidus, minime inuidus. Splendo, i. lumen emitto. Excandeo, uel incandeo. i. ualde candeo. Et capiunt, p uehementē itacti, ut magister hoc audito non parũ excanduit. Excandesco, iratus fio. Frendeo, ex indignatione dentes cõcutio. Psalmo graphus, Frenduerit super me dentib. suis. Lectũ etiã per terciã frendo frendis. Frõdeo. i. frõdes emitto. Ver. Nũc frõdent syluã, nũc formosissimus annus. Egeo ui. i. eo qd optet habere careo. Indigeo, idẽ. Indigus & egenus, q eger. Egestas & indigentia. i. defect^o, pauper tas. Rigeo ui. i. durus sum, ut uestis riget gelu. Rigor, duritia. Rigidus, durus. Vigeo ui, uim habeo uel fortis sum. Tull. Vigebat in ea domo patri^o mos atq; disciplina. Vigor, id est, uis & fortitudo. Ver. Igneus est ollis uigor & cœlestis origo. Ollis, id est, illis. Languo ui, id est, debilis sum. Languor, id est, debilitas, infirmitas, agrotatio. Calleo gemino II, id est, callid^o sum, & optime intelligo. Terent. Eius ingenium pulchre calleo. Etiã significat durus sum. Callus, id est, durities in corpore. Occalleo, idem. Plin. Longa patientia occallui. Palleo ui, pallidus sum, parum albeo. Ouid. Palleat omnis amans. Expalleo, ualde palleo. Coaleo ui, id est, cohæreo concreasco. Sileo sine sono sum. Vergilius: Silet arduus æther. Hinc silentium. Vileo, id est, uilis sum, parum æstimor. Liqueo liquẽdus sum, id est, liqueco. Id magis in usu est, ut butyrum super ignem liquet uel liquecit. Cera liquecit calore. Deliqueo & deliqueco, id est, ualde liqueco. Ouidius: Deliquit ista gnumq; suo de nomine fecit. Albeo, albus sum. Rubeo, ruber sum. Erubeo, id est, ue reor. Sic nigreo, uireo & cætera. Tabeo, cõsumor & pereor. Inrubeo, cõrubeo, idẽ. Hebeo, hebes sum. Aceo, acidus sum. Inde hebesco, aceco. Iaceo ui, notũ est. Capitur pro contemnitor, ut pauper ubiq; iacet. Marceo, id est, putreo, pereor. Seneca: Marcet sine aduersario uirtus. Hinc marcesco, marcidus fio. Flacceo, id est, languo, Flaccesco, id est, flaccidus fio. Fameo, efurio, famelicus sum. Hinc famesco, ut à flammeo, id est, ardeo, flammesco. Tumeo, id est, eleuor, inflor, superbio. Hinc tumidus, inflatus. Tumor, inflatio. Plumeo, id est, plumas habeo uel acquiror. Hinc plumesco. Caneo, albos crines habeo: canesco, canus fio. Ager etiã canere dicitur. Vaneo, uanus sum. Euaneo, id est, pereor aut è cõspectu abeo. Vergilius: Et procul in tenuem ex oculis euauit auram. Euanidus, a, um, quod facile euanescit. Seneco, sum senex: sed magis in usu est senesco. Ouidius: Tacitisq; senescimus annis. Tepeo, id est, tepidus sum, nec plane calidus nec frigidus. Hinc tepesco, ut à torpeo, id est, languidus aut piger sum, Torpesco: & nomen torpor, id est, igna nia. Stupeo, id est, miror, & alienationem sensuum parior. Hinc stupeco, stupor, stupidus, obstupeo, obstupesco. Areo, id est, aridus & siccus sum. Clareo, clarus sum. Floreo, flores profero. Horreo, id est, tremo, uel mente rurbor. Hinc horror, horridus, abhorreo, obhorreo, inhorreo, horresco. Ver. Anim^o meminisse horret. Idem: Horresco re ferens. Cicero: Quem ut uidi equidem cohorrui. Naso: Nauita sollicitus uentos exhorret iniquos, id est, timer. Scateo, id est, ebullio uel exillio, ut aqua scater in fonte. Scarurio is, ire, idem. Niteo ui, id est, splendo. Nitor, splendor. Nitridus splendidus. Sulpitius non recte dicit carere præterito. Gellius lib. duo decimo: Præ cæteris omnib. enituit, & præfulsit decori honesti dignitas: habent omnia ui, per unicam regulam: Quod dat ui neutrum, quæ est exceptio à regula: Præteritum per ui facit es per itumq; supinum.

Timeo timui, sine supino, id est, metuo. Hinc pertimeo, pertimesco, pratimeo &c. Per-
tineo, ui sine supino, quia neutrum est, licet ab actiuo forme teneo. ¶ Tolle ualec noceo &
cetera. Pauca neutra quum praterita per ui diuinas syllabas sunt, supina retinent, ut ua-
leo ui ualiti, i. postum, ualidus & sanus sum, ut non ualeo dicere, ualeo recte. Item, reco-
do, in dices ualeo Romam, aut qd simile: sed cu nolis cuiuspiam familiaritate aut collo-
quio &c. frui amplius, loqueris cu Terentio: Valeant q inter nos dissidiu uolunt, id e, abe-
ant, nullu nobis sit cu illis comercium &c. Valetudo capis ta, p agrotatione, q, p sanitate;
& dicimus bona ualetudo, mala ualetudo. Valerudinaris, q frequenter agrotat. Valitu-
rus dixit Cic. teste Prisciano, Noceo ui, itum, i. malum infero, nuq nocui tibi. Placeo ui,
itum, grat^o sum. Perplaceo, ualde placeo. Coplaceo, simul placeo. Displuceo, id est, no pla-
ceo, hoc mutat a in i breuem. Sene. Argumentu est recti malis displicere. Leges placitus
sum pro placui. Doleo, ui, itum, tritius sum. Doliturus apud Ouidium est. Doleo uicem
tuam, id est, infortunium tuu. Taceo ui, itum, no loqr: ponitur aliquando actiue, ut ta-
ceo hanc rem. Cato. Proxim^o ille deo q scit rone tacere. Coposita mutant a in i breuem,
ut reticeo obriceo, coriceo, unde coricesco, id est, taceo. Vergi. Coricuerit omnes. Ex hoc
patet amauere & amauerunt similiaq; apud Latinos nihil differre, ut bene hoc contra
quosdam docuit Quintilianus, qui uoluerunt amauere esse dualis numeri. Lateo, abscon-
dor no copareo. Latet me, id est, nescio. Supinum esse latitum uidet probare frequentati-
uum latito, as, id est, lateo. Deliteo, ui. Delitesco is, id est, lateo: sed deliteo caret supino, ut
reliqua neutra. Pareo ui, itum, obedio. Seneca. Deo parere libertas est. Etia significat no-
sci. Ver. Cui pecudum fibra, caeli cui sidera parent, Appareo, uideor, manifestus sum. Na-
so: Quae nimis apparent recta uirat auis. Item appareo, id est, paratus sum, sto ad obse-
quendu. Hinc apparitores sunt magistratuum ministri qui apparent & praesto sunt ad
obsequium. Ci. in Ver. actioe. s. Tuus apparitor parua mercede ppli conductus. Apparitura, e
apparitoris ministeriu. Copareo. i. appareo. In Gene. Puer no coparet. Dispareo, i. euane-
sco, ex conspectu abeo. Petrus repente disparuit. Caleo ui, itum, quia inde caliturus legis, i.
calidus sum. Ouid. Caliturus ignib. aras. Oleo patebit & Licet licuit licitum cum liceo &
liceor. Soleo ui fecit, nunc solitus sum, de q & plurib. in sequentib. doceberis plene.

Dat di sum prandet, uidet & sedet: at geminabit

S, sessum; stridet stridi facit absq; supino.

¶ Prandeo dat prandi praesum. uideo di. uisum. sedeo di. sum, gemino ff. strideo di. abs-
q; supino. Prisci. uult etiam stridui habere: sed no est in usu. Prandeo facit etiam pransus
sum, quia est neutro passiuum, ut gaudeo gaus sum in supino, & gausus sum in praete-
rito. Audeo ausum ausus sum. Moxereo moetus sum: de quibus in sequenti libro agemus.
Prandeo, prandium sumo uel ante meridiem cibum sumo. Et ponit simpliciter, p codo.
Horati. Si pranderet holus patienter regib. uti Noller Aristippus. Plaurus, prandi, pota-
ui, scortum accubaui. Cic. lib. 6. epistola ad Cur. Scito neminem pransisse. Diminutiuu
a prandium est prandiolum & prandiculum. i. ientaculum. Video notum est. Composita
corripiunt i, ut prauido, ante uideo. Prouideo, in futuru: paro, ut satis mihi, puidi. Hinc
Video
Prouidus & prouiso: Inuideo, id est, letor de alterius malo, & de bonis alterius doleo: &
dicit q si no libenter uideo, ut inuideo tibi scientiam, id est, doleo te scire. Hinc Inuidus,
Inuidia &c. Sedeo notum est, seder animo, id est, placet. Coposita mutat e in i breue omnia
praeter sup sedeo, id est, cesso cum ablat. Plau. Superfede istis rebus. Assideo, iuxta sedeo.
Idem: Date illi sellam ut assideat. Etiam est similem esse. Horati. Parc^o ob haeredis curam
nimiumq; seuer^o Assidet insano. Desideo. i. deorsum sedeo & torpeo. Hinc deses. Praesi-
Sedeo
deo, id est, praesum, ut praesideo scholae uel urbi. Hinc praeses. Dissideo, i. dissentio uel dis-
Superfedeo
cordo, ut hic dissidet a me capitali odio. Dissidiu, discordia. Insideo, in aliquo uel super
aliquid sedeo, ut insideo equo. Obsideo, circundo. Lucan. Saturu tamen obsidet hostem,

DE VERBO, PRÆTE. ET SVPIN.

Rex obsidet urbem. Obsidio obsidionis, id est, obsessio. Ovidius, Fecerat obsidio iam diu
turna famem. Omnia in præterito retinent e longum, ut obsedi, præfedi. Strideo, facio
stridorem, id est, sonum uolentum, ut currus non linitus stridet. Dicitur etiam per tertiã
strido stridis & cætera. Ennius præterito utitur: Missique per pectus dum transit stride-
rat hasta.

Di sum præterito geminato mordeo donat,
Ut pendet, spondet, tondet: Donat ueo ui tum,
Dic fautum, cautum; Veo neutra carento supinis.

¶ Quatuor uerba dant di, & sum, geminato principio præteriti, ut mordeo momor-
di mortum, pendeo pependi pensum, spondeo sponendi sine I in secunda syllaba, spõ-
sum, tõeoo totondi tõsum. Veteres in præteritis his in prima syllaba pro quarta uocali
ponebant secundam, ut memordi, spepondi, tetõdi, ut probat Gellius libro septimo ca-
pitæ nono: Vbi testimonia si quis desideret facile repererit. Cõposita nõ geminant prin-
cipium præteriti per regulam generalem prius dictam, remordeo remordi, respõdeo re
spõdi. Apud ueteres geminabant. Varro: Derõtõderat forcipibus. Ennius: Detõtõdit
agros lætos atq; oppida cepit. Plautus in Aulularia, teste Gellio: Ut admemordit homi-
nẽ: ubi e pro o posuit. Idẽ in Tigre apud Gel. præmorisset dixit: ideo olim mordeo mor-
si dixere, ut rideo risi. Verba Plauti sunt: Nisi fugissem, medium credo præmorisset.

Detõtõdit

Mordeo

Mordeo, id est, dentibus lædo. Terentius: Par pari referro quod eam
mordeat. Mordicus, id est, mordendo. Plautus: Iam dudum oportuit nasum ademptum
mordicus. Item mordeo, id est, detraho, pũgo, carpo, reprehendo. Mordax, qui multum
carpit. Admordeo, ualde mordeo. Demordeo, morsu decerpo. Immordeo, morsum insi-
go. Obmordeo, circummordeo. Præmordeo, ante mordeo. Remordeo, crucio sollicito.
Vergilius: Quando hæc te cura reinordet. In sacris: Dum uox uitam non remordet dul-
cis est symphonia. Remordeo item, id est, iterum mordeo a quo læsus eram. Pendeo, id
est, suspensus sum, ut roga pender, fur pender. Capitur pro sollicitus sum. Vergilius: Dum
cõsulta petis nostrõq; in limine pendes. Et dubito. Seneca: Pendet animus & in diuer-
sa trahitur. Et cesso. Vergilius: Pendunt opera interrupta minaq; Murorum ingentes.
Composita sunt appendeo, dependeo, impendeo, suspendeo. Impendeo, id est, super ali-
quid pendeo & into: ut mors impendet omnibus. Cicero, Magnum bellum impendet a
Parthis. Pendo actiuum est, ut pendo togam ut furem, de hoc in tertia cõiugatione. Spõ-
deo, id est, promitto. Despondeo, id est, in matrimonium promitto Terentius: Placuit, de
spõdi. Etiam significat deuouere, id est, ualde promittere se nolle aliquam rem amplius,
Plautus: Pater eius postquam puerum perdidit, animum despõdit, id est, amplius uiuere nõ
luit. Plinius: Quæso Hercule animum ne despõdeas. Columella: Quam probabilis ratio
est in focordiam compelli, quia despõderis sapientiam. Respõdeo, ad interrogata sermo-
nem reddo. Iuuenalis: Nil mihi respondes, aut dic, aut accipe calcem. Etiam est cõsentio
& satisfacio, ut fac uerbis facta respõdeant. Tõeoo, crines aut lanam seco forcipe. Vergili-
us: Cyniphĩ tõdent hirci, id est, tõdentur: actiuum pro passiuo. Etiam ponitur simpliciter
tõeoo pro carpo aut seco, ut bos tõdet gramina. Hinc tõsor qui barbare dicitur bar-
bitõsor. Tõforius, a, um, ad tõsorem pertinens, ut culter tõforius, id est, nouacula. Tõstri-
na, id est, domus tõforis. Tõfæ, arum, id est, remi a suctibus circuncidendis. Silius decimo
quarto: Mergat gurgite tonsas. Attondeo, perfecte tondeo. Detõeoo a summo us-
que deorsum tondeo.

Pendeo

Spõdeo
Despõdeo

Respõdeo
Tõeoo

¶ Donat ueo ui tum. Verbum desinens in ueo facit præteritum in ui syllabam, quam
supinũ in tum mutat, ut moueo moui motum, foueo foui fortum, uoueo uoui uorũ. Dico
irregulariter supina faciunt, faueo faui fautum; caueo caui cautum. Difficiliter inuenies

plura in uero, quibus assunt supina. Nam reliqua neutri generis sunt, & carēt supinis oīa, ut liueo liui, ferueo ferui, pro quo dicit etiam ferbeo ferbui. Conniueo conuiui. Crassus in Iliade, Nam conuiui ego oculos deinde sopore. Vel connixi. Turpilii: Dum ego connixi somno, hic sibi prospexit uigilans. Supinū fuit connictū, sed non est in usu. Simplex fuit niueo nixi nictū; unde hodie manet frequentatiuū, Nictō as are, & nomen nictus, ut in nictu oculi melius q̄ in ictu, teste Laurentio Valla, de hoc uerbo habete hunc uersum:

Conniuet ui. xiq; dabit, nullumq; supinum.

Moueo, de loco in locum muto. Terent. Moue te ocyus nutrix. Moueo castra, i. ducō exercitum in alium locū. Capitur pro induco, ut quid te mouit ad hoc agendum, ipse mouit quæstionem, mouit litem. Admoueo, id est, adduco uel applico, ut admoueo ori manum. Amoueo, demoueo, remoueo, submoueo, id est, aufero. Dij te submoueant. Hoc etiā sum moueo rectissime dicit. Foueo, calefacio, lenio, nutrio, gallina foueo oua, mater infantē, medicus uulnus. Uoueo, religiose promitto. Salomon: Si qd uouisti deo, ne moreris redere. Vorum, promissio & desiderium, ut compos uoti. Deuoueo, id est, per uotum do uel resigno, ut hic deo se deuouit. Item desino, ut deuotus morti. Lucanus: Vidit & ad certā deuotus tendere mortem. Etiam significat fouendo dimitto, ut tu credo deuouisti uirtutem. Ouidius:

Quamuis inrer dum quæ me læssisse recorder

Carmina deuoueo Pieridesq; meas:

Cum bene deuoui nequeo tamen esse sine illis,

Item deuoueo, mala promitto uel opto. Idem:

Deuoueo capiti tristia bella tuo.

Composita a moueo, foueo, uoueo, corripiunt mo, fo & uo in præsentii indicatiui & inde formati. Producent autem in præterito perfecto indicatiui, & ab illo formati.

Fauco, bene alicui opto, ut suis quisque fauet. Hinc faustus, felix cui superi fauere uidentur. Fauor, amicus qui fauet. Caueo, id est, provideo, ut capiti tuo caueo. Item fugio ac uito cum accusatiuo. Iuuenalis: Conuiuā caueo qui me sibi comparat. Cautus, q̄ scit sibi cauere. Incautus, q̄ cauere nescit. Cautio, i. p̄uidētia, & (ut uulg^o cū Apuleio loquit^r) cautela. Cautio est, & cautione opus est, id est, prouidēdum est. Cautū est, i. prouisum est, ut lege cautum est ne quis adulteret. Præcaueo præcaues, correpta syllaba cā, id est, diligēter caueo. Terent. Hoc tempus præcauere mihi me monet. Paueo paui, sine supino, id est, timeo. Pauidus, timidus. Pauor timor. Expauco, ualde paueo, expauesco & c. Flauco, flaui sum, i. eius coloris cuius est cera, aurum, & matura seges. Hinc flauesco, flauus fio. Liueo, liuidus sum, id est, sordidus & niger, atq; etiā inuidus. Ouid. Liuent rubigine dentes. Li-uor, id est, inuidia. Lucan. Li-uor edax tibi cuncta negat. Aueo, id est, cupio. Tui. Quid astū sit aueo scire. Auidus, i. cupidus. Ferueo uel ferbeo, i. ualde caleo & fluctuo uel estuo, & dicitur etiam per tertiam feruo, aqua calida feruet, id est, bullit. Item irascor & diligēs sum; ut feruet opus, id est, diligenter procedit. Deferueo, id est, torpeo, feruorem amitto. Gel. Interea puer uenerat & olla deferuerat. Efferueo, id est, effiuo, ut ceruisia non efferbuit. Vergerueo. Feruere cæde noua, hoc a feruo est. Conniueo, i. claudio oculos. Item cōsentio. Perfius: Væ nisi conuiues. Item conniueo, id est, disimulo me scelera cuiusquam cognoscere, uulgo per digitos uidere dicit. Cicero in Philipp. Quibusdam in rebus etiam conniueo. Idem pro Cælio, Proh dij immortales, cur interdum conniueris in hominum sceleribus maximis? Item conniuere apud Gellium pro stipari, claudi & contrahi capitum. Gellius libro. 15. Conniuere caua uentris & stomachi, sed redeo ad primum significarum. Plinius lib. 11. Gruioues alicū inferiori gena conniuent. Idem. Colūbæ & similia utraq; gena cōniuent. Nota gena singulariter contra grammaticos. De cōniueo tertia. Caluus: Cū grauis ingenti conniuere pupula somno. Frequentius est secundæ.

Dant quoq; ui tum flet, plet, delet, net, ciet; adde

Conniueo

Nictō

Moueo

Foueo

Uoueo

Fauco

Caueo

Paueo

Flauco

Liueo

Aueo

Ferueo

Conniueo

Cum uiet ortum oleo; Sed uult adoleuit adultum.

Do simplex oleo per ui, mage nata per eui.

Sunt adhuc pauca secunda cōiugationis uerba facientia praeterita per ui syllabam: su-
pina yo per tum, mutata ui in tum, ut fleo fleuit fetum &c. Pleo nō est in usu, sed bñ cōpo-
sita ut compleo, impleo &c. Composita ab oleo sep. habent eui etum, ut aboleo aboleui
aboletum &c. Simplex facit libentius ui per duas syllabas, & itum in lupino, tamen sim-
plex etia habet eui etū. Et composita aliqñ ui itū: adoleo aut facit adoleui adultū. Fleo,
id est, lachrymor: ponit pro defleo, id est, lugeo actiue, ut fleo uel defleo matrem. Boeti⁹:
Fleuit amissos Ithacus sodales, id est, Vlysses Ithacensis. Effleo, flendo corrumpo, Petrus ef-
fleuit oculos. Pleo, id est, plenum facio: non est simplex in usu. Impleo, compleo, repleo,
idem. Depleo, id est, euacuo. Papini. Tu mō si ueteres digno depleuimus hauitū. Da fontes
mihī Phœbe nouos. Expleo, id est, impleo. Terentius: Expleam animum gaudio. Quan-
doq; significat euacuo. Ennius: Nauibus explebant sese terrasq; replebant. Oppleo, id est,
impleo. Terentius: Mulier lachrymis opplet os totum sibi. Suppleo, id est, compleo uel
addo. Deleo delēs, id est, destruo proprie lineas aut regulas. Horati⁹: Delere licebit quod
nō edideris, nescit uox missa reuerti. Aliqñ significat simpliciter remoueo. Terētī. Deleo
nō edideris, nescit uox missa reuerti. Aliqñ significat simpliciter remoueo. Terētī. Deleo
dehinc omnes ex animo mulieres. Rex deleuit oppidum, id est, funditus destruxit. Luca.
Masiliam delere uacat. Spongia deletilis, qua aliquid delet. Diomedes scribit à deleo par-
ticipia deletus penultima longa, uel delitus penultima breui. Varro litera delira dixit.
Caluus ad uxorem prima epistola: In uia delita. Sed hoc uidetur esse à delinor. Deleo est
ab eo quod idem significat leo, sed non est in usu. Vnde alio alles, id est, allino: uerum
nec alio in usu est, sicut nec releo &c. nisi in praeteritis alleui releui, quae iam data sunt
allino, relino uerbis tertia. Letum à leo, teste Prisciano, id est, mors, quia omnia delet.
Neo neuu netum, unde netrix, proprie mulier: est filia facientia. Quid. Sic sedit sic culta
fuit sic stamira neuit. Cicio dies ciet, cui citum, testibus Diomede & Phoca, pro eodem dī
citur per quartam, cio cui citum, sed hoc differunt: Citum à cicio priorem corripit. Hinc
frequentatiua excito, concito, recito &c. Excitus participium penultima breui. Citum à
cio, producit eam. Vnde accitus & excitus penultima longa, testimonia inuenies in uerū
ficatoria nostra. Cicio uel cio, id est, uoco, prouoco. Verg. Bella cient primaq; uetant con-
sistere terra. Idem: Aere ciere uiros Martemq; accendere cantu. De cio. In hymno: letum
ciamus uocibus. Lucretius: Aurarum cimus ad ortus. Plini. Aluū cit, Vinam cit frequen-
ter dicit pro mouet & prouocat. Composita utriusq; semper sunt quarte, ut accio, cōcio,
excio &c. Diomedes per secundam accio etiam dicendum credit. Accio, adduco. Excio,
euoco. Verg. Animas excire sepulchris. Concio, conuoco. Oscito, id est, hio. Vieo es et eui
etum, unde uietus a um penultima communi: uerbum est antiquum significans ligare &
infectere. Plaut. in Menæ. Viden tu illi oculos uiere ut utridis exorit color, id est, in obli-
quum flecti. Vnde uietos rotax canthos & ligna contorta dicimus. Et uietus proprie est
flexibilis, mollis, lāguidus, sine ui, ut uietæ uirgæ, uietus fenex. Hora. Quis sudor uietis &
q̄ malus undiq; membris crescit odor. Lucreti. lib. 3. Nec supra caput eiusdem cecidisse uie-
tum uetiē sentimus. Vietores, qui uasa uinaria religant, stipantq;. Oleo, odorem emitto,
hoc bene uel male olet. Oles ceruissiam. Horat. in epist. Vina ferē dulces oliuerunt mane ca-
mœna. Martialis: Atque oliuere lares comessatore lyæo. Olim fecit etiam oleui olerum:
hinc olerum, id est, sterces humanū, quia ualde male olet. Persi. Veto quinquam faxit ole-
rum. Olidus, id est, fatidus. Olo is, tertia, ueteres dicebant pro oleo. Plaut. Olunt ades
Arabicas. Aboleo, id est, deleo, extra consuetudinem duco. Stueto. Hoc decretum Vespasi-
anus aboleuit. Exoleo, extra consuetudinem uenio. Plini. Et hoc in totum exoleuit. Exo-
letus dicit adultus, uel scortum masculum. Inoleo, inualeo, in usum uenio, ut non p̄ban-
da res inoleuit. Obsoleo, id est, sordeo uel exoleo. Tul. Obsoleuit iam ista ratio. Obsoleo,

Deleo.

Alleo
 Letum
 Neo
 Cicio
 Cio

Vieo

Oleo

Aboleo
 Exoleo
 Inoleo
 Obsoleo
 Obsoleo

sine s cum accō fere, tetrum odorem indicat. Plaut. At te Iupiter diſq; omnes perdant, ob-
oleuisti alliu. Peroleo, ualde oleo. Suboleo, id est, odore sentio & cognosco, cum dtō. Idē:
Subolet iam uxori qd ego machinor. Graueoleo, id est, male oleo. Suaueoleo, id est, bene
oleo. Hinc graueolentia & suaueolentia. Redoleo, id est, oleo. Hieron. Nunq̄ uinū redo-
leas, ne audias illud philosophi, hoc nō est osculū porrigere, sed uinum propinare. Verg.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Adoleo adoleuit, uel per ultimam uoca-
lem in secunda (ut quidam uolunt) teste Diomede, aduleui adultum, id est, cresco. Vergili.
Tu fac cum mox aduleuerit ætas Sis memor. Item cremo. Idem: Verbenas adole pingues.
¶ Addunt quidam habentibus cui etum: fueo cui etum, quico quieui quietum, uerum hæc
sunt minime in usu. Neq; enim iam quieo, requieo, fueo, confueo &c. dicimus: sed quie-
ſco quieui quietum, fueſco fueui fueui &c. ideo hæc omitt.

Redoleo

Adoleo

Dant sum si suadet, ridet, manet, hæret, & ardet,

Et terget, mulcet, mulget, iubeo geminans ff,

Indulget si tum cum torquet sæpius optat.

Sorbeo pfi tum dat, uel normam rite referuat.

Dans a per i maneo, minui facit absq; supino.

Sic urget si uult cum fulget, turget, & alger.

Quædam habent si sum, ut suadeo suasi suatum &c. iubeo iussi iustum gemino ff utrobq;
q; At indulgeo indulſi indultum. Torqueo rorſi tortum sæpius: aliquando etiam indul-
ſum, torſum. Sorbeo pfi prum. uel sorbui itum. Composita à maneo, mutantia a in i bre-
ue habent ui sine supino, ut emineo eminui. Sic, id est, sine supino urget si facit, ut urgeo
urſi, cui iunguntur fulgeo tullſi, turgeo turſi, algeo alſi. Mancinellus dicit sorbeo quocun-
q; in præterito habeat carere supino, quem falli ostendit forbitio. Persi^o: Sorbitio tollit
quem dira cicuta. Cicero T ul. i. Sanguinem omnem sorbui. Sorſi legitimus apud alios au-
tores, teste Diomede, licet Caper neget latine dici. Ardeo Nebriffensis credit supino care-
re, sed fallitur, quia arſum facit. Inde arſurus participium, testimonium uidebis in uerbo
nubo. Suadeo, id est, consulo. Ouidius: Nox & amor uinumq; nihil moderabile suadent.
Disuadeo, id est, ne facias suadeo. Persuadeo, id est, suadendo induco. Velim tibi persuade-
as, id est, credas. Rideo aliquando pro composito derideo ponitur, & sic actiuum est. Oui-
dus: Ridear & merito pectus habere neger. Derideo, conuitium alicui dico. Irrideo, idē.
Subrideo, modicum rideo. Arrideo, id est, faueo, ut fortuna tibi arridet. Ridiculus derisu
dignus. Composita à suadeo & rideo producunt secundam syllabam. Maneo, ut mane no-
bitum dñe. Item maneo, id est, expecto. Terent. Quem hic manes. Aut futurus sum, & in
sto, semper cum accō. Naſo: Fata manēt omnes, id est, debemur omnes morti. Permaneo,
usq; in finem maneo. Commaneo, simul maneo. Remaneo, id est, maneo. Emaneo, foris
maneo. Vnde emanſor, dicitur miles qui diu uagatus tandem redit ad castra. Hæc compo-
sita habent si sum, ut maneo. Illa uero in quibus mutat a in i breuem, faciunt ui per duas
syllabas absq; supino, ut emineo ui, id uideor & præ alijs pateo uel excello. Naſo: Eminet
ante oculos qd petis ecce tuos. Immineo, id est, inſto. Tulli. Mors propter incertos casus
quidē imminet. Præmineo, i. p̄cello. Promineo, longe & p̄cul appareo aut uideor. Papi-
Prominet excelſus uulgus miserabile rectis. Hinc promontorium, i. mons prominens ad
mare. Hæreo hæſi hæſum, hangen offit ancleuen: arctē rei inſideo ſigor & imprimor. Te-
rentius: Lingua hæret metu. Hinc hæſito hæſitas, & capitur utrunq; pro dubito. Idem:
Hæreo quid faciam. Idem: In te hæret omnis culpa, id est, ſedet, ſtat uel est. Adhæreo, i. ad

Maneo

Emineo

Immineo

Præmineo

Promineo

Hæreo

- aliquid hæreo. Cohæreo. id est, conligor & conuenio. Ardeo. id est, uror, inflammor, ut domus ardet. Horati. Nam tua res agit paries cū proximus ardet. Capis pro ardentem amare. Verg. Corydon ardebat Alexin. Item splendo, idem: Ardet apex capiti. Et ualde cupio. Idem: Patria q̄q̄ mori pro mœnib. ardent. Et uehemens sum. Idem: Penthesilea furēs medij in milib. ardet. Redardeo, rursus ardeo: inde redardesco. Naso: Flamma redardescit: quæ modo nulla fuit. Exardeo, perardeo, inardeo, id est, ualde ardeo. Tergeo, uel perterriam tergo gis, id est, mûdo & nitidū facio. Iuuenalis: Vasa aspera tergeat alter. Abstergeo, sordes remoueo, & per translationem aufero. Cicero: Volo abstergere animi tui me tū. Hinc etiam attergo, detergo, uel detergeo, & extergeo. Mulceo mulsi mulsum. Cicero apud Priscian. Permulsa atq̄ recreata. Varro apud eundem: Capite permulso. Facit etiam mulxi mulsum Sallust. in 3. histo. Deinde lenita iam ira, postero die liberalibus uerbis permulcti sunt. Gel. lib. 1. Permulcti sonis mitiorib. Est aut mulcere lenire, mollire, blandiri, mitigare, dulcem facere, ungere, delectare, polire. Vergil. Et mulcere dedit fluctus & tollere uento. Hinc demulceo & permulceo, id est mulceo uel ualde mulceo. Terenti. Nō possum pati quin tibi caput demulceam. Mulgeo si sum, uel xi ctū, autor Priscian. significat lac è mammis exprimere, licet ad alia q̄q̄ transferat. Hinc emulgeo. Col. Priusquam hoc fiat parūper emulgendū est. Terent. per trāslationem dixit in Phormione, Emulsi argento senem. Immulgeo, intus mulgeo, Mulstra æ, lac multum, aut emulso, aut uas in quod mulget, qd etiam mulstrū & mulstrale dicit. Vergil. Bis uenit ad mulstram binos alit habere factus. Col. li. 2. Mulstra cū est repleta lacte non sine tempore aliquo debet esse. Horat. Illic iniustæ ueniunt ad mulstra capellæ. Verg. Implebūt mulstraria uaccæ. Iubeo iussi iussum, id est, impero. Item rogo. Verg. Infandum regina iubes renouare dolorem. Et dico uel opto. Terent. Iubeo Chremetem saluere. Item decerno, ut pp̄s iusti: hinc iustus a si. Cicero lib. septimo ad Atticū: Absesse iussi sumus. Indulgeo indultus indullum, teste Prisciano, & frequentius indultū, id est, obsequor, & facile concedo. Cicero Tyrone: Indulge ualitudini tuæ. Terent. Nimiū filio indulges. Persi. Indulge genio. Deus indulget peccatis, id est, ueniam dat. Christiani dicit. De hoc plura uidebis in syntaxi. Marcellin⁹: Tanquam licentia crudelitati indulta. Torqueo si sum, & sæpius tortū, id est, insecto, inde tortilis, id est, torrus, ut tortilis candela. Itē iacto, ut torqueo globū: & punio, hinc toror, id est, carnifex. Tormentū, id est, pœna & bellicū instrumentū, ut funda bombardæ & cætera. Item torqueo, id est, gyro celeri roto. Vergil. Illū ter fluctus ibidē torquet agēs circū. Item guberno, ut cælū & terras qui numine torquet. Abtorqueo, torquendo aufero. Contorqueo, id est, torqueo. Terentius: Vide ut ille sibi os contorsit carnifex. Retorqueo, id est, rursus torqueo, & itez iacio. Tua iacula in te retorqueo. Extorqueo, id est, torquendo ueritatem exquiro. Item aufero, ut extorsit mihi pecuniam. Distorqueo, id est in diuersum torqueo. Sorbeo, deglutire q̄q̄ molle: lectū etiam est sorbo sorbis. Luca. li. 4. Absorpsit penit⁹ rupes, & tecta ferarū: ergo cōtra Caprū aliq̄n sorpsi dicit. Exorbeo, ab sorbeo, obsorbeo, id est, totum sorbeo & deglutio. Sorbitio, sorbendi act⁹, uel cib⁹ liquidus qui facile sorbet: hinc sorbitiūcula. Persi. Barbatū hoc crede magistrū Dicere sorbitio tollit quem dira cicutæ. Sorbities idem. Vrgeo, id est, premo, cogo, compello, festino. Tulli. Illū neq̄ uris neq̄ leuauī. Astinius Ciceroni lib. decimo: Lepid⁹ uris me, id est, sūmu lauir. Supinū negant grammatici habere, quia nūc in usu nō est, licet olim fuerit usum. Lini. Vrsus inde cū q̄nam modo id præstaturus esset percontantes doceret, haud una asserere pertulit. Fulgeo si, id est, splendo. Fulgor, i. splendor. Fulgidus, splendidus. Hinc et fulgeo, affulgeo, refluxeo: lectū etiam per tertiam fulgo is. Verg. Auroq̄ effulgere fluct⁹. Turgeo, id est, inhor & tumeo. Verg. Turgent in palmite gemmæ. Plaut. Vxor nūc in fermento tora est, ita turgent mihi. Ennius in annalib. Deturgeo, id est, decreasco. Plin. Detur gère Nilo musculi reperiunt. Obturgeo, circūturgeo. Lucil. Obtursi ebrius. Turgesco, turgidus fio. Persi. Nō equidem hoc studeo bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat dare pōdus idonea fumo. Algeo, i. frigeo. Martialis: Alger adhuc nudo clausa culina foco. Iuuc-

nalis. Virtus laudatur & alget. Horatius: Qui studet optatam cursu contingere metam. Multa tulit fecitq; puer, sudauit & alfit. Calepinus dixit etiam facere alxi, auctoritatem desidero.

Xi tum dāt mulcet, mulget, luget: uelut auget,

Xi, friget, lucet, conuiuet, at absq; supino.

Hæc quatuor mulceo, mulgeo, lugeo, augeo, habent xi in præterito, & etum, præcedente c in supino, ut mulceo & mulgeo xi, multum, hæc satis patuerunt, quia etiam faciunt nulli nullum, & ita eadem habent præterita & supina. **Lugeo luxi**, id est, doleo & tristor, & ualde fteo, & in lugubri ueste sum, etiam si nec trister nec fleam, & pōt regere accusarium, ut lugeo patrem. **Luctus** est lugendi actus. **Elugeo**, luctum depono. **Agræcius**: **Eluxit** qui luctum deposuit. **Illuxit**, quū lumen apparuit. **Eriā** significat deslere. **Cic.** Patriam fluxi iam & grauius & diutius q̄ ulla mater unicum filium. **Augeo auxi** auctū, id est, maius facio. **Cic.** Natura non patitur ut alioq; spolis nostras facultates augeamus. **Adaugo**, multum augeo. **Augesco**, id est, cresco. **Diomedes** addit **rugeo ruxi** ructum: **rugeo xi, etum**, sed prius in usu nō est, posterius nunc per tertiam sæpius dicit **fugo is**. **Rugeo ruges**, uel **rugeo rugis**, id est, ructum emitto: pro hoc in usu est frequentatiuū **ructo**: unde **est ructio, as, & eructo, Sulp.** Et ructare caue quin ora in terga reflectas. **Stringe os**, & crepitum coge tenere nates. **Sugeo & sæpius fugo**, id est, spiritu attraho uel succū traho, unde **exugo & exugeo**. **Plau.** in epist. Ego me uertam in hirundinem atq; eorum **exugebo** sanguinem. **Augustinus** a **fugeo** fugiturus dixit, quū a **fugo** facturus dicatur. **Diomedes** etiam ponit **alliceo alexi etum**, sic **pelliceo &c.** quæ omisi, quia per tertiam nūc potius dicitur **allicio, pellicio &c.** **Tria** faciunt xi absq; supino. **frigeo xi, lugeo xi, coniuco conixi**, quod tamen aliquādo habuit cōiectū, sed nūc in usu nō est, & ita cū **Nebrissen** si dixi carere supino. **frigeo, sum frigidus**, ac etiam **segnis**, hinc **refrigeo**. **Terent.** **Refrixerit res.** **Cic.** in epist. ad fratrem: **Scaurus** refrixerat. **Iuuen.** Sat. 7. Et si perfrixit cantat bene. **Quidam** grammatici haud sane pōnitendi dixerunt præteritum etiam esse **frigui**, quibus in hoc nō credam donec auctoritate maiorum cōuincar. **Luceo luxi**, id est, lucem emitto. **Alluceo**, ad aliqd luceo. **In Psal.** Alluxerunt fulgura eius orbi terræ. **Colluceo**, simul luceo. **Ver.** **Mœnia** collucēt flammis. **Eluceo**, emitto lucē. **Illuceo**, lucē immitto, ut **illuxit** dies quā fecit dñs. **Deus** illuxit nobis. **Perluceo** uel **r** in **l** uerso **pelluceo**. i. **trāsluceo**. **Plau.** **Pellucet** quasi laterna punica. **Polluceo**, dedico, uel in sacrificium do, quasi patēter luceo. **Plau.** in **Stri.** Ut decimam partem **Herculi** polluceam. **Videtur** supinum habere **polluctum**: unde nomen **polluctum** pro ipso sacrificio. De hoc plura in annotationibus. **Beroaldus**, **Pollucibilis** cœna. i. laeta & opulenta. **Pollucibiliter**. i. splendide & laute. **Plau.** in **Bac.** **Pa scite** parasitos, obsonate **pollucibiliter**. **Præluceo**, ante luceo. **Tullius**, Ego meis maioribus mea uirtute **præluxi**. **Diluceo**, ualde luceo. **Dilucidus**, id est, clarus. **Diluculum**, tempus quo lucere incipit. **lucescit**, dilucescit & diluculascit, id est, dies fit. **Conniuco etiam habet conuiui**, & declaratum est ibi: **donat** uero **ui tum**.

TERTIA CONIUGATIO.

Vlt xi etumq; cio. **Facit & iacit ecit & actum,**
Elicio per ui dat itum: fratres mage xi etum,

¶ **Verbum** tertiæ coniugationis desinens in cio dat xi in præterito & etum per c in supino, ut **aspicio aspexi aspectum**. ¶ **Excipiuntur** **facio legi**

si emm q̄ optat
 29

factum, iacio ieci iactū. Quorū cōposita faciunt supina in eſtum, per regulā: A ſtries muta-
tur in i &c. ut inſicio inſeci inſectum: inſicio inieci iniectū. Elicio magis habet elicui elicui-
tum q̄ elixi electum. qd̄ tamen aliquando habuit, unde eſt frequentatiuum electo. Plaut.
in Afr. lbo aduorium, atq̄ electabo quicquid illuc ſit. At Liu. lib. 4. elicui fecit dicens: Ad
colloquū uatem elicuit. Reliqua euſdem cōpoſitionis magis xi tūm faciunt. Terenti.
in Phorm. Is ſenem per epistolā pellexit mō nō montes auri pollicens. Nonnūq̄ tamen
ui per diuiſas ſyllabas. & itum legunt habere. Piſo ap̄ Prificianum: Cuius unius præmio
multorū allicuit animos. Varro: Deinde ubi pellicuit dulcis, leuis unda ſaporis. Liu. Te il-
lo Aſiatico ornatu fluens pellicuit. Simplex, teſte Priſc. ſuit iacio lexi leſtū. unde eſt lacto,
as, ſed iacio exoleuit, ut ſpecio ſpexi ſpectum: unde ſpecto, as, ſpecimen & ſpecies. Lacio,
is, it, in fraudem dūco, à lax, id eſt, fraus, hoc in uſu nō eſt, ſed bene frequentatiuum lacto,
id eſt, per blanditias illicio & decipio. Terent. in And. Niſi me lactaſtes amantem, falſa ſpe
produceres? Lactio item. i. lac præbeo, quod eſt maty. Ablactio, à lacte remoueo. Compoſi-
ta à iacio mutant a in i breue, ut allicio, id eſt, blande attraho. Illicio, induco. Plau. Mere-
trix multos illexit in diſpendium. Pellicio, pertraho. Elicio, blande educo, extraho. De-
licio & oblicio in uſu non ſunt, ſed bene hinc deducta, delecto, oblecto. Sic illecto pelle-
cto, allecto. Pellax, id eſt, callidus. Pellacia, calliditas. Specio ſpexi ſpectum, id eſt, uideo,
iam exoleuit, manſerunt in uſu cōpoſita quæ mutant e in i breue, ut inſpicio, aſpicio
&c. Hinc etiam manſit frequentatiuum ſpecto. i. uideo, unde expecto & ſpectes, id eſt, effi-
gies facies uel imago &c. & ſpecimē, id eſt, exemplar, & ſpeculū & ſpeculari &c. Aſpi-
cio, conſidero uel ad aliquid uideo. Inſpicio, fere idem. Reſpicio, retroſpicio. Deſpi-
cio, id eſt, deorūm uideo. Quidius. Vt uero terras deſpexit ab æthere ſummo. Item ſper-
no. Solom. Doctrinam ſtulti deſpiciunt. Diſpicio, clare uideo & diligenter conſidero.
Tullius. Ego quid ſperem non diſpicio. Perſpicio, clare uideo, perſpicuus, clarus. Perſpi-
cax. i. acutus, bene intelligens. Proſpicio, prouideo. Circuſpicio, circū circa conſidero. Con-
ſpicio, uideo, cōſpicuus, clarus, cōſpectus, uisus. Suſpicio, ſurſum uideo. Verg. Aene ait, Et
ſuſpiciā ſuſpiciit urbis. Etiā eſt honorare & cū quadam reuerentia aſpicere. Item eſt malū
de aliquo opinari, hinc ſuſpicio, mala de aliquo opinio. Dicimus etiam deponentaliter
ſuſpicari, deſpicari, cōſpicari pro ſuſpicere &c. Ter. Cur in his ego te conſpicio regionī-
bus? Facio, notū eſt, ut facio uerſus. Item patior, ut facio iacturā uel damnum. Paruiſacio,
id eſt, parui æſtimo. Cōpoſita mutant a in i breue, ut afficio late patens uerbum, ueluti
afficio te honore, id eſt, honoro te &c. de hoc plura in ſyntaxi. Cōſicio, id eſt, iacio aut
perſicio, ut cōſeci negotium, & conſumo, ut conſectus ſum ſenio. Efficio, id eſt, facio aut
perſicio, qd̄ ſignificat totum facio. Inſicio, id eſt, tingo uel coloro. Intectores, ſunt tincto-
res. Item corrumpto, ut cadauer inſicit aera. Officio, id eſt, noceo. Seneca, Semper iudicio
fauor officit. Præſicio, ſuperiorem cōſtituo, ut princeps noſter præſecit Georgium exer-
citiū ſuo. Proſicio, fructum facio. Multo labore parum proſeci. Reſicio, reparo. Sufficio,
ſatis ſum. Avaro nihil ſufficit. Item ſummiſtro. Vergilius: Suffice tela mihi. Et in lo-
cum alterius ſubſtituo. Idem: Ipſe regem paruoſq̄ Quiritis ſufficiunt. Suffectus in de-
ſuncti locum accitus. Iacio, notum ſatis. Iactio, as, idem, ut iacio uel iactio globum. Iacu-
lum, quod in hoſtes iacitur. Iaculor, aris, id eſt, iacio. Compoſita mutant a in i breuim,
& ſcribuntur per duo ñ, quia unum ſuit in iacio, & alterum ſit ex a, ut adicio, ad aliq̄
iacio, ut alteri alteri pilam adicit. Abicio, remoueo. Deſicio, deorūm iacio. Eſicio, ex-
pello. Inſicio, in aliquid iacio. Obicio, contra iacio. Salluſt. Ea ſi tibi falſe obicio reſel-
le. Projicio, procul iacio. Reſicio, ruſum iacio. Terentius: Reiecit ſe in eum. Et repello.
Vergilius: Ex humeris reiecit amictum. Subſicio, id eſt, ſubdo, ut Romani multas natio-
nes ſibi ſubiecerē. Er ſurſum iacio. Vergilius: Quantum uere nouo uiridis ſe ſubſiecit al-
nus. Traſicio, id eſt, transporto, traduco pontonibus aut nauibus. Lilius: Traiecit co-
pias Iberum. Traiectus, ubi homines & aliæ res traiciuntur aquas. Item tranſſigo. Pa-
pinius: Huic geminum obliqua traiecit arundine tempus. Conſicio, ſimul iacio uel exiſti

mo. Terentius, Annos. 60. natus es uel plus eo ut cōscio. Cōhiecto, as, idē. Iuuenalis, Haud male conieciat, he sleyt vall dar na. Coniector, oris, qui incerta conatur interpretari, ut somnia &c. Quatuor tantum sunt in cio simplicita iam declarata. Lacio, specio, iacio, facio: cuius passiuum est fio: olim tamen dixerunt facior, ut Victruuius libr. 4. capit. 7. cale faciuntur, & libr. 7. cap. 10. calefacientur dixit.

Dic fodi fossum gemino ff, fugi fugitumq.

Fodio facit fodi fossum gemino ff, fugio autem fugi fugitū. Fodio terram eruo. Hinc Fouea & Fossa. Effodio, ex aliquo fodio. Quidius, Effod iuntur opes irritamenta malorū. Effodio oculos, id est, eruo. Infodio, in aliquo fodio. Eudio infodit terrā pecuniam. Cōfodio, Transfodio, Perfodio, id est, transfigo, ut hic confossus est lancea. Fugio, id est, uito & currendo relinquo. Vergilius: Nos patriam fugimus. Idem: Quem fugis ah demens. Item cursum abeo. Idem: Fugit illececyor Euro. Fuga, id est, fugiendi actus. Fugax, facile fugiens. Fugo, as, primæ, id est, fugere cogo. Aufugio, id est, fugiendo abscedo. Effugio, fuga euado. Vergilius: Nunquam hodie effugies, ueniam quocunq; uocaris, id est, uocaueris. Effugium, id est, euasio. Nullū ē a morte effugium. Profugio, pcul fugio. Profugus, qui in longinqua loca tendit. Transfugio, ad hostes fugio. Cōfugium, Perfugio, Refugio, ad aliquem auxiliū gratia fugio. Hinc Cōfugium, Perfugium, Refugium. Fodio & fugio primam in presenti corripunt, quam in præteritis pducunt, qd diligenter propter composita cōsiderandum est, ut fur perfodit heri domum meam. Et si sciret patertam illās qua hora tur ueniret, uigilaret utiq; & nō sineret perfodi domum suam. Perfodit media lōga. Perfodi dic media breui.

Dio
Gio
Fodio
Fugio

Iui itumq; cupit, sapit ut, uel ui, dat itumq;

Dic capio cepi captum: rapio rapui ptum.

Cupio facit cupiui cupitum, ut sapio iui itum penultima lōga, qd uerbum etiam & sapius quidem facit sapiui sapitum, penultima breui. Capio cepi captum, Rapio rapui raptum, nec sunt plura in pio desinentia, nisi uerbum in presenti cum hinc deductis pene obsoletum capio cepi ceptum, qd in sequenti lib. patebit, & significat incipio. Cupio, id est, desidero. Percupio, ualde cupio, olim fuit quartæ. Lucretius lib. 1. Cōstringere uti arcta Naturæ primus terrarum claustra cupiret. Sapio, id est, saporem habeo, ut hic pulchus bene sapit. Etiam est per saporem indicare, ut caro sapit aduersionem. Et ad alia transfertur, ut uerba tua sapiunt stultitiam uel hæresim. Sapio, id est, sapiens sum bene sentio. Martialis: Nubere uis Prisco, nō miror Paula sapisti, per sycopam pro sapuisti. Aliter dixit Plaut. in Rudente: Magis sapuisset si dormuisset domi. Næuius sapiui ut cupiui usus est, dicens: Quanto ego plus sapiui q; fullonem cōpressi. Cōposita mutant a in i breuem, ut Respiro ui respitum: sapius est quartæ cōiugatiōis, & significat stultitiam deserere & recuperare sapientiam. Ci. libr. 4. ad Atti. Vix aliqñ te autore respitui: sic dixit ut cupiui. Afranius: Equidem nō respui post quam pectus lætitia est onustum. Sic dixit ut rapui. Sicut Terentius: Te intelligo respuisse. Diomedes negat aliter q; per quartam respitūe dici. Hinc idem significans respisco, qd magis in usu est. Desipio uero magis in usu ē q; desipisco: & est desipio, insipient agō, & a sapientia abeo. Ci. Nimio gaudio pene desiperem. Horat. Misce stultitiam cōsilijs breuem. Dulce est desipere in loco. Olim per quartam sapire dicebant, unde sapiui sapitum. Capio cepi captum, id est, apprehendo accipio & cætera. Vergilius: Cape laxa manu cape robora patior. Item decipio. Tullius: Inest aliquid probi qd capiat ignaros. Et intelligo, ut capis ne hæc: Hinc capus us ui, id est, intellectu? & contineo, ut quantum capit hæc amphora? Cōposita mutant a in i breuem, ut accipio. Martialis: Accipe q; primum, breuis est occasio lucri. Excipio, id est, accipio uel ex alijs capio. Vergilius: Nonne ego te, uidi Damonis pessime caprum Excipere insidijsq;

Cupio
Sapio

Capio

DE VERBO, PRAETE, ET SVPIN.

Excipula, est res qua aliquid capitur, ut excipula piscium & cætera. **Decipio**, fallo. **Decipula**, fallendi instrumentum. **Præcipio**, iubeo. Aliquando significat doceo, cum datiuo. Cicero lib. primo, epistola. s. Ut tu mihi præcepisti, id est, docuisti, teste Clerico. Hinc præceptor, doctor. **Præceptum** & **præceptio**, id est, doctrina. Item **prouideo** aut **prævideo**. **Vergilius**. Omnia præcepi atq; animo mecum ante peregi. **Recipio**, rursus capio uel accipio. Item **promitto**: sic dñi cum accusatiuo regit, ut redde que coram mihi recepisti. **Rapio**, uolenter aufero. **Raptor**. i. prædo. **Rapina**, præda. **Raptim** subito. **Composita** mutant a in i breuem, ut **arripio**, ad me rapio. **Abripio**, aufero. **Eripio**, idem. **Seneca**: Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit. Item **libero**. **Vergilius**: Eripe me his inuicte malis. **Deripio**, detraho. Idem: Vaginaq; caua fulgentem deripit ensem. **Diripio**, diuerso modo rapio. **Præripio**, ante rapio. **Terentius**: Times ne illum præripiat tibi. **Corripio**, cito rapio. **Vergilius**: Constitit hic arcumq; manu celeresq; sagittas Corripuit. Item reprehendo, ut magister corripit discipulum. **Subripio** uel **potius furripio**, id est, clam rapio, ut palla est mihi surrepta. **Proripio**, procul rapio & remoueo. **Verg.** Quo nunc se proripit ille, id est, quo currit aut fugit.

Rapio

Dat pario peperî partum paritum: Quatioq;

Dat quassî quassum, cussî cussum dabo proli.

Tio

Rio

Pario

Quatio

In rio unicum uerbum pario dat peperî partum uel paritum: Hinc pariturus, illinc partus, a, um, & partio, onis, uel partus, us ui. In tio simplex, unicum est quatio quassî quassum: unde quasso, as, uerbum: præteritum quassî non est in usu teste **Cariso**. **Composita** sunt cœcutio cœcussî concussum & cætera, gemino si in præteritis & supinis. **Pario**, prolem produco: proprie feminarum est. Etiam significat efficio uel acquirō. **Terentius**: Hoc tempore, obsequium amicos, ueritas odium parit. **Cato**: Labitur exiguo quod partum est tempore lōgo. Olim erat quarta: ut nunc sunt hinc deducta, reperio a perio & cætera. **Ennius**: Oua parire solet pennis genus condecoratum. **Quatio**, id est, moueo, concutio, ut quatio arborem, ich schudde den boum. Item uexo & uehementer molesto. **Vergilius**: Quarit oppida bello. **Quasso**, as, frequentatiuum, id est, multum quatio. **Concutio**, id est, percutio, motito. **Excutio**, expello. **Quidius**: Er si nullus erit puluis, tamen excute nullum. **Incutio**, id est, infero, incussî mihi metum. **Vergilius**: Incute uim uentis. **Decutio**, depello. **Vergilius**: Mellaque decussit folijs. **Succutio**, subtrus percutio. Hinc succussor, dicitur equus pedes eleuans & sessorem lædens. **Discutio**, examino. **Discussio**, examinatio. **Corripiunt** hæc omnia secundam syllabam. **Inquio**, id est, aio, inquisi habet, eclipticum est: ideo in sequenti libro declarabitur.

Vult uo semper uî dans utum: uult struo xî ctum.

Vo

Datq; fluo xî xum: pluo uî uel uî dat & utum.

Vultq; ruo ruitum, dat utum proles tibi solum.

Nulla supina dabunt metuo, luo, congruo: sicut

Annuo cum focijs, cluo, respuo, & ingruo iunctis.

Arguo

Uerba in uo, per diuisas syllabas desinentia, faciunt in præteritis uî per diuisas syllabas, & in supino uti, ut **arguo** uî tum, id est, accuso, & reprehendo, ut **arguo** te furti. **Itē ostendo** uel **indico**. **Vergilius**: Degeneres animos timor arguit. **Argumentum**, id est, probatio uel signum. Hinc **argumentari** deponens, id est, argumento probare & ratiocinari, qd indocti dicunt **arguere**, cuius uerbi passiuum **arguor**, **argutus** sum uel fui præteri-

num habet. Plaut. in Pseud. Argutus malorū facinorū. Supinū uidetur etiam fuisse argutū,
 quia dicimus arguiturus. Sal. in. 2. hist. apud Priscian. Multi ex Bithynia uolentes occur-
tere fallum filiū arguituri. Statuo statui statutū, id est, pono uel ordinō. Composita mut-
tant a in i, ut instituo ui institutū, id est, impono. Item doceo & instruo. Destituo. i. depo-
no uel relinquo, ut infortunatū destituit omnes. Restituo, repono. Constituo, id est, sta-
tuo uel propono. Prostituo, in publico pono, uel meretricem facio, ut ille prostituit uxo-
rem suam. Prostituta uel prostibula, id est, meretrix. Prostibulum, lupanar, quæ duo à pro-
sto esse uident. Sternuo ui utū, unde frequentatiuū sternuto, as, quod magis in usu est, &
significat caput concutere ex insatione erūpente per nalam. Columella li. 3. Donec ster-
nuat ouis, à sternuo est. Delibuo, id est, ungo, in usu nō est, sed bene delibutus, id est, un-
ctus, ut delibutus oleo. Terēt. Si te delibutū gaudio reddo? Imbuo, impleo, ac etiam per-
fundo. Verg. Illius aram Sepe tener nostris ab ouilibus imbuet hagnus. Horat. Quo semel
est imbuta recens seruabit odorē Testa diu. ¶ A lauo cōposita huius cōiugationis sunt, &
in luo desinūt, ut Diluo dilui dilutū, id est, aqua uel alio humore purgo: unde dilutum ui-
nū, Diluuiū &c. Polluo ui utū, id est, maculo. Vergi. Polluit ore dapes. Eluo, pluo, colluo,
pluo, id est, lauo uel purgo. Alluo, id est, affluo. Hinc alluio. Supina colluui, eluui, allu-
tum nusquam legi. Exempla regula etiam sunt exuo, in duo, tribuo, acuo, suo, in suo, con-
suo, assuo, &c. ¶ Vult struo xi cū. Excipiunt aliqua à regula: nam struo facit struxi cū. Fluo
fluxi xum: olim etiam fluctū, unde est fluctus us ui. Et muræna flucta. Pluo pluui, uel pluo
plui plutum. Rruo ui ruitū: unde ruiturus. Composita huius solū rutum faciunt penulti-
ma breui, ut diruo ui utum &c. Ruo aliquando fortē rutum fecit: qđ nunc non est in usu.
¶ Quædā carent supinis. Meruo ui, Luo luo &c. à nōnullis horū, tanq̄ supina habuissent,
dictiones quædam formant, ut abnuiturus, luiturus &c. quæ omnia iam latius declarabo.
Struo, paro aut facio ædificium: aliqñ etiam quippiam aliud. Structura, id est, ædificium,
uel cōpositio. Astruo, ad aliquid struo, ut astruxi templo facellū. Etiam significat probō
uel affirmo. Ambrosi. Qui fidem exigit, fidem astruat. Cōstruo, compono uel cōdico. De-
struo, frango ædificiū uel qđ aliud cōpositū. Extruo, in altū struo. Instruo, paro, Vergi.
Instruimus mensas. Idem: Socios simul instruit armis. Obstruo, claudio, impedio. Fluo xi
fluxum, proprium est liquorū fluentium, ut aqua fluit, oleū fluit. per similitudinem transf-
fert ad alia. Verg. Ramos compescere fluentes, id est, latius & huberius excrecentes. Qm̄ yō
quæ fluunt uidentur minui, ideo fluere pro deficere capiūt. Vergil. Ex illo fluere ac retro sub
lapsa referri Spes Danaum. Hinc fluxa dicimus instabilia ac momētanea citoq; peritura,
ut fluxa diuitiæ. Et fluere est producere ac nasci. Lactanti. lib. 2. Ab hac gente, pximi qđ
pp̄li multitudine increfcente fluxerunt. Item transire. Hieron. Iam altera fluxerat dies,
Affluo, abūdō uel ad aliqd fluo. Naso. Affluit incautus desidiosus amor. Effluo, ex aliqđ fluo,
ut uinū effluit. In fluo, in aliqd fluo. Cōfluo, sil' fluo uel cōuenio. Defluo, deorsum fluo uel
exeo, ut capill' defluit. Refluo, rursus fluo. Diffluo, uarie fluo uel abūdō. Cic. Si cōsiderare
uolumus quæ sit naturæ humanæ dignitas & excellētia, facile intelligem' qđ sit turpe dif-
fluere luxuria: & delicate ac molliter uiuere. Perfluo, per aliqd fluo. Terēt. Plenus rimase
sum, hac atq; illac perfluo. Plura sunt à fluo cōposita, quib' super sedeo, ut in alijs sepe: ne
q; enim lexicō instrui cōponere, sed dictionum accidentias enucleare, declaratis medio-
criter, p̄ pueris uocabulis. A fluo fit fluico as, id est, cōtinue fluo. Item super nato, ut pisces
mortui fluitant. Fluor, fluxus, & fluxio idem significāt qđ profluuiū. Fluctuo as, id est, du-
bito aut moueor. Pluo raro legit nisi in tertia persona singulari. Li. lib. 2. ab urbe: Lapi-
dibus pluisse. In Genesi: Nō enim pluerat dñs super terram. Sic legit Calepi. licet uulgo
legat pluerat: nec sic male dicit. Tib. 2. Multus & in terras deplueritq; lapis. Impluo, in ali-
quid pluo. Perpluo, p̄ aliquid pluo aut pluuiam recipio. Quintili. Cū cœnaculum eius per-
plueret. Compluo, simul pluo. Sum cōplutus, id est, pluuiam madefactus. Ruō, id est, ca-
elo. Lucan. in. 4. Ruituraq; semper fiat moles. Et curro. Vergi. Quo moriture rus maiorā
q; uiribus audes; Et frango uel diruo cū accō. Idem: Cumulosq; ruit male pinguis arena.

Statuo

Imbuo

Diluo

Polluo

Alluo

Struo

Fluo

Pluo

Ruo

DE VERBORVM PRAEETE. ET SUPINIS

Eruo, extraho & libero. Irruo, impetum facio, ut hostes irruerūt in nos fratres. Corruo, i. cado. Diruo, i. destruo. Horati, Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis. Obruo, opprimo, ut obruis me uerbis, obruunt hunc lapidibus: hic se uino obruit. Obruus nummos huiusmodi, id est, tegis. Subruo, id est, euerto. Lucan. Ossa tulit Magni quae nōdum subruta fluctu. Metuo, id est, timeo. Luo, soluo. Verg. Pōsit mihi nō simili pōena cōmissa lueris. Cōmissa, id est, peccata quae cōmissistis. Supinum uidetur fuisse luitum. Nam Claudi. Luiturus participio utitur, dicens in sexto cōsulari Honorij. Valtaro tandē pōenas luitura, p̄fundo. Luo itē. i. sustineo, patior. Instin. lib. 1. Quicumq; capi potuerūt supplicia crucibus luerunt. Sic dicimus luo capite, p̄ multor & punior. Liuius li. 9. Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. Hinc reuo, id est, soluo & repignero. Cōgruo, cōcordo uel cōuenio. Plaut. in Curg. Sanē illi inter se congruunt cōcorditer. Tractum est ā gruibus cōcorditer uolantibus. Hinc cōgruus, incongruus, congruens, incongruens. Eiusdem deriuationis est ingruo, inuado, immineo, impetum facio. Lactant. lib. 2. Si saeva tempestas, si grando ingruat, ad deum cōfugit. Nuo, i. caput moueo uel capite significo, facit nui nutum. Hic nomē nutus us ui, id est, signum capite factum aut uoluntas. Et frequentatiuū Nuto, id est, capite significo aut ipsum subinde morito. A nuo fit numen, id est, dei nutus, imperium, potestas. Fit etiam nutus oculis & manu. Nutare etiam est uacillare, titubare & ruinam minari, ut domus nutat, animus nutat. i. dubitat. Cōposita sunt Abnuo, i. nego & significo & uis membro me nolle. Supinum abnutum in usu nō est. Hinc tamen abnuturus lectum ē. Sallustius apud Volat. Nihil sibi abnuturos. Annuo, id est, assentior. annutum nō dicitur. Innuo, ostendo quid uelim, siue affirmem siue negem. Renuo, refuto. Innutum, renutum, nō reperies in usu. Abnuo uidetur abnuitū habuisse. Hinc Caper abnuitius dixit: Cōfessus ua fit uox duplici uoce abnuitua, ut nō nolo. Renuo, ne credas, uerfus gratia gemino n scribi, nisi afferatur autoritas ueteris poetae. Silli. Si placet aut renuo, maneat nō fœdera nostra. Cluo is. Lucilius dicit, p̄ sum capere. Cluo, id est, pugno & splendo. Prudenti. Qui patria uirtute cluis, p̄priaq; sed una. Respuo ui utrum taceret, sed supinum nō est in usu: & significat repudio & sperno, quasi cum sputo per cōtemptum respuo. Spuo, id est, saliuam emitto. Ver. Terram siccō spuit ore uiator Aridis. Cōspuo, simul spuo uel aliquē fœdo. Plaut. Ab omnibus derisus atq; cōsputus. Despuo, expuo. Inspuo, in aliquem spuo. Sputo as, frequentatiuū est. Plaut. Nam illic isti qui sputat interdum morbus uenit. Sputa men, sputum, & sputus us ui, est quod expuitur. Lactanti. lib. 4. Dabunt autem deo alas manibus incestis, & impurato ore expuent uenenatos sputus. In li. Iudicum: Quō si quis rumpat sulum de stupa torrum sputamine. Batuo uerbum antiquum, prateritum facit batui, supinum batutum nunq; legi, & significat uerberare. Plaut. in Aul. Nō uidetur qd batuat. Plini. lib. 31. Crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis, ita ut batuerent antē &c. Suetonius in Caligula. Mirmillonem ē ludo rudibus secum batuentem & sponte p̄stratū cōfodit ferrea sica. Idem: Batuerat pugnatorijs armis. Eodem uerbo usus est Cice. in sensu obscuro.

Bi bo bitumq; facit: scabo, lambo, carento supinis.

Vt cubo sic proles; dant scribo, nuboq; p̄fitum.

Bibo Verbum desinens in bo facit bi in praterito, & bitum in supino, ut bibo bibi bibitura. Naso: Saepē bibi succos quis inuitus amarus. Cōposita corripiunt penultimam etiam in praterito, ut Adbibō, i. appoto. Ebibo, e. oro. Praebibo, ante potō, ut praebibo tibi. Tullius in p̄mul admoneto q̄ ei praebiberim. Imbibo, in me recipio, arena imbibit aquam. Sic Verg. dixit: Bibit hasta cruorem. Papyrus bibula, quae atramentum sorbet. Deglubo deglubi, deglubitum id est, excorio. Tiberij uerbum est: Boni pastoris est, tōdere suum pecus & nō deglubere. Simplex est glubo is, id est, corticem uel pellem detraho. Cato de re rust. Salidum suo tempore cædido, glubito atq; alligato, librum cōseruato. Librum, id est, corticē.

Deglubo

Scabo bi. i. frico. Supinum scabatum non est in usu. Lucilius lib. 9. Scaberat ut porcus con-
 tritis arbore costis. Lambo lambi, id est, lingo: supinum nō est in usu. Lucilius saty. 23. In-
cidāsq; puer qui lamberat ore placentas. Hierony. in libr. Judicum lambui ut incubi est
 usus, dicens: In trecentis uiris qui lambuerant aquam liberabo uos. Ibidem: Manu & lin-
gua lambuerant aquas. ¶ Cōposita a cubo incumbo per tertiam desinunt: & abiecto in p̄-
 teritis & supinis in faciunt cubui cubitum ut cubo, uelut, pcumbo, pcubui, pcubitum &c.
 patent in prima coniugatione. Scribo p̄i p̄rū. i. literas formo. Scriba, qui ad alterius iussa
 scribit. Scribo, id est, librum compono. Scriptor, libri autor. Composita, p̄ducunt penul-
 timam, ut ascribo, ad aliquid scribo. Ascribam te numero uel in numerum pigros. Et im-
puto, ut ascribis mihi quę nunq̄ feci. Præscribo, cōstituo. Proscribo, eicio ciuitate. Macro-
bis: Non facile est in eum scribere, qui potest, p̄scribere. Etiam significat uenale expone-
 re. Subscribo, consentio. Si fortuna subscripserit uoto meo non egebis. Et sub alio scribo
 & annexo. Horat. I puer atq; meo citus hæc subscribe libello. Hinc etiam sunt in scribo,
exscribo, perscribo, circūscribo, transcribo &c. Nubo, uiro trador. Ouidi. Si qua uoles apte
 nubere nube pari. Nupta, id est, marita & uxor. Aliqñ de uiro dicitur. Idem: Tibi nubere
 uirgo uolentis uotis cede dei. Plaut. in Casti. Libet etiam nunc quid agar scire nouum nu-
 ptum, id est, maritum, ea significatio est satis impropria, teste Priscia. Nubilis, puella ma-
 tura ad nubendum. Nubo, primo significabat operio & tego, & ad sponsas tralatam est
 quia capita earum uelabant. Obnubo, i. obnubilo & tego. Vergil. Arfurasq; comas obnu-
 bit amictu. Lectum est passiuum nubor in euangelio: In celo neq; nubent neq; nubentur.
Composita producunt penultimam, ut connubo, id est, simul nubo. Innubo, ad domum
 uiri transeo. Innubus, qui uxorem ducit. Innuba, quę uiro tradit. Sed hæc nomina penul-
 timam corripunt. Pronubo, nuptiis præsum. Hinc contra primitiuum penultima corre-
 pta. Pronubus, qui nuptiis præest: græce paranympus dicit. Pronuba, quę nuptiis p̄est.

Scabo
Lambo

Scribo

Nuba

In ui tum mutasco, pasco dat tibi pastum.

Agnosco, cognosco dabis per itum, nihil autem

Glisco dabit uelut inceptiua, poposcit habeto

Poscere, uult disco didici, comescit ui dis.

Hæc per itum flectam: Conquexi tolle supinum.

¶ Verbum desinens in sco mutat sco in ui syllabam & tum, ut cresco creui cretum, nosco
 noui notū, quiesco quieui quierū, sueco sueui fuerū, ascisco ascui ascitū, cōscisco iui itum,
 desisco iui itū: autor Priscia. Primo tñ hæc præterita & supina aliūde uident deriuata,
 ut a quæso, sueo &c. Nā Causius cōsueo dixit: sed quia primitiua hæc exoleuerunt, si quid
 ex eis mansit alijs damus: ueluti in nominibus uasa uasoz dicimus esse a uas, quia uasum
 desit esse in usu. ¶ Excipiunt a regula aliqua, ut pasco, cognosco, agnosco, quæ præterita
 regulariter formant, pau, cognoui, agnoui. Supina uero contra regulam pau, cognitū
 agnitum. Legimus tamen aliqñ regulariter agnotum. Sallusti. in 2. hist. Neq; inermes ex
 prælio uiros quenq̄ agnotus. Nosco, notum in usu habet. Uidetur etiam noscitū aliqñ
 habuisse: unde nosciturus, & frequentatiuum noscito as, in usu est, & ignosco participiū
 futuri t̄pis etiam facit ignosciturus, teste Priscia. Glisco caret ptō & supino: licet olim fe-
 cerit glisci gliscitū. Item præteritis & supinis carent yba inceptiua. i. inchoatiuæ formæ
 saltē proprijs. Capiunt aut̄ præterita a primitiuis, ut caleco calui, tepeco tepui, quæ præter-
 ita magis a caleco & tepeco uult esse Valla, q̄ a caleo tepeo. Quorundā primitiua parum
 sunt in usu, ut inacrisco ui, senesco senui a seneo &c. Actius: Pecora languētq; senētq;

Agnotum

Noscitum

DE VERBORVM PRAEET. ET SVPINIS

Hæc supinis penitus carent. Calefco olim pprium p̄m calefi faciebat. Cato apud Marcellum: Aures nobis caleferunt ad iniurias. Posco poposci, disco didici, cōpescō copescit, dispesco dispescit, quæ quatuor faciunt supina in itū, ut poscitum, discitum &c. licet hæc sum nobilib⁹ adolescentib. exposcitum caput, in q̄d mucrones acuant. Antiquissimi, teste Gellio, poposci per e in prima syllaba dixerē. Conquinisco cōquexi sine supino dicimus.

Cresco Cresco, id est, augeo, Iuuenalis: Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Hinc eretus a um, id est, ore⁹, natus. Accresco, ad aliquid cresco. Cōcresco, simul cresco, coaleo, Lac cōcrescit, her ronnet, Cōcretus sanguis &c. Decresco, minor fio. Marcialis: Decevere greges dum cadit hagna frequens. Inresco, ualde cresco. Succresco, sursum uel latenter cresco. Nofco, nō ignoro: nosce teipsum. Agnosco, cognosco, dignosco, ferme significāt idem q̄d nosco. Ignosco, i. ueniam do. Terent. Pater obsecro ut mihi ignoscas. Quiesco, id est, non moueor. Item dormio, & curis siue labore uaco, & q̄scere facio, sic accm regit, Plau. Quiesce tumultum hunc q̄ est ante ostium. Vergi. Et mutata suos regerunt flumina cursus, id est, q̄scere fecerunt, autore Seruio. Sall. Paululum requiescit militib. Requiesco, id est, quiesco. Cice. Nisi eoy exitio nō requieturam. Quiesco primum esse docet Gell. & ab eo quietem dici poti⁹ q̄ contra. Acquiesco, id est, quiesco & cōsentio ac cōdescendo. Hierony. in plogo Iudith: Acquieui postulationi uestra. Cōquiesco, bene quiesco. Suesco, id est, soleo. Cic. Metello: A te id q̄d fuesti pero me absentem diligas atq; defendas. Afuesco, cōsuetudinem habeo. Cōsuesco idem. Desuesco, cōsuetudinē perdo. Infuesco, ualde fuesco. Terent. in Adelph. Qui mentiri aut fallere infueuerit patrem, tanto magis audebit ceteros. Insuetus nomen, id est, nō asuetus. Cōscisco, ascisco &c. habent præterita nō ppria, sed primitiuorū: ascio, cōscio &c. quæ exoleuerunt, ideo tanq̄ ppria præterita, ac supina dant deriuatiuis. Cōscisco, i. cōsentio & sciens cōsentiensq; infero. Cice. Mario: Mortem mihi cur cōsciscerem causa nō est uisa, cur optare multa. Item cōstituo & decerno. Li. lib. 1. Censuit, cōsensit, cōsciuit, ut bellum cum priscis latinis fieret. Ip̄m scio uel scisco etiam statuere aut decernere significat. Plaut. in Curg. Rogationes plurimas, p̄pter uos ppl̄s sciuit quas uos rogatas rūpitis. Scisco etiam p̄scio capitur. Idem in Amphi. Ocyus occurro, ut sciscam quod uelit. Cōscisco etiam significat cōtraho. Columella lib. 7. Diligens pastor stabulum quotidie cōuerit, nec patitur ster⁹ humorem cōsciscere, lutum uel capris inimica. Præscio & præscisco utriq; in usu ē pro præsentio. Ascisco, adiungo, assumo, arrego, attribuo, aggrego, admitto, aliq̄ legimus ascio. Columel. Hæc ascimus quasi agriculturae partem. Huic cōtrarium est descisco, ut descisco à duce meo. Laetanti lib. 4. Desciuerunt à te, & abiecerunt legem tuam, id est, defecerunt & recesserunt. Descisco ab opinione tua, id est, dissentio. Pasco, id est, nutrio, ut pasce oues meas. Past⁹, cibus. De cōstructione habemus in syntaxi m̄tra. Pasco herbam, id est, comedo &c. Glisco, id est, cresco. Sil. Et gliscunt aduersa metu. Accipitur pro cupio. Papini lib. 3. Et consanguineo gliscis regnare superbus Exule. Veteres gliscor eris dixerūt, teste Marcello. Posco, id est, peto. Verg. Tu mō posce deos ueniam. Reposco, repeto. Deposco, ualde posco. Exposco, idē. Disco, capio doctrinam. Deditico, negligo quæ didici. Plaut. Haud æquum facit, qui q̄d didicit deditico. Edisco, memoriter disco. Addisco, id est, bene disco. Cōpescō, i. coereco, cohibeo, domo. Iuuenalis: Digito cōpescē labellū. Fir à pasco, ut sit eodem pasco cōrīneo, ut dispesco, quasi diuerso pasco diduco. Itaq; dispesco significat separo & dirimo. Plini. Nilus Africam ab Aegypto dispescit. Cōquinisco, id est, caput inclino uel cōnueo. Pōponi⁹ ap̄d Priscian. Ad eū ut cōquexi, interim mulieres cōspiciunt. Capitur etiam pro indigno. Plaut. in Cistel. Faciendum est puerile officium, cōquiniscam ad cistulam. Ita exponit: sed non inepte mihi uideret posse capi in priore sensu. Oquinisco sine h, etiam significat inclino: unde nec p̄m nec supinum inueni. Pomponi. in Pistore: Nisi cū aliquis subito obuiam occurrat mihi qui oquiniscat. Festus dicit conquinere, deputare. unde conquinisco uideret esse formatum.

Cresco

Nofco
Quiesco

Suesco

Cōscisco

Ascisco

Descisco

Pasco

Glisco

Posco

Disco

Cōpescō

Dispesco

Cūquinisco

Oquinisco

Nota ci, etum uult, uinco dat: dicoq; xi, etum,

Vt duco: parco si, sumq;, pepercit itumq;.

Icere ci, etum uult: in di, sum, do bene uertes.

Vinco facit uici uictum, ablata n littera, dico xi, etum, duco xi, etum, parco si sum, uel pepercit parcitū, ico ict, ictum. De parcitū (qa aliqui negant parco pepercit supinū habere) Plin. li. 33. Italiae parcitū est ueteri interdicto patrum. **Vinco**. i. supero. Cic. Facile est uincere nō repugnantes. **Cōuinco**, **Euinco**, **deuinco**, idem. **Dico**, id est, loquor & nomino. **Cōposita** producūt penultimam, ut addico, id est, adiudico, iudex addixit mihi domum. **Martyres** addicebant atroci supplicio. **Cōdico**, cōstituto. **Edico**, iubeo. **Edictū**, mandatū. **Indico**, denūtio. **Rex** Anglorū indixit Francis bellum. **Interdico**, phibeo, ut interdico tibi domo mea. **Prædico**, ante dico. **Duco**, notū est. Seneca, Fata uolentem ducit, nolentem erahūt, capis pro iudicare & existimare. Verg. libro. 10. Tanton me crimine dignū duxisti: Tul. Nec fas esse ducebam, hinc adduco, induco, reduco, quæ satis nota sunt. **Traduco**, trans aliqd duco, deduco in uiam uel domū duco, ut deduxi sociū meū. **Subduco**, clā tollo. **Mar.** Subduxit mappas quattuor Hermogenes. **Et leuo**. Ver. Qua se subducere colles in cipiūt, hinc subduco nauem. i. ad terram traho, obduco, circūduco, uel rego, ut nubes obduxerūt celsū. **Seduco**, seorsum duco. Ver. Et cū frigida mors aīa seduxerit art⁹. Ci. li. 5. epi. ad Arti. **Seduxit** est **Scaptius**. i. seorsum duxit eum & extra alios. **Persi**. Non tu p̄ce p̄cis emaci. **Quæ** nisi seductis nequeas cōmittere diuis. **Plau.** in Au. Eo nunc secreto ego te hic foras seduxi. **Et quia** latrones & quicunq; malū machinant solent hoīem seducere ne alii assint, ideo seduco capis, p̄ decipio. **Ter.** in An. Etiā nunc me seducere itis dicitis postulas: si gnificat etiā depono. **Cic.** p̄ Flac. Remittat spūs, cōprimant animos suos, seducat arrogantiā. **Cōduco**, aliquid pretio accipio. **Plau.** in Pseu. Quantulo argenti te cōduxit Pseudolus? Sic cōdixi domum, is ā q̄ conducitur locare rem dicitur. **Capit** etiā, p̄ duco & congreuo uel colligo. **Item** utilis sum. **Sapiens**. Nescit homo quid sibi conducatur. **Diduco**. i. leparo, diuido. **Quint.** Quum peregrinatio mea nos diduceret, hæc omnia penultimā producunt. **Parco**, abstineo q̄si parz tāgo (ut aiunt) ut parco nūmis, lachrymis &c. **Et ueniā** do, atque ab uitiōe abstineo. **Liu.** lib. 25. Nec dum eos Capuæ parluros. **Ver.** Parcere subiectis & debellare superbos. **Comparco**. i. parco. **Reparco** iterum parco. **Item parco**. i. seruo, ut cui parcis hæc? **Parcus**, qui sumptibus parcit. **Ico**, id est, percutio, ictus a uia. i. percussus, ictus us ui, percussio. **Iuuenalis**, Duceris planta ueluti ictus ab Hercule **Cacus**, Sulpitius ponit icio, ut facio. **Plin.** Fulmine laurus sola nō icitur. **Liu.** lib. 1. Ibi in turba ictus Remus cecidit, producit tā in p̄senti q̄ in praterito cōtra Priscianum & plures, ut probaui in ysticatoria. **In di sum do bene uertes**. **Do** mutat in di, & sum, ut mando di, sum. i. comedo uel dentibus cōficio. **Liu.** And. Quum socios nostros mandisset impius cyclops. **Habuit**, teste **Pris.** etiam mandauit & mādidi gemino di, **ne credas carere supino**, licet nō adeo frequēs sit. **Quint.** Cibos manfos dixit. **Ci.** in. 2. de orat. Omnia minime mansa (ut aiunt) nutrites infantibus pueris in os inferant. **Serenus**, Purgatur cerebrum mansa radice p̄iretri. **Remando**, rursus mando & rumino. **Mando** as primæ id est, cōmitto &c. **Manduco** as, id est, mando mandis mandit, mandibula. i. maxilla in qua dentes sunt. **Scando** scandi scā sum, supinum est raro in usu, hinc tamen sit scansilis. **Composita** mutant a in e, ut ascendo, descendo, uerba laris nota, ascendi alcentum &c. **Incendo** in aliquid scando. **Cōscendo**, id est, scando. **Defendo** di sum. i. protego. **Offendo** di sum, id est, lardo uel facio irari. **Offensa**, id est, talis latio. **Offendo** etiam est inuenio. **Terent.** Textentem telam studiose ip̄am offendimus. **Simplex tendo** non est in usu. **Ineendo** incendi incensum, est accendo, id est, ardere facio. **Plau.** Quam mox incendo rogam? **Succendo** idem, incendium, inflammatio. **Simplex cando** is nō est in usu. **Calepin.** negat hæc a cando deriuari, quia cando neutrum est. **Accendo**, **incendo** &c. actiua.

Parco
Vinco
Dico

Duco

Seduco

Parco

Ico

Mando

Scando

Defendo

Offendo

Incendo

Accendo

Tolle cado cecidi casum, pandi cape passum.

Edi sum uel stum, dat pedo pepedit itumq;

Cædo cecidit habet, sic pendo pependit, & in sum

Fiet utrunq; quibus par tendo est dans quoq; tentum.

- Cado** ¶ Cado cecidi casum, pando di, passum. Edo pro comedo, edi esum uel estum. Pedo pepedi peditum. Cædo cum æ diphthongo cecidi, secunda longa cæsum, pendo pepedi sum, tendo tetedi tentum uel tentū. Hæc quinque gemināt principium præteriti: Cado, pedo, cædo, pendo, tendo, quæ cōposita nō geminant, ut incido di, penultima breui à cado: oppedo di, occido di, à cædo penul. longa, appendo di, attendo di. Cado, id est, ruo, ut cecidit in foueam quam fecit. Et morior. Ver. Sed cadat ante diem. Cadius & caducus, id est, cadens. Cōposita mutant a in i breue, ut occido di occasum, id est, descendo, deorsum ruo, ut sol occidit, hinc occasus. Et morior, in epitaphio Tullij: Occidit indigne manibus lacertatus iniquis Tul. ah tumulto cōditus exiguo. Procido, ante aliquē cado. Recido, iterū cado, accido, cōtingo, excido, incido, decido, satis nota sunt. Nec solū occido supinū habet, ut quidam arbitrantur, sed etiā alia licet rarius, ut recido recidi recasum. Suet. in August. Cuncta in ipsos recalura. Cic. ad Atticum: Id ego puto ad nihil recalurum. In Iustiniani institutione, Si in potestatem patris recaluri non sint. Pando, id est, aperio & patefacio. Beda uult etiam pansum habere ut mansum, sed Gel. li. 15. ca. 13. ostendit rectius gemino si, passum dici, ut passus capillus, id est, porrectus ac sparsus, passa manus, passa uela, id est, dā ducta ac distenta. Ver. Passus de litore palmis, hinc expando di, expasum, id est, extendo. Plautus per e secundam uocalem disspessis dixit apud Gellium: Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundem extra portam disspessis manibus, patibulum cum habebis. Oppando, circumpando. In exodo: Velum quod ante illud oppanditur. Propando, ultra pādo, repando, à quo repandum quod retrorsum patet, pandus, apertus. Pando as primæ, id est, incuruo, trabs sub onere pandatur. Edo es est, id est, comedo. Martialis, Boletum qualem Claudius edit edas, supinum est esum, hinc esurus a um. Plautus, Vbi sumus esuri. Estum in simplici exoleuit, & in unico cōposito urimur quod est comedo di, come sum uel comestū, reliqua solum esum retinent, ut exesum, ambesum, adesum, obesum, & cætera & sæpius comelus, teste Aldo quàm comellus dicitur. Iuuenal. Et cito rapturus de nobilitate come sa quod superest. Sallustius apud Diomedem, Patrimonia comesta. Cicero pro Cluentio, Potius comestum quàm epotum in uenas atq; omnes partes corporis emanaret. Adedo, id est, rodo & deuoro. Ver. Nam sæpe fauos ignotus adedit stellio. Idem. 9. Aeneid. Et postibus hæsit adesis. Ambedo, circumrodo, ab am, id est, circum & edo. Idem. 3. Aeneid. Am besas subigat malis ablumere mentas. Peredo, totum edo, caseus est peresus. Semedo, dimidium edo, uerbum credo parum reperiri, sed bene semelus a, um. Obedo, circumcedo. Obesus corrosus. Item pinguis. Plinius, Assidua satietate obesus. Exedo, erodo. Hinc mons exesus dicitur. Edax, id est, uorax, edulis edule, quod edi potest, edulium, cibus, inedia, fames. Pedo, uentris crepitum facio, supinum est peditum, licet nō sit multum frequens. Catullus, Subtile ac leue peditum Liboni est. Oppedo, contra pedo, capitur pro dissentio & aduersor. Horatius, Vin tu curtis ludæis oppedere. Pedor nomen, id est, immundities, foror. Cædo, id est, percutio & amputo. In Euange. Alij cedebant ramos de arboribus. Cadius, cædi solitus, ut cædua sylua. Item interficio. Verg. Cæduntur uigiles portisq; patentibus omnes, Accipiunt socios atq; agmina cōscia iungūt. Cædes, occisio. Cōposita mutant æ diphthogon in i longam, ut occido di, sum, id est, noceo aut interficio. Excido, ex aliquo cædo, ut excidi columnam. Decido, amputo. Cōcido, simul cædo. Incido, seco. Præcido, amputo, uel ante alia cædo. Recido, seco, amputo. Circuncido, i. circū

fando, ut nummus est circūcisus. Pendo, suspendo, ut pēdo furem uſ rogā. Etiam ſignificat pōdero, & aſtimo, ſuſtineo. Laſtanti. lib. 2. Eoſq; impietatis ac ſceleris ſui ſupplicia penuros. Penſio eſt ſolutio cōductæ rei uel ſub cōditiōne certæ pecuniæ dandæ aliter habitæ. Appendo, ad aliquid pendo. Expendo expono, expenſa. i. ſumptus. Etiam ſignificat aſtimo. Iuuen. Expende Annibalem. Et ſoluo. Ver. Voluiſti expendere pomas. Impendo, do, adhibeo. Impenditū mihi maximum beneficium. Impenſa uſ impendiū, ſumptus. Non parco impenſis, reddes mihi impendium. Suspendo, ſuſpēdo. Suspendus, id ē, dubius & incertus. Ver. Dicā equidem nec te ſuſpenſum nate tenebo. Rependo, id eſt, redo. Ver. Si uera ſeram ſi magna rependam. Perpendo, id eſt, conſidero, examino. Perpendiculum eſt instrumentum ædificantium q̄ perpenditur altitudo uel æqualitas rei. Pendo Alexander uult etiā pendi in præterito facere. Tendo tetendi tenſum. Luc. in 1. Et uarias ignis tenſo dedit aere formas. Vel tentum. Autor Priapæ. Tentacq; ad exemplum ſi ſua turba dei. Sic cōpoſita intendo intenſum & tum, oſtendo oſtenſum & tum, extendo, ſum & tum, & c. in quibuſdam alterū frequentius inueniſ. Tendo, id eſt, expando. Ver. Tēdit uela nothi. i. illi uenti. Horarius. Neq; ſemp arcum tēdit Apollo. Et proficiſcero. Ver. Quo tenditis, unde uenitis. Et conor. Idem. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Et tentorium pono. Ver. Hic ſæuus tentebat Achilles. Et offero. Idem: Paruumq; patri tendebat Iulum. Et pono. Salluſt. Interea Romæ multa ſimul moliri, cōſuli inſidias tenere. Attendo, cōſidero. Cōtendo, certo. Auſim contedere, id eſt, (ut uulgo dicitur) deponere, bene autem dices, auſim tecum deponere aureolum. Item diligenter peto uel exigo, & ualde tendo. Ver. Cōtende renacia uincla. Portendo ante tendo & præſignifico, q̄ ſi porro, id eſt, p̄cul tendo. Cometa portendit aliquam cladem. Portentum, mōſtrum aliū quid portendens. Prætendo, oſtendo & ante tendo. Ver. Paciferæq; manu ramum prætedit oliuæ. Obtendo, cōtra tendo uſ cōtradico. Intendo, attendo, & ualde tendo. Ver. Intendunt acres arcus intentus, id eſt, attentus, & operam curq; rei nauans. Item intendo. i. augeo, quia qd tendit augeri uiderur. Intentio. i. ppoſitum apud iuniores, id Vallæ non placet. Intendo etiā ſignificat extendo. Suſtendo, clam tendo, & machinor. Sal. Suſtendit inſidias militi. Diſtēdo, multū extendo. Ver. Et dulci diſtendunt neſtare cellas. Oſtendo, id eſt, demōſtro, quaſi oſ, id eſt, rei faciem tendo. Frequentatiuum eſt oſtento, qd ſignificat oſtendo cū iactantia, hinc oſtentatio, id eſt, iactantia. Aliquando ſimpliciter ſignificat oſtendo. Plaut. in Au. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Quod do componit didit atq; ditum dabit uſq;.

Dic tamen abſcondi, quod itum poſcit mage quā ſum,

Sido præteritum neſcit, rudo, ſtrido, ſupinum.

Compoſitū tertiæ cōiugationis à do facit didi in ptō, & ditū in ſupino, ut addo addidi additū, id ē, iungo. abdo, aufero uſ abſcōdo. Conde, id eſt, facio, ut cōdo urbem. Et congreſſo uſ tego. Plin. Formicæ condunt æſtate fructus, quibus hyeme fruantur, recōdo & abſcondo hinc ducta ſignificant tego. Condo. i. ſepelio. Conditorium, ſepulchrū. Edo. i. publico. Martia. Quū tua non edas carpis mea carmina Læli. Carpe uel noli noſtra, uſ Ede tua. Naſo. Ede tuum nomen, id eſt, exprime. Item pario. Iuena. Si mulier uitulū uſ ſi bos ederet hagnum, male capitur. p̄ compono. Dedo, id eſt, in poteſtatem do. Terē. Tibi p̄ſ me dedo, quiduis oneris impone ac impera. Deditus ludo, qui multum ludit, deditus uirtuti, deditus uxori, qui ſeruit uxori & ei nimis cupit placere. Indo, impono, ut indo ſilio nomen. Inde pultri butyrū. Obdo, oppono. Teren. Peſſulū oſtio obdo. Et claudo. Naſ. Pace fores obdo ne quis diſcedere poſſit. Prædo, p̄ alijs do, nō multū eſt in uſu, hinc p̄ditus plus alijs donatus, ut p̄ditus uirtute, p̄ditus nequitia. Trado, in poteſtatem alterius trāſte go, ut Iudas tradidit Chriſtum Iudæis, trado tibi nummū, ſignificat etiam doceo. Paulus,

DE VERBO. PRAETE. ET SUPIN.

Prodo Accepi à domino quod & tradidi uobis. Prodo, manifesto. Vergilius. Tectusq; recusat, p
dere uoce sua quenquam. Etiam significat dolo tradere, uel rem alterius aperire. Item
scribo. Plini. Quum hæc proderem. Reddo, rursus do, restituo. Perdo, amitto. Iuuenalis:
Stultum est post omnia perdere nauulum. Et occido. Terentius: Dij te perdant. Vendo di,
à uenum & do. Credo, quasi cretum, id est, decretum & firmum do, quod etiam signifi-
cat committo. Vergilius: Ausus se credere cælo: omnia mea tibi credo. Abscondo sine ge-
Credo
Abscondo
minatione, abscondi facit, & absconditum melius quàm absconsum, teste Diomede. Et Ca-
per negat absconsus latine dici: reperitur tamen in sacris. Hieronymus in ecci. cap. quar-
to: Denudabit absconsa sua illi. Sido caret præterito proprio, ergo etiam supino, & dici-
tur præteritum à sedeo capere sedi, propter significationis cognationem, et significat de-
Sido
scendere, siue ad sedendum, firmandum, manendum ue ponere. Vergilius de auibus: Sedi-
bus optatis gemina super arbore sidunt. Lapis aquæ immixtus sidit. Confido & subsido,
idem. Ouidius: Quisquis es hoc poteris mecum cõsidere saxo. Idem: Iussit & extendi cam-
pos, subsidere ualles, id est, descendere. Idem, Flumina subsidunt, colles exire uidentur.
Strido
Perfido, ualde & perfecte sido & perfido. Rudo rudi. Strido stridi nesciunt supinum.
Rudo
Strido, id est, strideo. Rudo, grauius sono, proprie est asinorum. Ouidius, Imtempetiuo
quã rudis ille sono. Ver. etiam leones rudentes dixit, Sera sub nocte rudentum.

Tundo facit tutudi tunsū, compositaq; tunsū.

Scindo scidi scissum, dat findo fidi quoq; fissum.

Et fundo fudi fufum; si sum dato ludo,

Diuido cum uado, rado, ceu lædere, trudo

Et rodo, plaudo, claudio, & cedo geminans ff.

Tundo Tundo facit tutudi geminans principium, in supino autem tunsū: in compositis
ablata n litera tulum facit, ut cotundo cotudi cotulum, ueteres, teste Diomede in præte-
rito tunti dicebant. Tundo, id est, percutio, pulso, & in uale quippiam comminuo. Ver-
gilius primo Aeneid. Suppliciter tristes & tunsæ pectora palmis. Rea tundamus pectora.
Vergilius quarto Georg. Profuit & tunsū gallæ admiscere saporem. Simplex aliquan-
do etiam abiicit n in supino, ideo literam intelligas de frequentiore usu. Plini, libro. 21.
Hæc rusa cribrataq; uino quantum possit excellenti. Contundo, simul tundo. Extundo,
excutio uel inuenio. Vergilius: Ut uarias usus meditando extunderet artes. Obtundo, cõ
tra tundo uel hebeo, as: unde obtusus. Item obtundo, id est, nimis uerbis molesto. Te-
rentius, Ne me de hac re obtundas sapius. Pertundo, perforo. Iuuenalis, O medici medi
am pertundite uenam. Saccus pertusus, qui habet foramen. Retundo, reprimo. Scindo
scidi scissum, & findo fidi fissum, perdunt n tam in præterito quàm in supino, ubi gemi-
nant ff. Fundo fudi fufum non geminat ff, sed perdit n tam in præterito quàm in supino,
ut tundo tutudi in præterito. Scindo, inuenio, ut scinde panem. Contendo, simul scindo,
Abscindo, amputo. Excindo, destruo uel ex aliquo scindo. Excidium, destructio. Rescindo,
iterum scindo uel nõ seruo, ut rescindo pactum. Composita à scindo & findo in præ-
terito corripunt penultimam. Scindo apud ueteres geminabat principium præteriti &
dicebatur scidi. Aëtius apud Priscianum, Non ergo aquila uti prædicant sciderat pes-
tus. Nunc absq; geminatiõe scidi dicimus. Luca. libro quarto, Tellurem subitis aut obr-
ruit aut scidis undis. Marti. Vnguentum fætor bonum dedisti Cõuiuis here, sed nihil sci
Descendidi
disti. Fuerunt olim plura principij præteriti geminantiã, ut descendendo descendidi, fecit olim
etiam descendidi. Valerius Antrias apud Gellium, Deinde tunere locato ad forum descen-
didit. Laberius apud eundem, Ego mirabar quõ mãme mihi descendiderant. Alexander

dicat prendo etiam geminare finem preteriti, ut dicatur prendidi, & sic Hieronymus usus
est, nisi mendosi sint libri: Afferte de piscibus quos prendidistis. In quem locum sic ait
Valla: Alij codices melius habent cepistis & ceperunt. Alij oprime & quidem uetustio-
res prehenderunt & prehendidistis. Et paulo post: Non puto, inquit, ab interprete transla-
tum per uocem barbaram prendiderunt & prendidistis. Prendo ergo nullo modo gemi-
nabit finem preteriti, quia id solus Alexander tradidit. Phocas autem dicit prendo pren-
di, ut mando mandi. Sciti. i. syl. Prendisti portus. Luca. Manus quæ prenderat hæsit. Pren-
do uel prehendo, id est, capio: unde apprehendo, deprehendo, cõprehendo, reprehendo,
id est, arguo, uersus gratia apprendo &c. Findo, disleco, kloeuen. Diffindo, idem. Fissilia
ligna, fissa. Fundo, liquefacio uel liquidũ spargo, gheytenn, ut fundo aquam, fundo ollã,
id est, ollam fundendo facio. Fussle, qd fundit, ut fustis statua. Fusor, qui fundit uasa ærea,
stannea &c. Etiam significat abundanter præbeo. Verg. Ipsa tibi blandos fundent cunabu-
la flores. Et prosterno, ut fundo hostes. Cõfundo, simul fundo & perturbo. beschamẽ.
Diffundo, late & in diuersa fundo. Offundo, cõtra fundo. Profundo, nimia expendo, quasi
procul fundo. Hic profundit pecuniam, id est, male expendit. Talis sui profusus dicitur.
Refundo, reddo, deus tibi refundat. Huius uerbi composita nunquam penultimam corri-
piunt. ¶ Si sum dato ludo. Pauca uerba mutant do in si & sum, ut ludo lusi lusum &c. fed ce-
do geminat utrobique, si, cessi cessum. Ludo, ludũ exerceo & iocor. Plini. Ludere me putas,
serio peto, & derideo uel decipio cũ accõ. Verg. Multa malus simulans uana spe ludit amã
tem. Alludo, ad aliquid ludo uel blandior. Canis alludit hero. Colludo, sim uel ludo. Licet
ne uobis colludere? Eludo & deludo ac illudo, id est, derideo & decipio. Præludo, ante lu-
do. Præludũ, principium ludi. Diuido diuisi diuisum. i. partior. Diuiduus, id est, diuisibilis.
Indiuiduus. i. indiuisibilis. Vado. i. eo. Euado, exeo uel effugio. Nemo potest euadere manũ
dei. Verg. Inuauit euasisse rotas urbes. Terent. Quid timeo quorsum euadat. i. tẽdar. Iohãnes euasit
doctus, aut in doctũ uisit. i. factus est doctus. Horat. per syncope dixit, Euasit credo metues
doctusq; cauebis. i. euasisti. Inuado in eo. Ver. Tuq; inuade uia. Idẽ: Inuadit urbem somno
uinoq; sepulcrum. Rado, id est, cultro uel quauis re acuta decerpo, ut rado barbã, rado oli-
uam, rado terram. Auis radit aerem, id est, secat. Verg. de columba: Radit iter liquidũ ce-
leres neq; cõmouet alas. Corrado, colligo. Terent. Minas decem corrafi alicũ. Abrado,
erado nota sunt. Lædo, dolore afficio, aut malum infero. Composita mutant æ diphthõ-
gum in i longum, quod undiq; seruãt, ut allido allisi allisum, ad aliquid ledõ. Allisi caput
parieti uel ad parietẽ. Collido, fortiter concutio uel occido. Elido idem. Illido, impellendo
lædo uel trudo. Ventus illisit nauem k opulo uel in scopulum. Illæsus, id est, nõ læsus,
nomen est, quia illædo non dicitur. Trudo, manibus pedibusue aut alia re impello. Mola
trufatilis, quæ manibus uersat. Extrudo, expello. Intrudo, uel induco. Detrudo de pello.
Verg. Detrudunt naues scopulo. Rodo, mordendo comedo, knagen. Mus rodit caseum,
caper rodit uitam, canis redit ossa. Capitur p detraho. Horat. Absentem qui rodit amicũ.
Corrodo, cõtero. Erodo, dentibus effodio. Panis est erosus à muribus. Plaudõ, manibus p-
cutio, & gestu lætitiã indico. Applaudõ, ad aliquem plaudõ. Vergil. Pars pedibus plau-
dunt. Canis applaudit domino suo. Pro eodem dicit plodo dis, au in o uersa, ut fit in plau-
strum plositrum. Explodo, plaudendo eicio. Complodo, cõcutio. In lib. Iudi. Ceperunt
complodere in ter se lagenas. Claudio, uel mutata au in u longum, cludo clausi clausum,
uel clusi clusum, qd uetustius est, id est, operio. Composita au semper in u longum uertũt,
ut includo, excludo. Recludo. i. aperio. Secludo, seorsum claudio, ut sit solus. Occludo, id
ẽ claudio. Concludo, simul claudio, & omnem exitum eripio. Cedo cessi cessum sine diph-
thõgo, id est, abeo & locum do. Quintilian. Vbi necesse est uinci, expedit cedere. Naso. Ce-
de repugnanti, cederit uictor abibis. Etiam significat in partem uenio. Idem: Cesserunt
nitidis habitandæ piscibus undæ. Composita penultimam pducunt. Accedo, adeo. Exce-
do, exeo uel supero. Concedo, permitto, & do & eo, ut concedo ad fossẽ. Incedo, ambulo.
Succedo, sequor, & in locum alterius uenio, ut Petro successit Linus, & intro. Vergil. No-

Prendo

Findo
Fundo

Ludo

Diuido
Vado

Rado

Lædo

Trudo

Rodo

Plaudõ

Claudio

Cedo

DE VERBO. PRAETE. ET SVPIN.

stris succede penatibus hospes: & pcedo uel euenio, ut omnia prospere succedūt. Secedo, seorsum eo. Secessus, secretus locus. Antecedo, praecedo, recedo, decedo, discedo satis nota sunt. Cudo, Diomedes cū Carisso & Phoca in prō cussi uel cussi habere dicit, qđ autoritate probari nō potest: ideo Priscia dicit habere cudi cūsum unico s, ut mandī māsum: ideo in litera hoc ybū nō excipimus. Ver. i. Aeneid. Ac primū silicis scintillā excudit Achaes, Suscepitq; ignē folijs. Excudit ptm est, teste Seruio, qā sic ait, excudit. i. feriēdo eiecit. Diomedes q; per hūc Ver. locū ondit melius habere cudi q̄ cussi. Alexāder igit recte dixit cudi ptm esse. A supino est cuso as, qđ nō est in usu. Hinc tñ sunt accuso, incuso &c. autor Priscia, licet aliqđ a causa deriuēt, uel a causor. Cudo ferre percutio, ut aliqd ex eo fiat, imedē. Excudo, cūdēdo facio. Verg. Excudēt alij spirātia mollius aera. Fido fisis sum, in sequenti libro parebit.

Go, uel **guo**, xi ctumq; facit: tamen ista supinis

N tollunt **pingo**, **stringo**, cum fringere, **ringo**,

Tango facit tetigi tactum, dat ago egi & actum:

Vult frango fregi fractum: **pegi**, **pepigi**q;

Et panxi pactum **pango**: capiet **lego** gi ctum.

At xi ctumq; dabunt intelligo, negligo, dilī.

Dat **pungo** pupugi, **punxi**, punctum uenit inde.

Pergo
Affligo
Cōfligo
Infligo
Rego

Verbum in go uel guo desinens, facit xi in praeterito & ctum in supino, precedente e, ut pergo perrexi perrectum. i. in re procedo. Terent. Si pergis abiero. Perli. Perge tacebo. Quo pergis, id est, uadis. Affligo, crucio uel molesto. In Leu. Nolite affligere contribules uestris. Cōfligo, pugno. Infligo, incutio. Plaut. Infixit mihi uulnus. Producūt hęc penul timam, quorum simplex fligo obsoleuit. Rego, guberno. Cōposita mutāt e in i breuē, ut arrigo arrexī arrectum, id est, eleuo. Terent. Arrige aures Pamphile. Corrigo xi ctum, id est, emendo. Terent. Si quid peccatum est arte corrigas. Dirigo direxi directum, id est, ducō & recte ordino. Surrigo, i. sursum leuo, ut equus surrigit aures. Surgo surrexi notū est.

Asurgo

Exurgo idem. Asurgo, honoris exhibenbi gratia surgo. Affurge praepetori & sacerdoti &c. Insurgo, cōtra aliquem surgo ad resistendum. Noli parenti insurgere. Male dicunt pueri: Pater nō erat surrectus: dicant nōdum surrexit. Dictum est autem surgo, p surrigo, ut pergo pro perrigo, licet id ante rego posuerim, Et pergo poetice pro porrigo legis.

Plango

qđ significat extendo uel offero, porrexi porrectum, ut simplex rego. Plango planxi ctū. i. tundo uel percutio. Ouid. Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Idem: Tum deum pectora plāxi. Significat etiam plorare & desere: quia tum pectora plangere soleamus. Hinc planctus & plangor, id est, ploratio. Clango, id est, tuba sono uel cano. Clangor, uox tubarum est, & aliqñ aliarum rerum obstrepentium sonus, ut anserum &c. Hierony, praeteritum facit clangui. In lib. Num. Si semel clangueris, uenient ad te principes.

Stinguo
Vngo

Stingo uel stinguo stinxī stinctū, id est, deleo, obsoleuit. Cōposita in usu sunt. Extinguo, id est, deleo, occido. Instinguo immitto, inspiro. Instinctus, inspiratio. Restinguo extinguo uel cohibeo. Distinguo, discerno. Ninguit ninxit, niuem emittit. Vngo sine u Seruius dicit scribi, sic ungentum, unxi unctum. Olim habuit ungui. Vngo, id est, corpus humore aliquo linio. Inungo perungo, idem. Vnguentum, q̄ ungitur aliquid. Vnguen, idē. Tinguo cum u post g, teste Capro, id est, immergo. Ver. Stridentia tinguunt aera lacu. Et colorem indo, ut tinguo pannum. Plures dicunt etiam sine u tingo, ut cum u ungo. Intingo, id est, tingo, ut qui intingit mecum manum in paropside. ¶ Tamen ista supinis. Es

Tingo

capiuntur à regula quædam, & primo quæ recte præteritum formantia in supinis perdūt
 n. ut pingo pinxi pictum. i. formam alicui rei ductis lineis represento. Pictor, qui pingit. Pingo
Pictura, ipsa ars. Stringo strinxitum, id est, premo & arcto. Plini. Apprehensamq; manum
 stringit. Et percutio. Ver, lib. 10. Atq; animum patrie firinxit pietatis imago. Etia significat
 enim nudare. Idem li. 11. Strictū rotat acer Lucagus enfem. Astringo, alligo, Obstringo,
obligo, Cōstringo, cōprimo uel colligo. Restringo, cōpello uel arcto. Distringo, pre-
 mo & abrado & denudo. Hinc districus gladius, id est, exemptus è uagina. Extringo, ex-
 primo, declaro. Stricte & strictim, arcte & breuiter. Fingo finxi fictum, id est, formo. Fingo
Salustius: Veluti pecora quæ natura prona atq; uentri obedientia finxit. Fingo uasa ex argil-
 la. Figulus, uasorum fictor. Figulina, officina figuli, etiam significat simulo: unde fictio &
figmentum. Fictile, qd fictum est, ut uas. Et excogito. Terent. Fingunt quandam inter se
 fallaciam. Effingo, ad alterius formam fingo. Effigies, imago. Effigiare, effigiem facere.
Affingo, ad aliquid fingo. Lactanti, lib. 4. Nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Cōfin-
go, simul fingo & simulo. Terent. in Phormi. Omnia hæc cōsingam. Diffingo, fictum for-
 matumq; dissoluo. Ringo rinxi rictum, uel deponentaliter ringor rictus sum uel fui, id
 est, os torqueo, ut canes faciunt latraturi. Et ex ira in rugas os deducere: unde ringi pro
 irasci, indignari, allatrare, pulsare, cōuitari, murmurare ponit. Terent. Ille ringit, tu ri-
 des. Sidonius: Multum ringitur otiosa uirtus. Hinc rictus uel rictum, hiatus, & pars illa fa-
 ciei, in qua rictio maxime apparet, ut labia &c. Rhin græce narem significat. Hinc ringo
 dictū uidetur extrita aspiratione: ut sit ringere, narem agere, deponens uibratius est. Dio
medes & Priscianus addunt mingo, quod Mancinellus & Nebrisenis pluresq; censent esse
 barbaræ, aut certe obsoletū, quia doctissimus quisq; meo dicit nō mingo: ideo ipse hoc uer-
 bum omisi in carmine nostro. De hoc in sequentibus plura dicam. Tango tetigi tactum,
 geminat principium præteriti & utrobq; perdit n. Lucretius: Tangere enim aut tangi,
 nisi corpus nulla potest res. Capitur pro ferio siue percutio. Verg. De cælo tactas memini
 prædicere quercus. Lucilli, lib. 1. Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira, id est, mo-
 uetur. Item intelligo. Cic. Postquam autem cōsilia eius omnia tetigi. Et peruenio. Idem:
Verres simulac tetigiti prouinciam. Veteres dixere tango pro tango, qd exoleuit, & præte-
 ritum eius tetigi datum est uerbo tango obsoleto ueteris præteriti à tango tanxi. Com-
posita mutant a in i, ut attingo attingi attractum, id est, tango. Cōringo, idem, & euenio.
Scis quid mihi cōtingit. In præteritis penultima corrumpitur. Cōtinguus, id est, propinquus,
 & contingens. Quid. Contiguus habuere domos. Obtingo, id est, euenio. Pertingo, confe-
quor. Ago egi actum, id est, facio: tamen aliquid differentia esse in Syntaxi docui. Quic-
quid agis respice hinc. Et dico, ut ago causam. Et duco, ut ago uaccas imprata. Et moueo,
 ut ago pulsem. Et accuso, ut ago te furti. Et uiuo, ut nulquā mallem q̄ Louani agere: dic-
 etio ago uitā, ago annū tricesimumquartū hunc librum scribens. Et expiro, ut ago ani-
 mam, id est, morior: & repræsentō, ut ago Herculem. Perago, perficio: perago reum, id
 est, conuincio. peregi opus. Omnia ferme composita ab ago mutant a in i breue, ut abigo
 id est, depello, ut abige canem: & animalia turor, hoites abegerunt pecora nostra. Abige-
us uel abactor, talis fur. Adigo, ut adduco uel impello. Liuius: Consul adegit milites sa-
 cramētō, id est, coegit eos iurare. Exigo, id est, posco. Martialis: Exigis ut donem nostros
 tibi Quinte libellos. Et expello. Plautus: Mulier exegit uirum à se. Et ago. Vergilius: Oēs
 ut tecum meritis pro talibus annos exigat. Et perficio. Ouidius: Iamq; opus exegi. Re-
digō, id est, reduco uel induco, impello. Terentius: Tu homo redigis me ad insaniam. Me-
trices multos redegerunt ad inopiam. Subigo, id est, subdo, Cæsar rebelles fux ditio-
 ni subegit. Et compello. Vergilius: Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri. Etiam est
 acuo. Idem: Subigunt in cote secures. Transigo, id est, perago, ut quomodo transegi-
sti hunc diem? Prodigo, i. cōsumo. Plaut. Festo die si quid prodegeris, profesto egere licet
 nisi peperceris. Hinc prodigus, sui profusus. Cogo coegi coactum pro coago, ab ago fit,
 & significat cōpello, ut necessitas me cogit. Et in unū ago, Vergilius: Tityre coge pecus.

Pingo
Stringo

Fingo

Ringo

Mingo
Tango

Ago

Cogo

DE VERBO. PRAETE. ET SUPIN.

Frango

Frango fregi fractum, id est, rumpo uel destruo. Vtrobique perdit n. Cōposita mutant a in i, ut cōfrango confregi contractum, simul frango, aut frango uel defringo. Effringo, extra frango. Hic se effregit carcere. Terent. Aeschinus fores effregit, in q̄des irruit alienas.

Pango

Refringo, suffringo, infringo, offringo, id est, frango. Pango pepigi geminato principio praeteriti, id est, pacifcor, ut multi dicunt. At Quintilia dicit pepigi esse nō a pango, sed antiq̄ uerbo pago pagis sine n, ut in leg e duodecim tabularum: Ni ita pagunt. Cice. li. 2. ad Herennium: Pacta sunt quae legibus obseruanda sunt. Hoc modo rem ubi pagūt oratione pagunt: ubi uulgo mendose legitur pangunt, licet Seruius dixerit pago sine n nufquam reperiri. Itaq; licet ex sententia Carisii dixerim pango etiam pepigi habere, tamē optime habet pegi, & forsan panxi, quia hoc praeteritū nō mō Alexander ponit, sed etiā

Pago

Diomedes, & (teste Priscian.) Carisius. Pacuius apud Priscianum: In medio consillam pegi lecto in littore. Pango, id est, figo planto uel iungo. Pacilis, pactus, ut pacilis corona. Lilius: Clauum pangat, id est, figat. Columella lib. 11. Malleolus quamrecentissimus curiosissime pangendus est. Malleoli, sunt rami arborum, & maxime uitis, qui plantantur. Et scribo. Cice. Tyroni: An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Gelli. Si uersum pangis &c. Item cano uel narro & manifesto, ut pange lingua gloriosi praelium certaminis. Quaedam composita retinent a, ut depango, id est, defigo, in terram pono. Columella. Posses in fine uineri, cacumina ficorum pirorum ue depangere. Circumpango, circumiungo. Oppango, contra pango. Repango, rursus pango. hinc repages repagis, & repaguli, id est, obstaculum. Plura mutant a in i, ut cōpingo compegi cōpactum, id est, cōpono, coniungo. Impingo, impello. Suppingo, suppono uel subatigo, ut suppingo calc-

Lego

ossum uel suppingo calcis corium. Hinc luppactor, qui calcios suffractos reficit aut instaurat. Lego legi lectum. Lego librum notum est: significat etiam colligo. Ver. Qui legitis flores & humi nascencia traga, Frigidus o pueri fugite hunc later anguis in herba. Et nauigo uel nauigando praetereo. Idem: Littoraq; Epiri legimus. Et eligo. Idem: Ipse ego ca-

na legam tenera lanugine mala. Et surripio. Hinc sacrilegus, qui sacra furatur. Quaedam cōposita retinent e, ut perlego, uel pellego, id est, totum lego. Laetant. Si quis legerit pellegat, sic relego, transelego, sublego penultima correpta. Pleraq; mutat e in i breuem, ut negligo, id est, oblitiscor & nō curo. Cic. Negligere quid de se quicq; tentiat nō solum ar-

rogatus est, sed etiam omnino dissoluti. Habuit olim negligi. Aemilius Macer: Omnium nostrum neglegentiae autoritatem: nūc solum habet neglexi in praeterito, ut intelligo intellexi, diligo dilexi. Intelligo, scio & cognosco: uertitiores neglego & intellego cum e, ut perlego dicebant, ueluti Politianus notauit. Colligo, congregeo, deligo, eligo, diligo.

Cice. Deligere oportet quem uelis diligere. Seligo, sepono & separo. Pungo pupugi uel pūxi punctū, id est, stimulo & morsum uel aculeum infingo. Varro: Admota aspis cū pupugit si nō occidat, sciat ex p̄sullo esse stirpe. Hieronym. ad Marcellam: Nudiustertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus, ilico pupugit animum. Simplex pūgo saepius habet pupugi, pro quo (teste Gellio) ueteres dixere per secundam uocalem in prima syllaba pepugi. Cōposita omnia punxi habent praeter repūgo, q̄d significat retaliare, & ante paruit. Cic. Lentulo: Darent mihi ipsi alium Publium in quo possem illorum animos medio

criter lacestis repungere. Quā tamen de rōne uel calendario loquimur facit repunxi, ita dixit Priscianus. Cōpungo, id est, totum pūgo ferio seu signo. Hinc compunctum nō inepte dices, quē peccati prinitet, & qui uerbo dei percussus est in animo. Cōpunctio, de peccato dolor. Expūgo, foras mitto, expello. Persi. Pupillum ue utinam quem proximus heres impello expungam. Expūcti milites, i. emissi. Dispūgo dispunxi, i. expello & amoueo.

Fungo

Dant si sum spargo, mergo, tergoq;: locabis

Per xi xum figo, frigoq;: carento supinis

Cum dego, satago, sugo, ceu linguat, & angit.

Cum dego, satago, sugo, ceu linguat, & angit.

Vergo tenet neutrum uelut ambigit, Ho dato xi ctum.

Meio facit minxi mictum, caue dicere mingo.

U Haec tria uerba spargo, mergo, tergo faciunt si sum, ut sparsi sparsum, merfi merfum, terfi terfum. Spargo si sum, id est, late pronicio. Ver. Sparge marite nuces, Spargite humi floribus. Cōposita mutant a in e, ut aspergo, ad aliquem spargo: sacerdos aspergit me aq̄ lustrali, id est, (ut uulgus dicit) benedicta. Aspergillum, instrumentum ex ligno & fetis q̄ aspergitur aqua lustralis uel lustrica, Vuy quasi. Dispergo, distribuo, ut Disperfit de dit pau peribus. Nebrissensis dicit tenere posse a hæc cōposita, sed melius a in e mutant ut opinor. Mergo, id est, humori immitto: Græce baptizo dicitur: frequentatiuum est merso, as. Ver. Balatūq; gregem fluuio mersare salubri. Demergo, deorsum mergo. Immergo, in aliquid mergo. Sūmergo, sub aliquid mergo. Emergo, exeo, appareo. Tādem emergit ueritas. Et exurgo uel in altum uenio. Iuena. Haud facile emergunt quorum uirtutib; obstat Res angusta domi. Tergo, id est, tergeo: detergo idem. Fulgo si sum, iunxissem nisi usitatius esset per secundam, fulgeo. Duo habent xi xum, figo fixi fixum, frigo frixi frixum. Figo, acuta re perforo & firmum facio. Hiero. ad Helio. Cerne manus Iudæe quas fixeras, cerne latus Romane qd̄ toderas. Ver. Plaudentem nigra figit sub nube columbam: hinc fixus, id est, firmus qui nō mouetur. Olim habuit fistum in supino, ut pictū. Scaurus apud Diomedē: Sagittis cōsistit est. Affigo, ad aliquid figo, ut affixi literas ualuis templi. Desigo, in terrā figo uel desicco. Ver. Cōstitit & Libyæ defixit lumina regnis. Infigo, in aliquo figo. Præfigo, ante figo. Ver. Præfigūt ora capillris. Refigo, qd̄ erat fixum tollo. Ver. Fixit leges priō atq; refixit. Trāfigo, transfodio, ut trāshxit pectora ferro. Frigo, id est, torreo, proprie in sartagine. Frixorium, id est, sartago. Cōfrigo, id est, frigo. Hier. in Isai. Cōfrixa sunt ossa mea tanq̄ in frixorio. Cornel. Celsus: Tum res eadem magis alit iurulenta q̄ assa: magis assa quā frixa. Hiero. ad Furi. Pueri erant: necdū ad sartagine uenerant in qua rex Babylonis senes iudices frixit: hinc defrigo. Calepi. dixit frigo etiam habere frigui frictū, autoritatem desidero. Quædam carent aut saltem raro habent supina, & grammatici q̄s in litera sequor de frequentiore usu loquuntur, ut dego degi sine ullo supino a de & ago, id est, ago, dego uitam. Et depello, Plautus in Aul. Istum laborem sorror degam, & diminuat tibi. Idem in Epid. Degit corium de tergo. Satago saregi sine ullo supino, id est, satis ago, laboro & sollicitus sum. Sugo xi sine supino usitato, quia suctū nō est in usu. Nam neq; participium suctus nec sucturus in simplici reperio, significat suctum & humorem ore extrahere, hinc exugo exuxi, & forte nō inepte exuctum. Diuus Angustinus supinum fecit fugitur ut habitum, dicens, Multi præcones præcesserūt adhuc nalciturum de uirgine Maria, futurum infantem & fugitus; lac. A suctum supino obsoleto habemus nomen suctus us ui. id est, ipa humoris sorbitio. Plin. li. 10. Caprarumq; huberibus aduolant suctum propter lactis, qua iniuria huber emoritur. Lingo linxi, id est, Jambo & aliquid lingua molliter tango. Plau. in Cassi. Mel mihi uideor lingere. Item lingere, est dum aliquid in ore tenentes, guttatim id defluere in stomachū sinimus, quæ res linctus dicitur, a supino parum usitato linctum: quæ uero in hunc usum fuit, eclegmata Græce dicuntur. Plin. Telicos gemma quæ oleæ nucleo similis uidetur & lingenctum calculos frangit. Idem: Multi tussim ueterem linctū salis discussere. Idem: E semine lini sunt eclegmata, Elingo, extra lingo. Plautus in Cur. Hic hodie apud nos nunq̄ elingens salē. Ango anxī anctum faceret, sed supinum obsoleuit. Diomedes angor passiuo præteritum dedit anxus sum, sed nō est in usu. Ango id est, crucio suffoco, primo uerbo. Gellius: Milo prætabilis hō sapientiæ quonam usq; debuerit cōtra legem, cōtraque ius pro amico p̄gredi, eaq; res in sine quoq; uitæ ipso animum anxit. Pertinet etiam ad corpus. Columella lib. 8. Cauendum est ut tenerior separetur a ualidioribus, quia robustus angit imbecillum. Plau. pro absumo ponit in Aulularia: Tū anxisse equam si quis petet, Hinc angor

Mo
lo

Spargo

Mergo

Tergo
Figo

Frigo

Dego
Satago
Sugo

Lingo

Ango

DE VERBO. PR AETE. ET SVPIN.

- anxietas angustia**, id est, pressura uel molestia & cruciatus. Angina faucium morbus, Anxius, id est, sollicitus & timens. Vergo uerſi uerſum debuit facere, sed neutrum est in usu, nec quod Diomedes dicit uerxi, & significat declino. Vergilius libro duodecimo: Quo uergat pondere lætam. Sic uergente mundi uespere. Deuergo, deorsum uergo. Deuergentia, curuatura apud Gellium. Inuergo, inclino. immergo, Plautus in Curgu. Ipsa exopto tangere, inuergere in me liquores tuos. De uergo amplius. Cicero, Perspicere quo ista uergant mihiq; rescribere, id est, declinent aut potius tendant. Aethiopia ad occidentem uergit. Ambigo ex am & ago, proprie significat circumago circundo. Augustinus: Quibus muris ambigare? hinc Ambages. Item ambigo, id est, dubito: unde ambiguus, id est, dubius. Item discordem esse. Terentius in Heaut. Simo & Crato uicini nostri hic ambigunt de finibus, me accipere arbitrum. Olim habuit ambaſtum: unde ambaſtus, id est, circūdatus. Nō me latet multos grammaticos ambegi dicere, sed apud alios nō est in usu, suffragatur mihi Sulpitius.
- Traho** ¶ Tho dat xi, ctum. Duo sunt uerba in ho, & faciunt xi in præterito, & ctum, præcedente cin lupino, traho traxi tractum. ueho uexi uectum.
¶ Traho, ut ad me rapio. hinc trahere ut traha, uehiculum sine rotis. Attraho, ad me traho. Abtraho, aufero. Contraho, in unum traho uel colligo. Horatius: Contrahas uento nimium secundo turgida uela.
 Vergilius: Cōtrahimisque uiros. Etiam significat conuenire uel in coniugium uenire. Hinc contractus, id est, cōuentio. Contractus, contracta contractum, ut homo contractus, cuius membra ita in unum contracta sunt, ut nihil agere liceat: Subtraho, clam aufero. Distraho, in diuersa traho, ut Hippolytus fuit distractus equis in diuersa nitentib⁹. Etiam significat uendo, detraho, aufero. Terentius: Accurrunt serui, foccos detrahunt. Etiam est malum clam de aliquo dicere. Hieronymus: Nulli detrahas nec in eo te sanctum putes si ceteros laceres. Trahō frequentatiuum. Petrus trahauit me humaniter. Etiam significat attingere, in manu habere, uel legere. Persius: Rem populi tractas. Cōponuntur ab hoc frequentatiuo multa, & mutant omnia a in e, ut attrahō cōtrahō, frequenter in manibus habeo & contingo. Felis amat contractari. Laico nō licet cōtrahere sacratum calicem. Detrahō, recuso, ut bos detrahet aratrum. Obtrahō, obloquor, uel detraho alicui, & inuidia prosequor. Valerius Maximus libro primo cum accusatiuo ponit, dicens: Ne quis ignoret quantum interfuerit cecinisse deorum laudes & numen obtrahasse. Ueho, id est, plausiro uel quadrupede daco. Uehiculum & uehes, id est, plausistrum, uel currus. Aueho, ad aliquem ueho. Eueho, exporto, extollo. Vergilius: Pauci quos equus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus. Perueho, usque ad finem ueho. Proueho, promoueo, perduco. Liuius: Ad summos honores, alios scientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit. Inueho, in aliquid ueho quod pro carpere male cepisse Philæphum notauit Bebelius: quia pro carpo inuehor, deponentialiter solum dicitur. ¶ In io per i consonantem unicum est uerbum, meio faciens minxi mictum, & significat urinam facere. Persius: Sacer est pueri locus extrameite. Horatius. 2. serm. Diuior aut formæ melioris meiat eodem. Mart. Minxisti corrente semel Pauline carina. Meiere uis iterum iam palinurus eris. Iuuen. Cuius ad effigiem nō tantum meiere fas est. Catul. Meientis mulæ cunnus olere solet. Médose legitur in quibusdam libris mingentis, teste Nebrissensi cū quibusdam doctissimis. Sic in sacris: Nō reliquit usque ad mingentem ad parietem. Nebrissensis credit uitio librariorum mendum esse pro meientem. Et reuera licet olim in usu fuerit mingo, tango, tamen multo elegantius est meio, quod sæpissime inuenies, mingo uix unquam. A meio sunt immeio cum datiuo apud Persium in sexta Sætyra. Permeio cum accusatiuo. Horatius: Hunc per minkerunt calones atque caballi. Mictito mictitras, frequenter meio. Micturio, cupio meiere, Diomedes dicit præteritum à meio esse meñ, sed in usu est minxi.
- Verbo**
- Ambigo**
- Traho**
- Trahō**
- Attrectō**
- Cōtrahō**
- Obtrahō**
- Ueho**
- Meio**

Lo dat uir:colo, consulo, & oculo dantur in ultum.

Altum dic uel itum, molitum molo:celloq; celsum,

Cælo facit ceculi culsum:pepuli dato pulsum,

Velli uel uulsi dat uulsum:fallo fefelli

Falsum:sublatum dat tollo sustulit atq;

Sallo facit falli falsum,psallo dato psalli,

Nulla supina dabunt psallo,uolo:iungito prolem.

¶ Verbum desines in lo, facit præteritum in ui q diuisas syllabas, ut colo colui, uolo uolui, alo alui, consulo contului, oculo ocului, cello cellui, cuius cõposita in usu sunt, ante celo ui, excello ui & cætera, molo ui. Inter hæc colo, cõsulo, & oculo faciunt supinum in ultum, ut cultum, cõsultum, occultum. Alo dar altum uel alitum. Molo solum molitum, licet inter neotericos quidam dicant habere multum: unde faciunt nomen multor, inter hos etiam est Calepinus: Ego auctoritatem desidero: nam apud ueteres inuenio solum molitum & molitor. Cæsar lib. 19. Trium mensium molira cibaria sibi unumquemq; domo efferre iubent. Plaut. in Menæchmis: Nimioq; edo libentius molitum q molitum prebeo. Hinc molitor, q uulgo molendinarius dicitur & barbare multor. Cello sine diphthongo, cellum facit: unde nomina cellus, excelsus. Participia autem excelsus excelsurus nusquam inueni. Hoc cello significat id quod cedo cessi celsum. Cælo cum æ diphthongo ceculi culsum facit, & significat cædo cecidi cæsum. Hinc in usu est percælo. Pello facit pepuli pulsum. Vello uelli uel uulsi uulsum. Seruius negat uulsi latine dici, sed tallitur. Lucan. lib. 7. Auulsi laceros percussa puppe rudentes Turbo uorax. Idem lib. 6. Illa genæ storem primæuo corpore uulsi: sed Lucan apud Seruium interim est malus larinitatis autor, ut patuit in distiõne fastus uel fasti: ideo alioq; auctoritate nobis est usus. Laberius apud Diomedem: Aliqua parte præuulserat. Aulus Gelli. lib. 5. Stirpem ingentem uestigio pedis eius hærentem reuulsi. Fallo facit fefelli falsum. Tollo sustuli sublatum à cõposito suo sustulio. Olim geminato præteriti principio tollo fecit tetuli. Terentius apud Diomedem: huc tetulisse pedem. Sic apud Plautum persæpe. Sallo falli falsum. Psallo psalli sine supino. Bassus: Calliope princeps sapienti psallerat ore. Caret etiam supino uolo cum suis, ut malo, nolo. Neoterici uoliti dicunt & nolitum, ut plura sine ueteris auctoritate. Olim uidetur supinum fuisse uultum, unde nomen uultus us, ui. Colo, adoro, ueneror. Plau. Ego te semper ut parentem colui. Deum colimus. Et exerceo, ut colo rem militarem, colo terram. Et habito. Ver. Pallas quas condidit arces Ipsa colat, nobis placeant ante omnia syluæ. Hinc cælicola, qui cælum habitat. Sic amnicola, môticola, syluicola &c. Et diligo. Terentius in Heau. Quippe forma impulsu nostra nos amatores colunt. Et duco. Vergi. 2. Georg. Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini. Et orno. Plautus: Quin tu te colis antequam ex eas domum. Cice. Erat enim nõ tam grauis q elegans & facera & culta oratio. Cultus corporis, id est ornatus. Cõposita penultimam corripiunt, ut accolo, prope habito. Incolo, in habito. Circũcolo, circũhabito &c. Recolo, i memoria repero. Excolo, pcolo, exorno. Cõsulo cũ datiuo, id est, cõsiliu do, ut senes iuniorib; cõsulunt, & puidéo, ut male cõsulisti fama tua. Consulo cum accõ, id est, peto cõsiliu, ut si cõscientia urgeat, sacerdotem cõsulito. Oculo, id est, abscondo, occulto as. Lactan. lib. de na. Plurimi sunt qrum peccata occultantur. Alo, id est, nutrio & augeo, ubi de incorporeis loquimur. Cicer. Honos alit arces. Participium melius est alitus q altus, uitãdã ambiguitatis causa, auctor Diomedes,

Lo

Moliturum

Cello
Cælo
Pello
Vello

Colo

Cõsulo

Oculo
Alo

DE VERBO. PRAEETE. ET SVPIN.

- Molo** nec tamen male dicitur altus Sal. in Iu. Et omem aetatem Arpini altus. Alimentum. q̄ ali-
mur. Alimentarius, ad alimenta pertinens, ut lex alimentaria quae p̄uidebat ut filij ale-
rent parentes. Alimonia, id est, alimentum. Alumnus quem qs alit. Aliq̄ etiam qui alit.
Plin. libr. 3. de Italia: Terra omnium terrarū alumna. Altor, altrix, qui qua ut alit. Molo,
id est, mola tero uel cōmingo. Corripiūt aut̄ cōposita penultimam, ut cōmolo, simul mo-
lo. Lactan. de opi. Cōtritos & cōmolitos dentibus cibos colligit. Emolo, perfecte molo.
Persi. Emole qd̄ metuis. Molitor apud Auso. multor nusq̄ (ut opinor) leges. Immolo as,
primae, id est, sacrifici. Cello sine diphthōgo, id est, cedo, iam q̄b̄soleuit. Cōposita in us
funt, excello, antecello, praecello, id est, praecedo & supero. Dicimus q̄q̄ per secundam ex-
celleo. Cic. in epist. ad filium, teste Nebrissenf. Quare effice & elabora, ut excelleas. Cel-
sus, id est, sublimis, altus, excelsus. Celsitudo excellentia. Lactan. lib. 7. Qui omes licet elo-
quentia excelluerint. Cello cum a diphthōgo, id est, caedo uel frango, extra cōpositionē
iam nō utimur. Procello i. percutio, euerto, hinc pcella. i. uenti cū pluuia, nec durans,
& in mari potius q̄ in terra. Percello idem. Varr. Alius tenerā abietem solus pcellit. Ver.
s. Aen. Perculit & fulua moribundum extendit arena. Taci. Ingens rerū tumult⁹ pculsit
ciuitates: p̄m̄ fecit perculli, ut uello uulsi. Sic Terē. (ut notauit Nebrissenf.) in Andria:
Perculsi ilico animum. Libentius dicam perculi. Amplius de praesenti. Prudentius. Rara
reos iusta percullit poena securi, id est, raro fit iusta punitio. A perculum est participiū
percussus. Ver. Quarum sacra fero ingenti percussus amore. Percussus animo, id est, per-
turbatus & timore cōcussus. Percussus, ad animum saepius refertur, percussus ad corpus.
Percello etiam disterre significat. Lucill. Ad nonum hoc percullit annum. Recello. i. hu-
milis fio, & recinor. Interdum actiue ponitur pro recinno. Pello, eicio, remoueo. Boet.
Gaudia pelle, pelle timorem. Et percutio. Terentius. Tu ne has pepulisti fores? Hinc pul-
so pulsas, percutio. Lex duodecim tabularum apud Senecam, Qui parentem pulsauerit,
manus ei praecidatur. Propello, procul pello uel amoueo u' ultra duco. Propulso as, idē,
ut propulso iniuriam. Perpello, perfecte pello, & induco. Linius libro primo, In-
censam multitudinem perpulit ut imperiū regi abrogaret. Appello uel aspello, amoueo,
Repello, remoueo. Repulsa, reiectio a petitione. Ouidius, Nullam patere repulsam. Ex-
pello, eicio. Impello, urgeo, induco. Cōpello, cogo. Depello, amoueo. Appello, u' addu-
co, ut uentus in portum nauem appulit. Nauis appuisa est in portū. Dic etiam nauis onu-
fia mercibus appulit. Suet. in Galba, Ac subinde Alexandrina nauis detorsa appulit armis
onusa sine gubernatore, sine nauta ac uectore ullo. Nec aliter uidetur loqui Lucan. Qui
uēat externis terris appellere naues. Appello as, primae, id est, nomino, uel alloqr. Cō-
pello as, alloqr. Interpello as, similiter primae, id est, sermonem alicuius interrumpo.
Vello in pro (ut dixi) uel li. Ver. Cynethius autē uellit & ammonuit. Idē, Nec patris Anchi-
sae cineres manes ue reuelli: aut nulli. Luc. li. 4. Castroz ficas de cespite uulserat herbas.
Vello, id est, extirpo. Hinc uulsus & antique uolsus, id est, depilatus, mollis, effaxminat⁹.
Marta. Mens est Pannice uolla tibi. Hinc uollfella, dicuntur instrumenta ad pilos euellē-
dos. Hinc auello, abstraho. Euello extraho. Diuello, distraho, aufero. Cōuello, simul uel-
lo. Vello etiā significat moueo. Ver. Postesq̄ a cardine uellit. Fallo, decipio. Terē. Eho q̄so
laudas eos qui heros fallunt? Fallit me, id est, nescio. Refello, qd̄ dictum est falsum esse
ostendo, mutat in i. Linius, Ea nec in firmare nec refellere in animo est. Hinc fallax, fal-
lacia & caetera. Fallo etiam, id est, lateo. Linius, Speculator Carthaginensis qui per bien-
nium fefellerat, Romae deprehensus praecisus manibus dimittitur. Horat. in epist. Nec ui-
xit male qui natus in orientisq̄ fefellerit. Tollo, id est, eleuo, & sublimo. Plautus, Tolle ca-
put. Et capio uel aufero. Horatius, Tolle querelas. Pauper enim non est, cui rerum suppe-
tit usus. Et differo. Plautus, Omnes tollo ex hoc die in aliū diē. Et suscipio. Suet. de Nero-
nis parente, Decessit Pyrgis morbo aquae intercutis sub lato filio Nerone ex Agrip-
pina Germanici genito. Et nutrio. Terentius, Quicquid peperisset decreuerunt tollere.
Attollo, in altum tollo. Contollo, contra tollo. Plautus in Aulula, Contollam gradum

Extollo, eleuo, exalto, magnifico. Plaut. Extollo ambo capita. Et differo. Cæcilius: Abi intro, atq; isthæc aufer, tñ hodie extollat nuptias. Protollo, differo, plongo. Cælius: Ne q̄ ultra decimum mensem fertura mulier; protolli potest. Plau. in Cassi. Protollo mortē mihi. His nec preterita nec futura dabis, nisi eadem est à v̄bo fero cōpositis, ut extollo ex ruli elatum &c. Sultollo. i. tollo, eleuo. Sallo, sale cōdio uel cōspargo. Sallus, sale cōspersus: & qui salibus & scommatis hominem aspergere nouit, ut apud Horatiū, salus hō. Infulsus, nō salus & ineptus. Mumius: Isthæc sum multo sale salurus. Luci. apud Priscianū: Sallere muranas mercem in frigidaria ferre. Sall. in 3. hist. Parte cōsumpta, reliqua cadauerum ad diurnitatem usus fallerent. Produciū positione, ut religio, teste Nebrissen s̄. Et p̄ eodem cum unico I, teste eodem, dicit per quartam salio salui itū, contra Diomedē. Celsus lib. 2. Pisces qui salem nō patiuntur solidi ut saliant. Sic Hierony. in Lucam. Quod si sal euangerit, in quo salietur: Linius An. Salicurus isthæc mittam salem. Cornelius Seu. Ad quem saliti pomiliones afferebant. Idem alio loco: Distractus atq; salitos. Sallu. apud Diomedem in. 4. hist. Reliqua cadauera salita. Valeri. Max. lib. 7. Reliquias salire nō dubitauit. Vereres etiam per secundam fallo es, ut doceo es dixere. Fabianus apud Diomedē: Cum caro faller diurnior est, id est, salit. Psallo præcedente p̄, cano, & proprie instrumento musico. Sall. Psallere & cantare doctius q̄ probæ mulieri satis est. Hinc psaltes, psalmus, psalterium. Psallo græcum est latinitate donatum.

Salle

psaltes

Mo per uī, dat itum; tremo ponitur absq; supino.

Dant p̄si ptum demo, promo, cum sumere, como,

Vult emī emi emptum; geminans s̄, dat premo s̄i ssum.

Q Verbū desinens in mo, facit ui per duas syllabas & itum, ut uo mo ui, uomitū, id est, per os cicio. Hinc euomo penultima breui, id est, effundo ē s̄tō macho. Terenti. lbo & requirā fratrem, ut in eū hæc euomā. Reuomo, rursus uo mo. Prouomo, longe uo mo. Fremo uī, itū, grauius & confuse sono. Dauid: Quare fremuerunt gentes, & p̄p̄i meditati sunt inania. Fremor & fremitus, indignantium sonus. Gemo ui itū, præ angustia in sonū prorū po. Et transfertur ad inanimata. Vergi. Gemit sub pondere cymba. Ponitur pro flere & flebiliter canere, ut turtur & quædam aliæ aues dicuntur gemere. Ingemo, ualde gemo, penultimam corripit. Lucanus: Quid uesane gemis: fletus quid fundis inanes: Hinc gemitus, talis præ angustia sonitus. Tremo uī, caret supino, cōmoueor & agitor, beuen. Plautus in Ašina. Non placet, pro mōlito est, q̄a qui sudat, tremit. Et timeo, quia timentes tremunt. i. corpore agitantur: unde tremor, talis membroꝝ agitatio & timor. Tremendus, id est, ualde timendus. Verg. Cur ante tubam tremor occupat artus. Intremo, ualde tremo, penultimam corripit. Quatuor in mo habent p̄si ptū, demo dempsi demptum, pmo p̄si ptū, sumo p̄si ptū, como compsi compitū. Demo, id est, aufero. Horat. Deme super cilio nubem: uolunt esse a de & emo, & ita in præterito nō obseruat regulam simplicis. Promo, p̄fero, eloq̄r, expono. Plaut. Prompsisti tu illi uinum nō p̄mpsi. Ver. Lætīq; cauo se robore, p̄munt. Lanctan. lib. 3. Longum est uniuersas uirtutis species, p̄mere. Promus, qui promit esculenta & poculenta, ut cōdus qui condit. Plau. in Ašina. Ego sum promus, condus, procurator pent. Composita produciunt penultimam, ut expromo, perfecte promo: depromo, extraho, declaro. Verg. Depromūt tela pharetris. Sumo, multum & penultimam mihi tribuo. Cic. pro Planco. V̄ q̄ non mihi tantum sumo iudices atq; arago. Et accipio. Sallu. Epistolam super caput temere positam sumit. Item eligo. Plaut. Sumat aliquem ex p̄plo admonitorē officij sui. Et conduco. Cic. Quoad enim peruentum q̄ sumpta nauis est, nō dñi est nauis sed nauigantium. Et consumo. Terent. in Adel. I ergo intro & cui rei opus est, hilarem hunc sumamus diem. Et impendo. Idem in Phor. Nunc argensum atulit, fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia, id sumam, id est, impendam, ut

Vomo

Fremo

Gemo

Tremor

Demo

Promo

Sumo

Donatus exponit: hinc sumptus. i. expensa. Composita produunt penultimam. A sumo; accipio. Cic. Neq; id onus inuitus assumpsit. Et nimiti tribuo uel uendico. Idem: Si id mihi asumo uideor id mihi meo iure quodam uendicare: absumo, p. fundo, cōsumo, resumo, repeto, presumo, ante capio &c. Como. i. orno, & maxime capillos: cōptus, ornatus: incōptus, inornatus. Emo emi emptum. i. cōparo, mercor, ut emo librum. Composita mutat e in i breuem, ut redimo redemi redemptum. i. rursum emo uel libero. Adimo, aufero, Ouidi. Nam uires adimit Venēris damnosa uoluptas. Diomedes dicit esse a demo, cui non credo. Eximo, extraho uel excipio, ut eximo gladium. Exemptus, exceptus. Interimo & perimo. i. interitio. Dirimo. i. separo. Vergil. Et praelia uoce diremit. Coemo. i. emo uel si mul emo, nō mutat e in i. Premo pressi, sum, utrobiq; gemino s. calco uel innitor alicui rei cum pondere. Ver. 2. Aeneid. Veluti qui sentibus anguem pressit humi nitēs. Et stringo. Hierony. in plo. Job. Ut si uelis anguillā aut murænulā strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabit. Et firmo. Idem in Paulo: Quo cognito gradū pressit Antonius. Et uexo. Verg. Numina nulla premunt mortali uergemur ab hoste. Et effodio. Idem: Sulcumq; sibi premar ipsa carina. Et insequor in sistoq;. Idē: Hac fugerēt Graij premeret Troiana iuuentus. Et urgeo. Idem: Ingenti clamore premes ad recia ceruū. Et abscondo, occulto, Idē: Spem uultu simulat, premit altū corde dolorē. Et expello. Varro: Inuitamq; pressit ab aedibus. Et cohibeo. Verg. Imperio premit, ac uinculis & carcere frenat. Composita mutant e in i breuē, ut cōposita ab emo, ueluti supprimo suppressi suppressum. i. occulto uel abscondo. Reprimo, retrorsum premo uel retineo. Verg. Obstupuit retroq; pedem cum uoce represit. Opprimo, perturbō eneco, extinguo. Naso: Opprime dū noua sunt subiti mala semina morbi. Imprimo, in aliq; premo. Exprimo, premēdo extraho. Et etiam eloquor. Plini. Exprimere nō possum quanto gaudio sim affectus.

2b Ponere cum gigno per ui, per itumq; locabo.

Dico cano cecini cantum, per ui fit & entum

Proles, dat temno p̄si ptum, sed uertimus in tum

Præteritis siui, spreui, strauī, quoq; creui.

Lini uel leui leni ue litumq; supinum est.

Verba in no pauca sunt, nec datur hic regula, sed ponunt singula, ideo pono & gigno hñt ui p̄ duas syllabas & itū, ut pono posui positū, gigno genui genitū. Posui ut audiui, etiam dixere ueteres. Plaut. in Vitularia apud Priscianū: Vitulum sequeltrum posuimus, Apuleius in Herm. Cibatum quem inuicundum esse uobis animaduertent, eum apposi uerunt. Catullus similiter posuit usus est, ut in uersificatoria p̄bauī. Pro gigno ueteres geno dicebant. Hinc mansere genui genitum. Varro in Andabata: Sed q̄ hæc aliquid genuit. Lucret. lib. 4. Totum posse extra corpus durare geniū. i. gigni. Cano cecini cātum, Composita faciunt ui per duas syllabas, & centum, ut præcino præcini præcentū. Sall. tamen occanui dixit, teste Seruio, per primam uocalem, quam ab hoc uerbo cōposita mutant in i: uerba Sallu. in. 1. hist. sunt: Iussu Merelli cornicines occanue. Cano etiam solebat habere canui canitum: unde Hiero. antiquitatem imitatus dixit in Apocal. Qui erant tuba canituri. Habuerunt quoq; hæc cōposita regulariter præterita accini, cōcini, occini &c. & ita Probus dixit habere. Vnde canitur in uigilia natalis dñi: De quo p̄pheta præcinerunt. Temno p̄si ptum. Sino siui stum. Terent. in Adelp. Quia nō fuit egestas: ueteres per n̄ femiuocale in prō siui dixere, teste Diomede. Pub. Qd̄ si me inuitū abire sinisset: nūc siui ut triui tñ dicimus. Var. in. 6. cōplexi. Ad mortē nō siui me p̄duceres. Sic de sino desui facit nō desini: sperno spreui spreui: sterno strauī stratū, cerno creui creui, testibus

Emo
Coemo

Premo

Pono

Geno
Cano

Occanui
Canituri

Temno
Sino

Diomedē & Phoca, licet p̄m̄ & supinū in simplici rarenter legant. Plaut. in Cistell. Cū ego
 te amari mea Antiphila, & meam amicā esse creui, id est, uidi. Carullus creui pro decreui
 dixit, ut in uersificatoria ostendi. Lino lini, uel liui litum uel in p̄s̄ leui: Vnde lino supi-
 num non habet, & leui ex obsoleto uerbo leo manit ut ante diximus. Varro de re rusti-
 ca: Cum obliuerit uasa. Lini per n raro reperitur. Quintilia in decla. caci: Et ne quid ce-
 leris impio deesset, mariti tui cuore parierem linisti. leui s̄p̄issime. Horat. i. carmin. Cō-
 ditum leui datus in theatro cum tibi plausus. Terent. in Heaut. Releui dolia omnia. Po-
 no, colloco, constituo & depono, ut pone metum, ualeo. Cōposita penultimam produ-
 cunt, ut depono, deorsum pono, ueluti Deposuit potentes de sede. Et loco ad custodien-
 dum. Depositem quod sic ponitur. Depositor, qui deponit. Depositarius, qui depositū ac-
 cipit. Expono, ex aliquo pono. Verg. Socios de puppibus altis pontibus exponunt. Et de-
 claro. Tullius: Exponam breuiter cōsiliū protectionis meae. Et expendo, ut multos nū-
 mos exposui. Et abicio, ut meretrix exposuit filium suum. Impono, in aliquo pono, ut
 imposui territabulum fabis. Cum datiuo significat decipio. Hieronymus in Genesi: Cur
 imposuisti mihi. Impositor, deceptor. Impostura, deceptio, fallacia, & dicunt sic p̄ sinco-
 pam, ut repositum aliquando pro repositum. Verg. Manet alta mente repositum iudicium
 Paradisi. Appono, ad aliquid pono. Et antepono. Quid appones conuiuijs? Præpono, id est
 antepono & præfero. Multi diuitias preponunt uirtutibus. Propono, id est, antepono ut
 consideretur. Naso: Proponas animo multa ferenda tuo. Compono, conficio, & cōstruo,
 ordino, iungo, dispono, cōparo. Verg. Sic paruis componere magna solebā. Et finto. Idē:
 Ante diem clauso componet uesper olympo. Dispono, id est, ordino, ut dispone domui
 tue. Gigno, id est, genero: de uiro & de femina dicitur. Ingigno, in aliquo gigno. Tullius:
 Natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi. Ingenitus participium, in ali-
 quo genitus. Ingenitus nomen, id est, non genitus. Cigno etiam signat produco aut facio.
 Horat. Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram: Ira truces inimicitias, & fune-
 bre bellum. Cano, id est, canto. Verg. Non canimus surdis. Et carmine describo. Idē: Ar-
 ma uirūq; cano. Et diuino uel p̄pheto. Idē: Ipse canas oro. Et laudo. Idē: Iban̄ aequati nu-
 mero regemq; canebant: hinc canus, canor & cantio. Accino, ad aliquid cano: unde accē-
 rus. Concino, simul cano & consentio: concertus, multorum cantus. Incino, intus cano.
 Intercino, inter aliqd cano. Occino, cōtra cano. Precino, ante cano aut prædico. Succino,
 post aliquem cano, aut summissa uoce cano. Perfi. Quid istas succinis ambages? Temno &
 contemno, i. sperno. Ver. Discite iustitiam moniti & non temnere diuos. Terent. Ego illū
 contempsi præ me. Donatus uult principale esse contemno, & temno dici per aphoresim
 i. ablationem literæ uel syllabæ a principio dictionis. Sino, permitto. Varro: Sine is ad
 pubertatis annos perueniat: hinc desino desui, & penultima breui desitū. cesso uel ter-
 mino. Ver. Desine plura puer. Naso: Desinet ante dies q̄ cōseqū oia dictis. Desit^o, i. omissus
 & obsoletus. Verbis desitis non est utendū. Sperno, despicio, contēno: olim significabat
 separare. Ennius: Ius atq; equum se à malis spernit procul. Desperno, ualde sperno. Varro
 Hō ridiculus & ab omni pube despretus. Ab asperno fit deponens prima asperno aris,
 id est, sperno. Sterno, i. proicio in terram. Sternax equus, qui fessorem deijcit. Et operio,
 ut sterno uiam lapidibus. hinc stirarum uel ta, sterno lectum, sterno equum, sterno terram
 rapetis uel floribus. Insterno, tego. Ver. Fului insternor pelle leonis. Sterno hostem, i. fun-
 do, deicio, cedo: stiratus exercitus, i. casus. Desterno, i. firaturam tollo. In Gene. Destrauit
 camelos. Consterno as, prima: i. turbo. Sallust. Qua victoria elati hostes, nostri territi at-
 q; consternati discessere. Cerno, uideo. Tull. Proprium est stultitiæ aliorum uitia cerne-
 re obliuisc̄i suoy. Et decerno, i. statuo & delibero. Cic. lib. 3. de legibus: Quodcumq; sena-
 tus creuerit populūse inserit &c. Lucil. Postq̄ præsidium castris educere creuit. Et sepa-
 ro, diuido, quod incernere quoq; dicitur. Plinius libro. 18. Rursus quæ transit arctiore cer-
 nitur: hinc incerniculum, cribrum dicitur. Et dimico. Plautus: Pro patria Amphitryo dū
 cernit, Cerno ha reditatem filio, i. cedo. Præteritum aliq̄ erat cerni. Liui. 1. 7. Et qd haud

Lino

Pono

Gigno

Cano

Temno

Sino

Sperno

Sterno

Cerno

Line

minus timendum erat stolidè ferocem uiribus suis cernerat Succerno, diuido. Plini. Farinatio cribro succernunt. Decerno, statuo. Decretum, id est, statutum. Discerno & fecerno .i. distinguo. Secretus, occultus uel separatus. Excerno, purgo. Excrementum, purgamentum uel sordes. Lino, aliquid superinduco, smeren. ut lino faciem carbone, atramento, pulre &c. Lino uulnus oleo. Interlino, aliq̄ superducto picturam uel scripturam destruo. Hinc litera interlita: talis maculatio litura dicit. Oui. Quasq̄ aspicias lachrymae fecere lituras. Lino item, id est, obturo. Vergil. 4. Geor. Neq̄ illa nequicquam in tectis certatim tenuia cera spiramenta linunt. Lino uas argilla. Iuuenalis: Nam quis plura linit uicturo dolia musto? Allino, ad aliquem lino, ut allino atramentum uersui male cõposito. Oblino, id est, lino uel inquino. Ouid. Oblitus à dñæ cede libellus erit. Illino, sublino, collino, id est, Plaut. Ei os subleui mō. Idem: Tibi os est sublitum probe, id est, egregie deceptus uel illusus es. Relino, lituram rollo, & aperio. Terenti. Relcui omnia dolia mea: penultima in præsentī & supino corripitur.

Po p̄si ptumq̄ facit: rupi ruptum dabo rumpo,

Donat uī per itum strepo cum crepo: dat coquo xictum.

Vult lingo liqui, lictum natis dabis apte.

Repo

Verbum desinens in po, facit p̄si & ptum præcedente p. repo rep̄si rep̄ti, sic carpo, serpo, clepo, sculpo, scalpo. At rumpo dempra m, facit rupi ruptum: strepo uī itū: crepo (q̄ sæpius primæ conugationis est) facit uī itū. Repo animalium est uentre gradientium, ut sunt lumbrici, serpentes &c. repunt etiam lacerte & similia, quib̄ minimi pedes sunt. Reptilia, sunt animalia quæ repunt. Composita penultimam producunt, ut adrepo uel arrepo, ad aliqd̄ repo. Correpo, simul repo. Erepo, difficilia loca akendo. Irepo, intro uel latenter repo. Obrepo, clam uenio. Senect̄ obrepit homini. Somnus obrepit oculis. Per repo, ad finem repo. Prærepo, antè repo. Carpo carpsi ptum, tollo. Ver. Carpent tua poma nepotes, equus carpit gramen. Et reprehendo. Petrarcha: Facile est alicnam carpere uitam. Et capio, ut carpo cibū: carpo uiam, id est, eo: carpo uitales auras, id est, uino: carpo lanam, id est, attenuo: carpeim, id est, hinc atq̄ illinc carpendo, non ipsam seriem sequendo. Cõposita mutant a in e, ut decerpo, id est, carpo, plucken. Excerpo, eligo uel ex aliq̄ carpo, excrivo. Plinius de auunculo suo: Nihil enim legit, q̄ non excerperet. Discerpo, id est, in multas partes carpo, uel frango, uel disrumpo. Serpo, id est, repo. Serpens, i. anguis, quia serpit: transfert ad inanimata, ut pestis serpit, hedera serpit, riuus serpit. Inserpo, intro serpo. Proserpo, longe serpo. Clepo is, clepsi cleptum, id est, furor. Lilius: Si quis clepsit ne populo scelus esto: ne ue cui cleptum erit. Plaut. Rape, clepe, harpaga. Cic. de repub. Non mō ut spartæ rapere ubi & pueri clepere discunt. Prudenti. Q̄ rapere ac clepere est, auideq̄ abscondere parca. Cice. Ignem Prometheus clepsisse dolo dicitur. Seneca in Hercule furenti: Opponit ac regmine ingenti clepit, id est, tegit abscondit. Priori in clepo corripī, uersus ratio indicat, quia est iambicus trimeter archilochius. M. Manilius lib. 1. Quis enim condentibus illis Clepsisset furto mundum q̄ cuncta regunt. Itaq̄ nemo uereatur hoc uerbo uti, quia apud Latinos iam receptum est. Græci clepto dicunt.

Carpo

Serpo

Clepo

Sculpo

Scalpo

Cleptes æ, id est, fur. Hinc clepsydra, instrumentum per currentem paulatim aquam horas indicans. Et Athenis fons quidam. Sculpo p̄si ptum, id est, cædendo & excauando imaginem aliquam efficio. Ponit hoc uerbum Phocas. Diomedes negat simplex sculpo repetiri, dicit enim. Calco facit inculco, non in calco: scalpo inculpo, quare gemma scalpia dicitur, non sculpta. Adiecta enim præpositione facit inculpta. Id si uerum est, innumeri ferè libri mēdosi erunt, in quibus legimus sculptor, sculprile &c. Scalpo scalp̄si scalp̄tum, non caret supino, ut iam ex Diomede patuit, & per sculpor ostenditur. Plinius tertio. Expetuntur à scalptoribus ferroq̄ includuntur nullam non duritiam ex facili cauā.

tes. Et per nomen scalpura, id est, scalpendi actio. Item: Omnia autem hæc genera scalpurae contumaciter resistunt. Plinius lib. 20. cap. 5. Radice eius circumsalpiti dentes dolo re liberantur. Scalpo, id est, scalpo (si recte dicatur) & fodio unguibus aut pedibus; aliqui etiam aliquo instrumẽto sordes extrico & expolio rem. Scalpurio, idem: & frico ex pruritu. Baptista Mantuanus: Phthiriasim patiens scalpit caput unguibus unciis. Phthiriasis est morbus pedicularis. Scalprum est ferreum instrumentum quo scalpitur corium. Scalpellum, quo scalpitur membrana. Auriscalptum, quo scalpuntur aures. Rumpo, id est, frango, rumpo uocem aut silentium, id est, loqr. Abrumpo, ab aliquo rumpo. Corumpo, destruo uel contamino, maculo. Pecunia corrumpit iudicem: hic corrumpit uirginẽ. Corruptela, id est, corruptio. Dirumpo in multas partes rumpo. Erumpo, uiolenter & cum impetu exeo, ut oppidani eruperunt in hostes. Itrumpo, impetum facio, uel irruo, nel uiolenter intro. Strepo, sonum facio. Per strepo ualde strepo. Papin. Rumor in arcana iam dudũ per strepit aula. Instrepto, in aliquo strepo, apes instrepunt floribus. Instreptio frequetatiuum est. Obstrepto, cõtra strepo, obstrepto literis, id est, rescribo. Sic inter strepo, inquit aliquid strepo, corripit omnia penultimam. Dat coquo xi, ctum. Duo sunt in quo, coquo coxi coctum. Imã, liqui licitum, quo supino in simplici uix utemur, qã nusq̃ legi, sed bene in natis, id est, cõpositis, ut relinquo reliqui relictum. Coquo, cui apto, coq̃ ceruicem nõ braxo. Dicuntur etiam lapides ex terra coqui. Vnde lapis coctilis. Etia signi ficat maturo, seges coquito, sol poma coquit. Percoquo satis & perfecte coquo. Excoq̃, coquendo autero, ignis excoquit auro scoriã, i. immunditiã. Decoquo rebus consumptis clam fugio, ut fallantur creditores. Cõcoquo, id est, (ut uulgus dicit) digero. Plin. So mno cõcoquere corpulentia q̃ firmitati utilius est. Incoq̃, in aliq̃ coquo. Ver. Huius odorato radices incoque baccho. Corripit hæc penul. Cognari, est coquendi artẽ exercere. Cogna, i. culina. Coquinaria, coquendi ars. Coquus, qui coquit. Linq̃, i. dimitto. Relinquo, idem. Delinq̃, pecco. Oblinquo & derelinquo, i. linquo. Delictum, peccatum.

Rumpo

Strepo

Coquo

Linq̃,

Ro uĩ tumq̃ dabit: gessi gero uult quoq̃ gestum;

Vro ussi ac ustum: uerro risi dato uersum.

Curro cucurrit habet cursum: dat uĩ sero natum

Atq̃ ertum: dat & euit itum sub duplici sensu.

Ro

¶ Verbum desinens in ro, facit in præterito uĩ syllabam, in supino tũ, ut tero triui tritum, quero quæstui quæsitum, qđ per syncopam etiam quæstum fecit. Vnde quæstus, q̃stor &c. sero seu satum per primam uocalem. Gero gessi gectum. Vro ussi ustum. Verro uerri uel uerũ uersum. Curro cucurri cursum. Cõposita nõ recedentia à significatione uerbi sero faciunt cui, penultima longa: quando uero non significat seminare uel plantare habent rui & ertum, ut dissero disserui disertum. Sic sero olim habuit serui sertum. Tero, id est, comminuo, frico, tundo, uel cõsumo, ut tero tero, ut tero tero sinapi. Attero ad aliquid tero. Hieronymus, Attrita frõs interpretatur sape quod nescit. Attrita frõs, id est, perfricata & impudens. Plinius: Anguille atterunt se scopulis. Contero, cõminuo. Hinc contritus dicitur afflictus & peccati poenitens. Cõtritio, de peccatis dolor. Detero, dissero, extero, obstero, pterero, perterero, ualde tero. Plin. Nimia cura deditur magis q̃ emendat, id est, inquinat & destruit. Boetius: Pedibusq̃ datas proterit elcas, id est, cõculcando terit. Interro, in aliquo tero. Interro panem in puluem. Propheta: Intriuerat panem in alueolum, id est, uasculum. Retero retruii retritum, i. rursus tero purgo, excerno. Subterro, i. subterro tero. Semitero, i. dimidium tero: & habent omnia penultimam correptam. Tritura est excussio frumenti. Triturare, frumentum excutere. Quero quæsi uĩ quæ sitũ cũ s in præterito & supino, inuestigo, ut quære fratrem. Et interrogo, quero

Tero

Quero

DE VERBO. PRAETERI. ET SVPIN.

Gero

Vro

Verro

Curro

Sero

ex te uel à te. non quero tibi, magister quaesuit de te, id est, quod uulgo dicitur, post te. Cōposita mutant æ diphthongon in i longam, ut acquirō, conquiro, id est, querendo inuenio, nanciscor, adipiscor, uertergen. Disquiro, querendo discerno, exquero uel exquiro, diligenter quero. Inquiro, id est, quero & exploro, pquiro, idem, nusq̄ resumunt diphthongon. Gero, id est, porto, gerulus, portator, & gestator, Gestare. i. gerere. Gero q̄q̄, id est, rego, ut Petrus bene se gerit. Tul. Ego te nusq̄ reprehensione dignum putassem, quū te sanctissime gereres. Gestus, modus gerendi, gelaet. Et ago. Vergi. Nec tecum talia gessi, hinc gelta dicunt magnifica facta, gero morem. i. obedio. Composita corripunt penultimam, ut aggero, apporto, cōgero, hinc agger. Aggero as, primæ. i. augeo. Ver. Incenditq̄ animum dictis atq̄ aggerat iras. Cōgero. i. cōgrego. Digero, dispono. Ver. Ita digegit omnia Calchas. Digesta, sunt libri in q̄bus iura digerunt. Egero. i. exporto, emitto. Ingero, importo. Suggesto, sumministro uel porrigo. Vergil. Suggeste tela mihi. Et in memoriam duco. Tullius, Si memoria mihi forte defecerit, tuū erit ut suggeras. In euange. Spūs sanctus suggeret uobis omnia. Suggestus, altus locus unde sit fmo ad populum, ambo ambonis soli barba ri dicit. Vro, id est, ardore aut frigore, nōnunq̄ etiam alia ui lædo, ut ignis urit me, frigus urit me, calceus arctus urit pedem, flagellum urit nates. Terentius, Vro hominem. i. dolore afficio. Cōposita penultimam, pducunt, ut aduro adussi adustum. Et cōburo, id est, uro, ardere facio. Amburo, ex omni parte uro. Plautus, Ille quidem Vulcani est filius, quaqua tangit omne amburit. Exuro, puro, totum uro. Inuro, in aliquid uro. Inussi notam boui. Verro uerri, teste Caristo. Licinius, Hisce etiam reliquias auerterunt. Publius, Cellas seruoy conuerri. Seruius uult etiam uerri habere, uey doctissimi autoritatem ueterum desiderant, ego libentius uerri in praeterito dixerō. Verro, id est, traho. Inde uerriculum, id est, rete. Vergil. Hinc ysa puluis inscribit hasta. Idem, Quippe serant rapidi secum uerrantq̄ p auras. Et yto uel remigo. Idem, Adnixi torquent spumas & cæruia uerrunt. Cerula, id est, æquora. Et scalpurio, ut gallus uerri terram. Et mundo, Iuuenalis, Verre pauimentum nitidas ostendit columnas. Conuerro, id est, uerro, Columella. s. Diligens pastor stidie stabulum cōuerri, nec patit sterces aut humorem cōsistere. hinc Apuleius ybale facit cōuerrior, tanquam supinum sit cōuerrium, dicens in apologia p magia, Cōuerriorem tumida gingiua. Deuerro, deorsum uerro. Euerro, extra uerro. Curro cucurri. ueteres cecurri p e p u dixerē, teste Gellio. Accurro, ad aliquem curro. Cōcurro, simul curro. Sic excurro, incurro, scurro, facile patent. Occurro, id est, obuiō & resisto. Succurro, id est, auxilior & in mentem uenio. Tullius, Ut eū quidq̄ succurrit liber scribere. Sero seui satum, id est, semino & planto. Lactantius lib. 2. Terram studiosē coluit, ac uineam sua manu seuit. Et generare, unde satus, id est, gnatus, & Iupit̄ dicit hominū deorumq̄ sator. Aliquando significat admoueo, taxo, ordino: hinc series, id est, ordo, & sic facit serui sertum. Ennius. Quam tanto studio seruit. Hinc serua, um, id est, cōtextus. Luca. Accipiunt sertas nardo florente coronas. Sertum, corona de floribus aut herbis. Cōposita penultimam corripunt, ut assero asseui asstitum, ppe sero uel planto. Assero asserui assertum, id est, affirmo & defendo uel libero. Obsero obseui obseui obseui, i. circūsero aut circūdo. Obitus, circūdatus. Ver. Iā fertis obstita iam bos. Obsero obseui obseui, nō inueni. Cōsero cōseui cōstitum, simul semino uel planto, ut horti arboribus cōstiti. Consero rui, ertum. Cōsero manum, id est, pugno. Papinius, Conseruitq̄ manū, nec quem imploraret habebat. Insero inseui in situm, in aliq̄ sero, & ramum alteri arbori (ut sic dicam) im planto. Vergilius: Inserē nunc Melibœce puros, pone ordine uites. In sero inseui insertum, id est, immitto. Qui uult quibusq̄ foraminibus digitum inserere, fodatam interrim extrahit. Desero, solum deserui desertum, id est, relinquo. Terentius: Heu quo redactus sum, omnes noti atq̄ amici me deserunt. Exero exerui exertum solū emitto, uel extendo. Perius: Digitum exere peccas. Plinius: Glottis auis præ longam exerit linguam. Sene. trag. Exerit uultus rubicunda Phœbe. Exerto exertas idem. Dissero rui ertum solum, & in supino alterum s perditur, id est, enarro uel declaro. Edissero, id est,

Furtus, qui bene differit quicquid animo cōcipit. In euangel. Ediffere nobis hanc parabolam. In sacris inferus pro inſitus aliquando mendose legitur. Fero tuli latum. à tulo abſoleto uerbo, hoc in ſequenti lib patebit. Furo. cuius prima poſitio in uſu non eſt, prærito ſupinoꝝ apud ueteres caret, & ſignificat inſanio. Sed uſius noue dixit: Nec minus & Darij furuerunt iuſta tyranni. Quod prima poſitio debeat eſſe furo, non ut Nebriffenſis uult per io. furio oſtendit participium furens, quia dicendum foret furienſ, ut todienſ, factienſ & cætera. Furio aſ primæ, id eſt, ad inſaniam redigo. Ho. Quæ ſolet matres furiar e equarū. Vbi præritum aut ſupinum nō habemus, capimus à ſynonymo, ut furo uel furio inſaniui. aio dixi &c. Preces in nrō rogatio. Scabo in ſupino frictum &c. Verum hæc minutula ſunt & præceptu parū digna.

Furo

Soui tumꝯ facit: ſi ſumꝯ faceſſo, capeſſo
Cum uiſo: pinſo dat pinſuit, indeꝯ piſtum.

So

¶ Verbum deſinens in ſo, facit ſui & ſitum, ut laceſſo laceſſui laceſſitum penultima 16. ga, ut ſimilia, id eſt, uexo & incito aut prouoco. Verg. Efficiam poſthac ne quenquam uoce laceſſas, poteſt etiam in prærito habere laceſſi, ut multi dicunt. Arceſſo iui, itum, id eſt, accuſo, teſte Diome. nam accuſare (inquit) à maleficijs eſt arcere. Accerſo iui, itum, id eſt, eo ad uocandum uel uoco. Horatius: Si melius quid habes accerſe, uel imperium ter. Terentius: Obſtricticem accerſo: hoc uenit ab actio is, ꝑ eodē per quartam accerſio is dicitur recte. Tacit. Pauca præfatus de ſua ſenectute Piſonem Liciniū querſire iubet. Inceſſo iui itum. i. accuſo uel impero & amare irrideo, prouocoꝝ. ¶ Tria ſua in ſo, faciunt ſi, ſum. Faceſſo faceſſi faceſſum, id eſt, facio uel eo ad faciendū. Ver. Haud mora cōtinuo matris præpra faceſſit. Et diſcedo. Plau. Si quis impudicus eſt hinc faceſſas. Terentiꝯ: Hæc mulier hinc faceſſat. Et prohibeo. Cice, in Verrem: Ne innocenti periculum faceſſeris. Idem in eundē: Quum audiuiſſet ei negocium faceſſitū. Ergo faceſſo etiam habet iui itū, ut capeſſo etiam qd ſignificat capio, uel ad capiendum eo. Apud diuum Auguſtinum in .2. de ciuitate dei, Aechynes quum adoleſcens tragœdias aditaiſſet, rem publicam capeſſiuit. Viſo uiſi, teſtibus Diomede & Cariſſo, & cum multis, teſte Alexandro uiſum, licet ſint qui dicant ſupino carere. Viſo, eo ad uidendum, reuiſo, inuiſo, prouo, idem Tullius ad Atticum: Reuiſe nos aliquando. Terentius, Prouiſo quid agat Pamphilus. Pinſo pinſui piſtum, id eſt, fundo, nam ueteres uſu molarum carentes, frumentum piſtillis tundeabant & terebant. Vas concauum, in quo frangebant ipſum frumentum, dicitur pila. Nunc pinſo capimus pro panem facio. Et pro eodem dicitur pinſo aſ, per primam. Calphurnius, Dicitur & niſtrum pinſare legumine panem. Piſtrinum, locus ubi ſerui pinſebant maximo cum labore. Pomponius prærito utitur dicens, Neꝯ molis molui neꝯ palmis pinſui. Supinum etiam eſt pinſitum & pinſum, licet nō frequens, ut piſtum. Colu. lib. 2. Panicum pinſitum & euolutum furſure. Idem pinſus dixit, ut notaui. Sulp. Dio. qꝯ participia facit pinſus & pinſurus. Vnde pinſor pro piſtor. Var. Nec pinſorē ullū noſſent niſi eum q in piſtrino pinſeret farinā. Hinc pinſito aſ, frequenta. Queſo nec præritum nec ſupinum habet in uſu, ut in ſequenti lib. dicit, olim quæſiui & quæſitū habuit. Salluſt. in .1. hiſt. Curionem qſiui ut adoleſcentior & populi ſuffragis integer, ætati concederet Mamerti.

Laceſſo
Arceſſo
AccerſoInceſſo
FaceſſoCapeſſo
Viſo

Pinſo

Xi xum dat plecto cum flecto, neſtare, pecto.
Hæcꝯ xui duo dant: iui peto donat & itum.

To

¶ Verba in to pauca ſunt, ideo nō datur generalis regula. ſingula enumerantur, & primo plecto facit xi, xum, flecto xi, xum, neſto xi, uel xui xum, pecto xi uel xui, peto iui itū. Pecto olim etiam petui fecit, unde peſtium penultima breui. Columella libro. 31. Præparata ſint & peſtæ lana. Et alibi, Verum ubi iam puro diſcrimine peſtita tellus,

DE VERBO. PRAETERI. ET SVPIN.

Plecto de alijs testimonia. Livius Andro. apud Prisci. In solito plexi munere. Sallustius in primo hist. Nexuit catenam mō. Propertius: At tibi qui nostro nexisti retia lecto. Mecenas in Octavia: Pexui capillum naturæ muneribus gratum. Plecto, id est, percurio uel punio. Horatius, Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Plectrum, instrumentum quo fides pulsantur à citharædis. Plecto etiam, id est, flecto: hinc plecta, id est, matra. Perplexus, intricatus & dubius: perplexus, intricate, obscure. Terentius: Pergin seclista mecum perplexe loqui. Inuenitur aliquando habere in præterito plexui. Hieronymus lib. Iudicum: Si septem crines capitis mei lico plexueris & hunc circumligatum terræ fixeris infirmus ero. Flecto, inclino, uoluo, duco, curuo, moueo, ut flecto genua, flecto arcum, supplice pce flectit de^o. Ver. Flectere si neq̄o supos acheronta mouebo. Deflecto, de aliq̄ flecto. Resfecto, itez flecto. Insecto ualde flecto. Circūflecto, circūplico. Offlecto, cōtraflecto. Pla. in Rud. At ego hinc offlectam nauem: flexilis, id est, flexus, flexibilis, flecti potens. Necto, id est, ligo. Nexilis, id est, nex^o, ligatus. Hinc annexo, innecto, cōnecto & cætera. Pecto, capillos orno, uel simpliciter orno. Pexus a, um, id est, ornatus, pulcher, cultus, elegans, ut Horatius: Rides si forte sabucula pexæ tæta subest tunicæ. Impexus, id est, non pexus, ut impexa barba. Frequentatiuum est pexo as. Peto, cupio, oro, quæro, ut peto à te pecuniam. Peto te lapide, id est, persequor. Peto Romam, id est, adeo. Composita penultimam corripunt, ut appero, id est, cupio. Expeto, honeste peto. Comperio, simul peto. Impero, inuado. Oppero, morior. Repeto, rursus peto. Supperio, sufficio & cōuenio uel respōdeo. Plautus: Non suppetunt diuis data.

Mitto facit misi missum si geminando supino,

Sq̄q̄ meto geminans sinit & sum: uertoq̄ uerti

Et uersum: sterto dat stertuit abq̄ supino.

Mitto Mitto dat misi missum gemino si in supino: meto facit messi missum gemino utrobique si. Verto dat uerti uerium. sterto stertui sine supino. Cato apud Priscianū: In campo tiburti ubi horreum demessui. Persius: Postq̄ de stertuit esse Maonides quintus pauone ex pythagoreo. Mitto, ad aliquem do, ut mitto tibi uel ad te librū. Et omitto uel depono. Horatius: Mitte leues spes & certamina diuitiarum. Admitto, ad me uenire sino. Paulus admittit neminem nisi doctum. Cōmitto, cōmendo. Terentius: Quem lupo commisitū. Et facio, ut noli cōmittere ut merito ridearis. Et pecco. Vergilius, Quid meus Aeneas in te committere tærum? Quid Troes potuerit? Et compono uel coniūgo. Commisum, compositio uel coniunctio. Summitto, id est, subdo. Summitto caput, i. obedio. Sāmissus, i. humilis. Loquif uoce summissa, id est, non alta. Omitto, id est, dimitto. Demitto, deorsum mitto, de priore. Hora. Quem sua culpa premit deceptus omite tueri, de altero. Idem. Demitto auriculas ut iniquæ fortis asellus. Meto, segetem uel herbam seco, amputo. Paul^o, Qui parce seminat, parce & metet. Accipitur pro auero. Horatius, Quid uici profunt aut horrea si metet orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro? Demeto penultima breui, id est, amputo. Vergilius: Demetit ense caput. Verto, id est, muto & uoluo: hinc frequentatiuum uerso, id est, continuo uel multum uerto, equ^o uersat molam. Quid uersas animo, id est, quid cogitas. Aduerto, ad aliquid uerto, aduerte mihi faciem. Et attendo, Vergili^o, Paucis (aduerte) docebo. Auerto, ab aliq̄ uerto. Auerte iram tuam à nobis. Animaduerto id est, animū aduerto & noto cōsideroq̄. Terent. Nunc quam rem uitio dent animaduertite. Item animaduerto, id est, punio, & (ut uulgus loquitur) iustifico. Sic accū cum præpositione in habet. Sene. Animaduertit Brutus in liberos suos. Diuerto, declino de uia, Diuerforiū, hospitium aut taberna meritoria q̄ uiatores diuertūt. Diuertor, oris, q̄ diuertit. Diuersito, as, i. diuerto deflecto. Diuerfor aris, id est, uerfor. Diuerticulū, i. diuerforiū aut lectuta, ad quam à regia uia siue militari diuertimus. Etiam significat auisugium, ut pe-

Mitto

Meto

Verto

ne iusti quærunt diuerticula. Diuortium, id est, separatio. Cic. in 2. ep̄la ad Caelium: Est d̄
 uisus aquarum diuortijs: proprie autem est separatio uiri & uxoris. Euerto & subuerto,
 id est, desiruo. Inuerto, in cōtrarium yro, ut uestem aut pellem seu eriam yba p̄postere
 pronuntio, ut lauo uolsa. Inuertit meloram, id est, pellem ouinam, he keird den pels vm:
 adagium est apud nostrates. Interuerto, calide surripio, q̄ plerūq; fit cum rem cōmoda
 tam aut creditam dolo ne dño restituarur efficimus. Plaut. in Asina. Hem isthoc ago quō
 argentū interuertam. Reuerto aut potius deponentaliter reuerto, in praterito tamē re
 uerti melius, id est, redeo. Tullius in Philip, Victor cum legionibus reuertisti. T. Liui. Sub
 idem tempus legati ab regib⁹ Romam reuerterūt. Obuerto, cōtra uerto. Præuerto ut
 or. i. p̄uenio aut p̄curro. Cato. Flammea præuerit celeris uestigia ceruæ. Ver. Volu
 cremq; fuga præuertit Hebrum. Est autem Hebrus Thraciæ fluuius: ueteres uorto, p̄ uer
 to dicebant, ut uoster, p̄ uester. Terent. Dij bene uorant. Hinc uortex, aquarū cōuolutio
 & p̄funditas. Sterto, id est, dormio, & sonum altum dormiendo emitto. Persius: Mane
 piger stertis, surge inquit auaritia. Terent. Hō faruus est, insulfus, tardus, stertit noctes &
 dies. Desterto, cuiusq; Persi. Cor inbet hoc Enni postq; destertuit esse Mæonides quintus
 pauone ex Pythagoræo.

Neutrum sisto nihil dabit, actiuum stitit edet.

Deinde statum format, nobis est Gellius autor.

Sisto neutri generis, id est, sto: caret proprio præterito atq; supino: potest tamen utriq;
q̄ sumere à sto, sisto steti statum: & coposita à sisto capient utrunq; à cōpositis à sto, ut cō-
sisto cōstiti cōstrum. Sic resisto, ob sisto, Assisto, absisto, circum sisto, persisto, desisto &c,
quæ eandem significationem habent cum à sto cōpositis. Sisto actiuum habet stitit in p̄tō
& statum in supino ex sententia Gellij, licet I'risctanus nihil habere dixerit. Verba Gellij
ex lib. 2. noctium atticarū hæc sunt. In lib. uetere M. Catōis, qui inscribit cōtra Tiberium,
scriptum quidem sic erat: Quid si uadimonij capere obuoluto stitisses. Recte ille stitisses
scripsit: sed falsi & audaces emendatores è scripto per libros stitisses fecerūt, tanq̄ stitisses
uanum & nihili uerbum esset, quin potius ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorāt stitisses
dictum à Catone: qm̄ sisteretur uadimonium nō staretur. Hæc ille. Hinc supinum fit sta-
tum: unde siator, qui stitit aliquem prætori, aut dño suo. Nam sisto actiuum significat sta-
re facio, ut sistite lachrymas, id est, noli flere. Ver. Sistite gradum teq; aspectu ne subtrahe no-
stro. Plini. Lactuca syluestris sanguinem stitit. Et præsentio. In euangel. Ut sisterēt eum do-
mino. Stator ergo qui stitit aliquem dño: quamuis aliq; à statione crebra dici uelint. Cice,
in 2. lib. epi. fa. Literas à te mihi stator tuus reddidit Tharsi. Capitur, p̄ satellite etiam &
apparitore, qui reos in ius uel in carcerem ducit, quia stitit eos prætori &c. Aliquando si-
sto à statuo capit p̄m̄ statui. Plaut. in Bacchid. Nauem extemplo statuimus, id est, stitim⁹.
Scodrensis & Calepinus negant sisto in supino habere statum, quia cum stator dicit Iupi-
ter, à sto est, inquit, sed fruiole probat uterq; dictum suum. Iupiter stator, dicit à sisto,
quia stitit. i. stare fecit Romanos in fugam à Samnitibus uersos, nec illud aliquid p̄bat,
q̄ à sisto cōposita habent sensum ybi sto: nā sisto cōposita nulla habet, nisi in neutrali si-
gnificatione, nec quia sisto stitit tacit, oportuit supinum esse stitum si ullum foret, nō ita-
tum, nō magis quā à sero seui serum oporteat esse, nō statum. Multo plura adducit Cale-
pinus ut Vallam improbet, solutu nō adeo difficilia, quibus superfecto. Cōcinit mihi cū
Valla Antonius Nebrissen si s: ipse Calepinus sibi nō cōstat. Nam in dictione sisto negat,
q̄ in dictione siator posita affirmat.

Dat uiuo xi ctum: Soluo ui format & utum,

Vt uoluo, calui caluo facit absq; supino,

V Quatuor sunt uerba in uo syllabam desinentia, quum uiuo facit uixi uictum, soluo solui soluti, uoluo uolui uolutum, caluo calui sine supino: olim annumerabat cauo caui cautum, nunc caueo dicitur. Viuo, i. uitam ago, Perlius: Viue memor leui, fugit hora, hoc qd' loqr inde est. Vicitus, quo uiuimus. Vicitio, id est, uiuo aut uescor. Barbari uicitat lacte. Re uiuifico, rursus uiuo. Conuiuo, conuersor. Seneca: Haerebit tibi auaritia qd' diu auaro conuixeris. Conuiuor, i. conuiuium facio. Soluo, qd' ligatum erat no ligatum facio & enodo, Plautus in Amphi. Noctu hac soluta est nauis nostra e portu Persico. Itaq; soluo aliqui capiuntur pro abnauigo. Philephus: Ad triduū usq; hinc soluere desceui. Capif etiam pro debitorum reddere, quia debitor obligatur creditori. Cicero in Verrem: Pro q' frumento pecunia soluta non est. Item soluo, i. satisfacio. Terentius in Adel. Neq; tu uerbis unquam solues qd' mihi re malefeceris. Et dimitto liberorq; Vergili': Soluite corda metu Teucri. Hinc solutus risus, i. magnus, a curis liber. Soluo fidem, id est, no seruo: absoluo, resoluo, exoluo, dissoluo, i. soluo: dissolutus, id est, uagus, immodestus. Perfoluo, quicqd' deo soluo. Voluo, id est, uerto, uentelen. Terentius: Satis diu iam hoc saxum uoluo: hoc p'um est dissyllabum: uolui a uolo trisyllabum. Voluto, multum saepeq; uoluo. Verg. Talia flammato secum dea corde uolutat. Uolutabrum, loc' lutosus, in q' porci uolutant. Inuoluo, implico: inuolucrum, inuolutio. Aduoluo, ad aliquid uoluo. Deuoluo, deorsum uoluo. Conuoluo, simul uoluo. Inde deducit conuoluolus, q' mis se couoluens in folio arboris aut uitis. Caluo, i. decipio, frustror. Passiuum est caluor eris. Pacuuius: Sentio te parer uocis calui similitudine: dicitur etiam deponentaliter caluor ris. Plautus in Casu. Nam ubi domi sola sum soror manus caluif, i. decipit: supinum foret calutum, sed no est in usu. A caluo fit calunia, i. uexatio alicuius in litibus per fraudem & frustrationem, Iusticheui. Atq; etiam falsa accusatio. Caluo as, prima: i. caluum facio. Calueo, caluus sum. Caluesco, fio caluus.

Nexo xui xum uult; Texo xuit indeq; textum.

Nexo
Texo
Textus

N In xo tertiae uerba duo sunt, Nexo nexui nexum, i. necto. Andronicus per primam nexabat dixit, teste Prisciano. Texo xui textum, i. telam itruo. Terent. in Heaut. Texentē telam iudose ipsam offendimus: ponitur etiam p' componere, facere, fabricare, scribere, colligere, ut historias, tabellas, & huiusmodi. Hinc textilis textile, qd' texedo fit, ut textilis corona, textilis uestis. Hinc textor, texitrix, textura &c. Textum, i. cōpositio & formatio. Vergilius: Et clypei no enarrabile textum: uel textus us ut, uulgus capit pro principali scriptura, quae no est interpretatio uel glossa, uerum no satis recte, ut Merula bene sentit, hoc autem ornate dicitur litera. Attexo, appono, ad aliquid texo. Contexo, cōpono, cōiungo. Detexo, textum destruo uel dissoluo: aliquando significat ualde tego. Retexo, iterum texo & reformo. Quid, Luna quater plenum tenuata retexuit orbem. Et textum dissoluo. Tullius: Itaq; iam retexo orationem meam. Prætexo, ante texo, & abscondo uel tego. Vergilius: Coniugium uocat, hoc prætexti nomine culpam. Prætextus us ui, i. excusatio uel ficta causa. Prætexta, uestis nobilium puerorum erat, cui purpura erat prætexta. Intexo, in aliquo texo.

QVARTA CONIVGATIO.

I Vi quarta facit, ui semper uertitur in tum,

Rescio
Scio

Verbum quartae coniugationis facit in praeterito iui & in supino itum, ut eo iui itum, queo quiuit quitum, audio audui auditum, scio scivi scitum, cio ciui citum. Rescio rescitui resertum, id est, percipio. Plautus: Quid futurus est, cum senex hoc rescituerit. Rescisco, idē. Scio, scientiam habeo. Cōscio, de me scio, & pprie malum. Horatius: Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Conscientia, i. sui scientia. Item scio, i. statuo.

Serum, statutum: unde plebiscitum. Cio, id est, uoco, uide in cio. Crocio, uociferor ut coruus. Crocitus, uox coruina. Crocitare, frequenter crocire. Glocio, sono, ut gallina quoniam incubat ouis. Ferocio, sicut ferox & animosus, uino ferociunt homines. Fastidio cotemno. Lino, i. lino. Copedio, i. ligo pedes. Polio, i. orno. Redimio, orno. Lasciuio, petulans sum. Soppio, dormire facio. Garrio, multa & inepta loquor. Aues garrunt, id est, canillat. Sarrio, i. purgo. Abortio, i. facio abortum. In Iob: Bos eorum non abortiuit. Sic superbio, mugio, munio, mollio, bullio, lippio, grunio, balbutio, & caetera. ¶ Solum duo hic in eo desinunt, scilicet eo & queo. Caetera in io terminantur. Solum haec duo corripunt penultimam lupini, eo & queo cum suis, ut reditu aditu &c. Ambitus tamen participium, producit penultimam, quam ambitus nomen solum corripit. Futurum indicatiui hic desinit in am, ut audiam, eam, queam. Haec tamen duo rectius in bo terminantur, ut ibo quibo. Apud ueteres in ibo & ibor plura desinebant, quae non usurpabimus nunc nisi parce, si comice uelimus dialogum aut comaediolam &c. scribere. Terent. iam seibo. Idem. Hic ego uirum opprobior. Hierony. in biblis: Imprudentes odibunt scientiam. Idem partibor & metibor, & plura dixit. At Seneca. 2. de benefic. Nullam iniet gratiam, dixit: ornatus est inibit. Eo. 1. uado. Hinc iter. A beo, recedo. A deo, accedo. Coeo, simul eo uel conuenio. Obeo, circueo & pergo, ut obeo munus meum, id est, facio officium meum. Obeo mortem, id est, morior. Obitor, mors, perdo, morior. Plaut. Ego illum perisse dico, cui perijt pudor. Prodeo, pcedo. Terentius: Dromo pulsitat, anus quaedam, pdiit, & aperuit ostium. Subceo, sub aliquid eo. Et in mentem uenio. Ver. Subijt chari genitoris imago. i. cogitauit de patre meo. Hinc etiam sunt transeo, redeo, inco, praeterco, exeo &c. Ambio, circumeo, ut lupus ambit ouile. Quidius: Iussit & ambitae circudare littora terrae. Etiam significat honores ambendo homines & rogando petere. In lib. Macha. Iason ambibat summum sacerdotium. Hinc ambitio, affectatio honorum. Ambitus penultima breui, idem. Luca. Ambitus & luxus, & opum metuenda facultas. Hoc etiam circuitum significat. Queo, possum. Nequeo, non possum. ¶ Quaedam creduntur in hac coniugatione carere uel pro uel supi. nec carer, ut Obedio iuratum, id est, obtempero. Plini. lib. 17. nat. hist. Ramo oleae quae maxime sequaci atque obedituro. Sauiuo iuratum. i. irascor, uel crudelitatem exerceo. Desauio, ualde sauiuo. Coesauiuo, simul sauiuo. Obsauiuo, contra sauiuo. Plautus in Epi. Tu is es qui per uoluptatem in mea aeterna obsequisti graueret. Sueton. in Nerone: Per sex dies, totidemque noctes ea caede sauiuitum est. Tacitus: Atrocius in urbe sauiuitum. Satio, sitim habeo. Iusti. Satiare sanguine quem sitisti. Legi sititor a supino sititum, in Apul. lib. 1. de asino: Sititor nouitatis. Phocas dixit carere pro, quod ex Iuliani uerbis falsum esse liquet. Ferio, i. percutio, ferui feritum, uti unquam peraror. Seruius feriturum dixit in. 7. Aeneid. Quem imitatus Petrarca in 8. Africe ait: Pax populi ducibusque placet forduisque feritum. Bap. Matua. pro utit: Glans ignita manu ferijt, mox altera tergum. Apud ueteres tamen neutrum a ferio reperi, nec tamen hi autores penitus spernendi sunt. Referio, repercutio. Plaut. in Asi. Patitor tu idem, ego te referiam.

Singulit uult singultum, sepelire sepultum.

Veneo dat uenum, ueni uentum uenio iust.

¶ Excipiuntur a regula quaedam. Primo, tria secundum regulam facientia praeterita, & contra regulam supini, ut singultio singultui singultu, sepelio sepelium sepultu, ueneo uenium uel ueni ueni, ac uenio facit ueni uentum. Singultio, graueret iustio, & singultu emitto, ut facit festi & intrigidati. Hinc singultim aduerbiu. i. singultiendo. Hora. Ut ueni coram singultim pauca locutus. Singultim loqui. i. cum intervallo & frequenti interruptione, ut uerba recundi & timidi loqui solent. Singulto as, singultum emitto. Sra. Semineces pueri trepidas in lumine uite singultant aias. Et frequenter singultio. Sepelio. i. defunctu modo ubi uis, humi aut in terra. Sepultus, insepultus, ut humatus, inhumatus. Cato dixit Mortuus sepelitus est, ut auditus. Lex. 12. tab. apud Quint. Qui in calamitate parces deseruerit insepultus

Cio
Crocio
Glocio
Ferocio
Polio
Sarrio

Eo

Queo

Obedio
Sauiuo

Sitio
Ferio

Singultio

Sepelio

Veneo abijciatur. Veneo, id est, uendor, quasi uenum eo. Supinum multi grammatici dicunt esse uenum, a quo tamen nullum formatur participium. In euangel. Duo passeris aste ueneur. Veno norum e. Olim per terriam ueno uenis dicebant, autore Marcello. Cōposita corripunt syllabam ue in praesenti, sed in praeterito, pducunt, ut aduenio, id e, ad alquem uenio: hinc aduentus. Aduento adueras, i. ueniendo, ppinguo. Couenio, in unū locū uenio. Cōuentus, cōgregatio hominum. Cōuenticulum idem. Et pactū facio uel cōsistuo. Hinc cōuentum & cōuentio, id est, pactum. Oporret te stare cōuentis, id e, seruare pacta. Et cōgruo, Terent. Hæc fratri mecum non conueniunt. Iuuenal. Sæuis inter se cōuenit urfis, i. sæui urfi inter se cōcordes sunt. Cum accusatiuo significat alloqui. Terent. Egomet conueniam eum. Interuenio, inter aliquos uenio. Terent. Interuenit hō de improviso. Et rogo, ut interuent pro clero. Præuenio, anteuenio, ut præuenisti me. Deuenio, deorsum uenio. Reuenio, redeo. Euenio, accido. Verg. Non hæc sine numine diuū Eueniunt. Euentus, id e, casus. Obuenio, id e, cōtingo. Prouenio, pcedo. Ex arbore bona boni fructus, pueniunt. Hinc, puentus. Plinius: Magnum prouentum poetas; annus hic attulit. Circūuenio, id e, circumdo, ut hostes circūuenerunt nostros. Et decipio. Apfus: Ne quis circumueniat in negotio fratrem suum. Venimus in praesenti penultimam pducit, quam in praeterito corripit. Subueni penultima longa in praeterito, breui autem in imperatiuo.

Pone amicū per uī, per ctum, dat uincio xi ctum.

Sancio iungatur; quod & iui format & itum.

Amicio Amicio facit amicui & amictū, teste Diomede. Brutus in laudatiōe Appij Claudij: Toga praeterea amicit. Actius etiam amicit protulit. Inuentum est quoq; amicitui ut audiui: & significat uestitio. Amictus, id e, uestitus. Amiculum, uestimentum. Plautus: Amiculum hoc sustolle. Vincio uinxi uinctum, sancio sanxi sanctum. Aliquādo etiam fanciui sanctum, ut forsā uinciui uinctum. Vincio, id e, ligo. Vinculum, ligamentum. Deuincio, obligo ut coniungo. Tul. Sanguinis coniunctio deuincit homines charitate. Reuincio, id e, uincio. Sancio, id e, firmo: & proprie effuso sanguine per hostiæ immolationem. Lucan. Romanos sancire uolunt hoc sanguine leges. Pomponius secundus: Sancierat ius utile ciuitati: pro sancierat per synepam. Lucretius: Sancitum quandoquidem extat. Ponitur pro sancto as. Hinc sanctus, sanctitas, sanctimonia &c.

Haurit si stum dat; pfi ptum dat sepio; saltum

Et salui salio, proles formatur in ultum.

Dat pfi psum cambit, legi hæc quandoq; per iui.

Haurio Haurio hausi haustum, id e, humorem excipio, extraho. Haustum, uas in quo hauritur. Et ponitur saepe simpliciter pro accipio & audio. Verg. 4. Aeneid. Vocemq; his auribus haurit. Et apicio. Idem: Haurit cælum mentemq; recepit. Et uulnero. Idem: Latus haurit aperitum. Hausi animo, id e, intellexi. Exhaurio, euacuo, ut diutinum bellum exhaustit ærariū. Supinum inuenitur sine t haustum. Verg. 4. Aeneid. Spero equidem medijs si quid pia numina possunt, Supplicia haustus; scopulis, & nomine Dido saepe uocaturum. Lectum est etiam hauriui hauritum. Varro ad Ciceronem: Cum idem q; haurierit pro hauriuerit. Apuleius. 2. meta. Lagena facilis hauritu. Idem in. 4. Haurito plusculo uncto corporis mei membris perfricui. Idem in. 3. Rorem rigentem hauritum ista confestim deserta urnula. Hausto as, frequentatiuum e. Haustus, forbitio uel hausio. Ouid. Bacchi tibi sumimus haustus. Idem: Haustus aquæ mihi nectar erit. Sepio sepsi septum, id e, obstruo & circumdo. Verg. At Venus obscuro gradientes aere sepsit. Hierony. etiam sepiui, ut audiui fecit, dice

Sepio

Ita capite quinto: Sepiuit eam & lapides ex ea. Salio salui saltum. Ouidius in primo Fa-
sto. Per flammam saluisse pecus saluisse colonos. Habet etiam saluii ut audiui, non tamen
saltum. Papinius. Thebaidos: Excussi salierunt cuspide dentes, id est, saliuerunt. Idem
primo syl. Quanto salierunt pectora uoto. Vergilius in tercio Georgicorum. Mollibus
in pratibus unctos saliere per utres, id est, saliuere. Cōposita mutauerunt a in i breuem, ut
insilio insilui uel insiliui, semper insultum, sic cetera. Insilio, in aliquid salio. Lucanus
in quarto: Insiluitq; solo nociturus pondere puppi. Assilio, ad aliquid salio. Exilio, ex
aliquo salio. Lactantius: Semine deposito late seges exilit aruis. Desilio, deorsum salio.
Vergilius: Portis regina sub ipsis desiluit. Prosalio, procuro & prodeo. Vergilius quin-
to Aeneidos: Haud mora profluere omnes. Resilio, rursus uel retro salio, ut pila resili-
lit. Præsalio, ante salio. Præfultor, choreæ ductor. Transilio, ultra salio. Hinc insulto, as-
fulto, exulto, desulto, resulto & cetera, frequentatiua. Cambio cambiui cambitum, uel
campsi campsum, id est, muto pecuniam, hinc campfor, id est, nummularius. Apuleius p
magia: Operas tuas cum uicinis cambias. Campsi præteritum ponit Carisius, teste Prisci-
ano. Campso as, frequentatiuum apud Ennium, Bebelius censet cambio uocabulum esse
sordidum. Cambium penitus est barbarum.

Sentio si sum uult ut raucio:fulcio si tum,

Et sarcit sarcit:per ui mittatur & ertum

Ex pario natum,ri comperit & reperit uult.

¶ Sentio sensi sensum, raucio rausi rausum. Lucilius: Rausuro tragicus qui carmi-
na perdit Oreste. Fulcio fulsi fultum. Ouidius in epist. Deianira: Hercule supposito sice-
ra fulsit atlas. Phocas dicit habere fulxi. Sarcio sarfi sartum. Cōposita à pario quæ muta-
uerunt a in e breuem, faciunt in præterito ui per diuisas syllabas, & in supino ertum, ut
aperio aperui apertum, sic operio. At duo habent ri, & ertum, comperio comperi com-
pertum, reperio reperi uel repperi reptum. Sentio, aliquo sensu percipio, ponitur p
intelligo. Prudentius: Sentio quam contra moueat pellacia litem. Et iudico uel opinor.
Persius: De Ioue quid sentis. Assentio uel deponentialiter assentior, id est, concedo & e-
adem opinor. Consentio idem: hinc cōsensus & assensus nomina. Dissentio, aliter sentio.
Præsentio, præuideo. Præsentisco idem. Raucio, id est, raucus sum. Irraucio, idem: dicitur
etiam per secundam rauceo, irauceo, & raucesco. Cicero in primo de oratore: Aeso-
pum quoq; si paulum irrauerit explodi, sic est in libro meo. Priscianus legit irrauserit, &
utrunq; latine dicitur. Fulcio, id est, sustineo, munio, fortifico. Iuuenalis: Nos urbem co-
limustenui tibi sine fultam. Futura, sustentatio. Plinius, ut eximantur trabes sine fultu-
ris ac reponantur. Fulcrum, quod uulgus uocat barbaram lecticam, quia lectica lectus est
nō sponda, dictum quia fulcit thoros. Vergilius, Fulgent genalibus altis aurea fulcra tho-
ris. Suffulcio, id est, fulcio. Varro, Ut maioribus perticis suffultæ uites auras nō perime-
scant. Sarcio, integrum facio. Hinc sarrores, qui uestes sarcunt. Et sarta tectā opera pu-
blica, quæ locantur ut integra præsentur. Et sarte, integre, & sarcire componere, pro-
prie est uestes consuere, & damnum soluere. Pacuuius, Tu damni nostri causa fuisti, tu
nobis sarcito ut debes. Sarcino sarcinas idem. Resarcio, infrauro. Sunt qui dicant sarcio
etiā habere sarcini sarcitum. Farcio, id est, saturo uel repleo, sagino, pinguefacio. Cō-
posita mutant a in e, ut confarcio, refercio, differcio, offercio, infarcio. Offertissimus, id
est, pinguisimus. Plautus, Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam. Pruden-
tius, luuat infarcire crumenis turpe lucrum. Farcimen, intestinum uarie & minutim cō-
cisa carne refertum. Fartores, qui farcimina faciunt. Fartilia, quibus implentur ea quæ
coquantur. Fartum, esca qua quid farcitur. Fartura idem, uel est actus modus ne farcien-
di. Aperio, resero, olim fecit aperuii ut audiui, teste Phoca, Operio, tego. Cooperio,

Salio

Cambio

Sentio

Raucio

Fulcio

Sarcio

Farcio

Aperio

Operio

DE VERBO, PRAEETE. ET SVPIN.

adoperio idem. Operculum & operimentum, id est, tegmen. Opperior, gemino pp, deponens, id est, expecto. Cōperio, inuenio. Reperio, casu inuenio. Quidius, Tu nō inuenta reperta es. Ponitur etiam simpliciter pro inuenio.

Aio präterito caret & meditantia uerba.

Parturio, esurio, cum nupturio uolo tolli.

¶ Aio caret präterito, testibus grammaticis, tamen diuus Augustinus aisti dixit, & aio quarta est, testibus Prisciano & Probo, quia imperatiuus est ai, & Acius aibant pro aiebant dixit, quod in quarta fieri solet. Ais tamen inuenitur secunda corripere, ut in uersificatoria probauit. Aio, id est, dico. Verba meditantiae formae carent präterito & pinde supino, ut disturio, id est, cupio dicere. Esurio tamen esuriui facit, & parturio parturiui, nupturioq; nupturiui. Apuleius. Sine ulla unquam maiā gram olim nupturisse, pro nupturiuisse, supinum uideretur esse esuriturum, unde esuricio esuritionis. In Euangeli. Esuriui & deditis mihi māducare.

Deponentium präterita ac supina,

EX q̄ finitis actiuam fingito uocem:

Ut potior potio, formabitur inde potitum.

¶ Verbum deponens ac etiam commune, facit supinum ex ficto in o uerbo per remotiōnem r̄ litera, ut potior, demer, fit potio is ire, hoc haberet potiuui potitum, ergo potior in supino habet potitum, deinde ex participio präteriti temporis cum uerbo sum uel fui, facimus präteritum potitus sum uel fui. Sic cōsiderabis in laetor, uereor, osculor, irascor, nascor, fungor, complector, amplector, opperior, experior & cætera, quae regulariter faciunt laetatum, ueritum, osculatum, iratum, natum, functum, complexum, amplexum, opertum, expertum & cætera, quia actiua forent laeto, uereo, osculo, cōplecto, quae facerent ut plecto, oppio, experio, quae facerent ut aperio, operio. Sic assentior assensum ut assentio, patior passum, nā patio faceret passū passum, ut quatio quassū quassum. Sic passiuā, ut amor, legor faciunt amatum, lectum, quia sic faciunt actiua amo, lego. Declarabo nonnulla regula exempla. Abominor, id est, sperno, quasi malum omen repello. Glorior, id est, laetor & gloriam habeo. Insidior, pono insidias. Diabolus insidiatur nobis. Hallucinator, id est, erro. Cōcionor, id est, loquor cōcioni & prädico. Digladior, id est, gladio pugno. Machinor, excogito uel callide facio. Nugor, id est, mentior. Plautus, Nō mihi nugari potes. Precor rogo. Speculor, cōsidero. Testior, testis sum & in testem accipio, ut testor deum, & facio testamentum. Intestatus qui nō fecit testamentum. Detestor, execror & odio habeo. Solomon: Arrogantiā & superbiam & os bilingue detestor. Apud iuriscōsultos pro denuntio absentis capitur. Protestor, aperite testor. Obtestor, ualde oro & imploro. Vador, id est, uadibus aut sponsoribus obligo uel detineo, qd uulgus arrestare dicit. Plautus, Vadatur hic me. Idem: Vbi tu es qui cōuadatus es me ueneris uadimonij. Verecundor, uerecundiam habeo. Plautus, Verecundari meminim apud mēsam decet. Tergiuersor, tergum uerto, aut fugio, aut cedo. Suffragor, iuuo & cōsentio. Refragor, resisto, cōtradico. Rimor, id est, inquirō. Rixor, id est, litigo. Argumentor & ratiocinor, id est, ratione probō. Piscor, pisces capio. Venor, feras capio. Plau. Stultitia est uenatum ducere inuitos canes. Et capro uel acquirere studeo. Horat, Nō ego uentosa plebis suffragia uenor. Mutuor, mutuum accipio. Psal. Mutuabitur peccator & nō soluet. Obsonor, obsonia, id est, cibos emo, dicitur etiam obsono. Et enim plurima deponentia olim

Abominor
Glorior
Insidior
Hallucinator
Cōcionor
Digladior
Nugor
Testor
Vador
Verecundor
Tergiuersor
Suffragor
Rimor
Venor

diuā uocem habebant, ut iurgo, mino modulo, adulo, tuto &c. à Nestore & pluribus de clara. Meror, pono uel constituo, unde castrametor. Ad miniculator, auxiliator opitulator, id est, subuenio. Auerfor, id est, sperno. Aduerfor, id est, cōtrarius sum, non dices cōtrari or. Arbitror & opinor, id est, puro, censeo. Inimicor aris, id est, inimicitias gero, utitur hoc deponente. Q. Cicero in petitione cōsulatus, ne putes cum Bebelio esse barbarum. Inimico inimicas, inimicum facio. Horat. Et miseris inimicat urbes. Imitor, facta ac dicta sequor, ideo nō dices: I prae, imitator, sed sequar. Imaginor, id est, cogito. Quintilianus in duodecimo: Et tantum oratorem imaginatur ac fingit. Apuleius: Pestiferos imaginariis amplexus. Præstolor, id est, expecto. Lætor lætus sum, hæc & multo plura sunt primæ coniugationis. Exempla secundæ coniugationis per pauca sunt, ut uereor, id est, timeo. Plinius: Multi famam, pauci conscientiam uerentur. Reuereor, honoro. Hinc reuerentia & reuerendus. Silius libro septimo: Tanta adeo quum res trepidæ reuerentia diuū nascitur & raræ fumant felicibus aræ. Subuereor paulum uereor. Mereor patebit in sequenti libro. Liceor, præbeo pecuniam pro re emenda, ponitur p æstimo. Licitor, aris, idem. Plautus liceo pro liceor dixit: Quiqui licebūt præsentī pecunia. Polliceor, pollicitus sum, id est, promitto.

¶ Tertiæ cōiugatiōis etiam pauca sunt uerba regulam seruantia, ut irascor, habeo irā, Subirascor, paulum irascor. Obirascor, cōtra irascor. Liuius lib. 1. Fortunæ ut sit obirati cultum reliquerant deūm. A supino iratum nō fit iraturus, sed tanquam ab irascitum irasciturus, ut a nascor natum, non naturus, sed tanquam ab nascitum nasciturus, ita multi dicunt non omnino recte, quia Seneca libro tertio de ira dixit, Fugere itaq; omnes debent q̄s iratos iracundia sciet. Nascor autem Phocas participio futuro ait care. Nascor, id est, orior, in mundum uenio. Agnascor, ad aliquid nascor. Hinc agnati, propinqui sanguine. Et agnata partes corporis superflue. Cognascor, cum aliquo nascor, unde cognatus & cognatio. Innascor, in aliquo nascor, ut hoc innatum est illi. Renascor, rursus nascor. Fungor, id est, utor, ago, & officium habeo, fungor officio boni uiri, id est, ago q̄d uirum bonum decet, fungor uita, id est, uiuo, defungor idem, defunctus, mortuus. Etiam significat finire & liberari. Tullius, Defuncti periculis homines uidebant ut. Liuius, Defuncta morbis corpora salubriora esse capere. Cōplector, circūdo uel comprehendendo. Amplector, idem. Patior. i. sustineo, tolero & pœnam habeo. Cōpatior, cum alio patior. Perperior a in e uerso, id est, ualde uel diu patior.

¶ Quartæ cōiugatiōis plura sunt regulam seruantia, ut potior, sed hoc etiā in multis per sonis est tertiæ, & significat obtineo. Vergilius, Vi potitur quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Lucilius, Deficit alma ceres, nec plebes pane potitur. Blandior, id est, asentor siue adulo & applaudo. Plautus, Nō matronarum est officium sed meretricum uiris alienis subblandiri. Molior, laboro, nitor, paro. Moliris mihi insidias. Demo lior, destruo. Amolior, amoueo. Terentius: Hinc uos amolimini, quia mihi impedimento estis. Mentior, cōtra mentem loquor. Sapiens: Os quod mentitur occidit animam. Partior, id est, diuido. Cōposita mutant a in e, ut bipertior, tripartior, &c. Sortior, sortē emitto uel acquirō. Experior, id est, cōperio. Opperior, expecto. Sic largitor &c. Horati. Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

Nil formant uescor, liquor, medeor, reminiscor.

¶ Supinis & pinde præteritis carent uescor, liquor, medeor, reminiscor, q̄rum medeor secundæ cōiugatiōis est, reliqua tertiæ. Id autem semper diligenter notandum est: Quoties dictio caret præterito aut supino, caret etiam omnibus quæ inde fierent, ut participijs præteriti & futuri in rus, uerbalibus in io &c. ideo timeo & metuo præteritis carent, quia timeo metuo carent supinis. Nam præteritum ybi in or fit ex participio præteriti t̄pis & uerbo sum, participij autem ex supino, ergo si desit supinum, desunt re liqua. Sic dices de angor & pluribus, Vbi autem quid deest, solet per synonyma sup-

Metor

Inimicor

Imitor

Imaginor

Vereor

Liceor

Irascor

Nascor

Fungor

Cōplector

Amplector

Patior

Potior

Blandior

Molior

Mentior

Partior

Sortior

Experior

Opperior

DE VERBO. PRAETE. ET SVPIN.

Vefcor
Liquor
Reminifcor

pleri, ut medeor medicatus sum, uefcor, pafus sum, uel fui, reminifcor, recordatus sum, opperior, raro habet fupinum, teſte Diomede. Liceor licitum facit. Hinc licitor, aris, fed licitum in ufu non eſt, nec licitus ſum, ideo dicimus melius licitatus ſum. Vefcor, id eſt, cibo utor & paſcor, uefcor, piſce, lacte & cætera. Conuefcor, ſimul uefcor. Liquor, id eſt, liqueo. Ouidius, Liquitur ut glacies incerto faucia ſole. Reminifcor, recordor. Medeor, do medelam. Cice. Philoſophia medetur animis.

Non ſeruant normam tutus, tuitus, ratus, aptus,
Et faſtus, fruſtus, fruitusq̃, profectus, & ultus,
Atq̃ ſequutus & experrectus, iunge loquutus,
Niſus, uel nixus, grefſus, uelut orſus, & uſus,
Oblitus, queſtus, commentus, iunge miſertus,
Et feſſus, menſus, lapſus, naſtus, quoq̃ pactus,
Mortuus, ac ortus, ſed donat iturus utrunq̃.

Tuor

¶ Formant ſupina & proinde præterita cõtra regulam, uerba quorum participia præteriti temporis in litera poſuimus. Tuor, ſecundæ tutum, id eſt, defendo. Hinc tutor tutaris, id eſt, tueor. Ouidius, Non minor eſt uirtus quàm quærere parta tueri. Tutela, deſenſio. Tuor, deſenſor pupilli. Significat etiã uidere, Vergilius Aneidos quarto, Talia dicentem iam dudum auerſa tuerur. Intueor, idem. Salluſtius in Iugurtin. Noſtræ præclaros uiros ciuitatis ſolitos ita dicere, quum maiorum imagines intuerentur ſibi animum ad uirtutem accendi. Contueor, idem. Cicero primo Tnſcul. Quod tandem ſpectaculum fore putamus quum totam terram contueri licebit. Plautus in Captiuis, Inimico uultu contueor. Supinum etiã eſt tuitum. Hinc participium tuitus, & uerbale in io, tuitio, non tutus participium, nec tuitio. Tutus autẽ nomen eſt non tuitus, ut tuta arx, tutus ab hoſtibus. Quintilianus in declamatione cæci, Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam. Valla in Rau. Quis narrat Verrem ſuperaffe Dacos? tantum Siciliam fortiter tuitum eſſe accepimus. Macrobius libro ſecundo Saturna. Si talia uis uideri tuitione pudoris. Auguſtinus in tertio de ciuitate dei, Nimis multos deos grandi fumo ſuo tanquã ſigno dato ad tuitionem cõgregauerat. Tuor, eris, in finitio tui, ſed non eſt in finitius in uſu niſi in compoſitis contui, intui, & cætera, nec habet tueri in finitio, niſi ut reminifcor in præterito recordatus ſum, ſcilicet à ſynonymo tueor, id eſt, uideo, ſupinum etiã eſt tutum uel tuitum, quia ab obtuor obtutus uenit & obtuitus pro aſpectu. Verg. 1. Aeneid. Dum ſtupet obtutuq̃ manet deſixus in uno.

Tuor

Cicero libro primo Officio. Ex oculorum obtuitu, ex leuatione aut remiſſione ſuperciliorum. De in finitio tui in compoſitis. Plautus in Aſnarja, Ego illud argentum tam ſcio eſſe paratum quàm me hunc ſcipionem contui. De præſenti huius in eadem, At Hercule ipſum a deo contui, quaſſanti capite incedit. Cicer. intur dixit in oratione p̃ ſe ad Quirites. Reor ratus ſum ſecundæ eſt, id eſt, arbitror uel puto. Ouidius, Sum ratus eſſe feram telumq̃ uolatile miſi. Ratus nomen, id eſt, firmus. Cice. Non debet ratum eſſe q̃d factum eſt per uim. Irritus, non ratus. Seneca, Reluctante natura irritus labor eſt. Pro rata, et pro rata parte. Vitruuius ſic ſæpe loquitur, ne credas male dici. Apifcor aptus ſum, uetus uerbum, & pene obſoletum, id eſt, acquirō & aſſequor. Compoſita indiſpifcor indeptus ſum, & adipifcor adeptus ſum, in uſu habentur, & ſignificant acquirere & aſſeg-

Reor
Pro rata
Apifcor
Indiſpifcor
Adipifcor

Carullus: Animus prægestit apisci. **Lucil. lib. 25.** Vt ego effugiam quod ego te in primis cu-
 pere apisci intelligo. Dicitur etiam per primam apiscor. aris. Idem: Magnam inde apisca-
 tus infamiam. **Plautus** adipisces dixit. Et adipiscitur passue in Trinum. Non atate adipi-
 scit sapiencia. **Fateor** secundæ est. i. cõcedo me dixisse uel fecisse, ut fateor culpam. Cõpo-
 sita mutant a in i, ut confiteor, idem. Cõfessor qui confitetur, non qui audit confessionẽ,
 quem confessorium **Erasmus** appellat. **Profiteor**, publice fateor. **Profiteor** grammaticã,
 id est, doceo uel discio. **Disfiteor** i. nego. **Fruor**, eris, tertîa ut reliqua omnia, nisi expresse
 aliud docuero, fructum uel fruitum: hinc fructus est, illinc fruiturus apud **Vlpianum**. **Cic.**
 in Horten. Amœnitate summa fructus est. **Fretus** nomen est. i. usus & confusus. **Terentius:**
Dauum optime uideo cuius consilio fretus sum. **Quintilianus:** Tua fretus humanitate id
 egeram. **Fruiscor**, id est, fruor. **Perfruor** i. ualde fruor. i. delector. **Proficiscor** profectus sum,
 id est, eo. **Vliscor** ultus sum. i. uindico, vurecken. **Inultus**, non ultus. Nullum malum erit
 inultum. **Sequor** sequutus sum notum est. **Præsequar**. **Assequor**, ad aliquid sequor. **Frater** tã
 longe præcessit ut nequeam eum assequi. Et **acquirō**. **Consequor**, simul sequor uel acquirō. **Exe-**
quor, perficio. **Terentius:** Quid primum nunc exequar. **Insequor**, idem significat. **Vergil.**
 Ecce inimicus atrox magno stridor per auras **Insequitur**. Et **sequor**. Idem: **Insequit** cla-
 morque uirum stridorque rudentum. **Prosequor**, porro & longe sequor. **Prosequor** te laude
 i. laudo te. Sic **persequor** te odio, honore, amore, &c. **Persequor**, multum sequor, in bonum
 & malum capitur, & in malum sæpius. **Corneli. Nepos:** Difficile est omnia persequi & nõ
 necessarium. In sacris: **Saule** quid me persequeris. **Obsequor** morẽ gero. **Plinius:** **Obsequar**
 consilio tuo. Hinc **obsequium** i. cõplacencia assensus & inseruitio. **Terent.** Veritas odium par-
 rit, obsequium amicos. **Expergiscor** experrectus sum. i. euigilo. **Horatius:** Vt iugulẽt ho-
 mines surgunt de nocte latrones, Vt te ipsum salues nõ expergisceris: habuit olim **exper-**
gitum. **Lucilius:** E somno pueros cum mane expergitus clamas. **Diomedes:** **Expergitus** dicitur
 qui excitatus sponte uigilat. **Experrectus**, a quiete impeditus. **Apuleius** frequentissimè
 me expergitus pro experrectus utitur. **Loqr**, locutus uel loquutus sum. i. dico. **Cõposita**
 corripit penultimam, ut **cõposita** a sequor, ueluti **alloqr** cum accõ, ad aliquem loquor,
 ut **alloquor** **Petrum**. **Eloquor**, exprimo. **Verg.** Eloquar an fileam. **Colloquor**, cum aliquo
 loqr. **Obloquor**, contra loquor, aut respondeo. **Nitor** i. conor & agere laboro. **Ouidius:**
Nitimur in uetium semper cupimusque negata. Et **adhæreo** uel sustentor, ut **claudius** nitif
 baculo. **Composita** producit penultimam, ut **annitor**, ad aliquid nitor. **Enitor**, ualde
 nitor uel pario. **Sedulius:** Salue sancta parens enixa puerpera regẽ. **Innitor**, in sito uel in-
 hæreo. **Salo**. Ne innitaris prudentia tua. **Obnitor** & **renitor** i. cõtra nitor & resisto. **Ni-**
xus nomen. i. partus. **Nisus** i. labor: & nomen uiri & auis, sed tũc est secunda declinationis.
Gradior gressus sum. i. eo. **Gradius** i. processus uel per quod itur. **Composita** mutant a in e,
 ut **aggredior** i. adeo. **Egredior**, ex eo. **Congredior**, conuenio uel colloquor. **Congressus**,
 id est, colloquium uel accessus. **Progredior**, procedo. **Transgredior**, transeo. **Digredior**,
 ab eo. **Ordior** orsum & orsus sum uel sui, id est, incipio. **Verg.** Inde thoro pater **Aeneas** sic
 orsus ab alto. **Exordior**, idem. **Exordium** i. initium. **Ordior**, pro telas texo, facit **ordit**,
 teste **Priscia**. **Hieron** in **Isaia:** Et relam quam **orditus** est. **Vtor** usus sum, usum rei habeo.
Composita pducit penultimam, ut **abutor**, male utor, aut cõsumo. **Coutor**, simul utor.
Cato: Vtere quæstis sic ne uidearis abuti. **Obluiscor** oblitus i. è memoria aliquid euo-
 lare sino. **Queror** questus sum. i. lamento. Hinc **querulus**, qui multum queritur, ut **senes**
 sunt **queruli**, teste **Horat.** **Cõqueror**, penultima breui, idem. Hinc **questus**, **querimonia**, que
 rela. i. lamentatio, **klagyngæ**. **Cõminiscor** cõmentus sum, id est, excogito. **Terenti.** Quid
 agam aut quid comminiscar. **Commentum** i. figmentum. **Ouidius:** **Mixta** cum ueris
 passim commenta uagantur. **Commentor** frequentatiuum est. **Philephus:** Cupio aliquid
 tecum hodie **commentari** i. agere & tractare. **Misereor** misertus sum, apud **Gellium** sæpe
 misertus sum, misericordiam habeo, ut miserere mei deus, secundæ coniugationis est.
Fatiscor fessus sum, uix est in usu. Hinc **desefiscor** desefessus sum, a in e uerso, & idem signi-

DE VERBIS DEFECTI. ET ANOMALIS

fiat. Terent. in Phormi. Neq̄ defetiscar uſq̄ adeo experirier. Idem: Defeſus ſum ambulā do. Indefeſus. i. nō feſus. Eſt hæc ſententia Prifciani, quamuis Diomedes malit feſus no men dici q̄ participium. Fatifco neutri generis magis in uſu eſt, & idem ſignificat, & ca rer præterito. Metior quarta mensus ſum, id eſt, pondero & cōſidero, menſuro, æſtimo, Boetius: Rerum exitus prudentia metitur. Sulpitius dicit etiam ſecundum regulam ha bere metitus ſum, ſed in uſu eſt menſus. Emetior. permeritor, dimetior, idem. Immenſus, ſine menſura. Labor lapſus ſum, id eſt, cado. Allabor penultima longa ut cætera. i. ad ali quē labor. Collabor, cōcido, Elabor, excido, eūdo effugio. Delabor, decido. Dilabor, per eo. Tullius: Male partū male dilabitur. Illabor, incido. Profabor, ꝑcul cado. Relabor, rur ſus cado. Laſor aris frequentatiuum, ut ægri & ebrj lapſantur in itinere, id eſt, ſape uac illant aut cadunt. Nancifcor naſtus ſum, id eſt, aſquiro. Pacifcor pactus ſum, facio pactū uel in pactum peto. Ouid. Vt mea ſit ſeruata mea uirtute pacifcor. Et ꝑmitto. Idem: Diffi cilem mihi ſe non fore pactus erat. Et in pactum do. Verg. Vitamq̄ uolunt pro laude pa cifci. Depecifcorſa in e uerſo, idem Tullius: Depeſtus eſt cum hoſtibus. Morior participiū facit mortuus ſum, quod nōnulli nomen eſſe uolūt. Participium futuri temporis eſt mo riturus, tanquam ſupinum fuerit moritum. Eſt aut̄ morior è uita decedere, & tertriæ cō iugationis eſt. Seneca: In toa uita diſcendum eſt mori. Emorior, idem. Emori ꝑenul. cor ripit ut cætera. Tullius: Quid tam ſecundum naturam q̄nām ſenibus emori? Cōmorior, cum aliquo morior. In euangel. Si oportuerit me ſimul cōmori tibi, nō te negabo. Immo rior, in aliquo morior. Horatius: Immoritur ſtudijs & amore ſeneſcit habēdi. Demorior, Intermorior, id eſt, morior uel perco. Præmorior, antemorior. Orior infinitiuum oriri per quartam habet, reliqua per tertiam ſapius, licet oriris nō male dixeris. Participium futuri temporis tāquam à ſupino oritum ſit oritur⁹, & ſignificat naſcor, ſurgo, incipio, ut ſol oritur. Exorior, enaſcor. Hic nobilibus natalibus exortus eſt. Adorior, aggredior. Terentius: Adortus eſt iurgio fratrem. Aborior, nō recto tempore orior. Vnde abortus & abortiuus, nō debito tempore natus. Suborior, ut ſubnaſcor. Subortus eſt rumor. Ob orior idem, ut oborta ſunt lachrymę. Verg. Hos ego digrediens lachrymis aſſabar obor tis. Coorior, id eſt, orior, uel ſimul orior. Luius: Tum uero coorto tumultu, terga uerte re ſimulantes, paululum ceſſere.

GRAMMATICAE DESPAVTERIANE LIBER

Sextus de uerbis defectiuis & anomalis.



Quæ contra normam ſectes anormia ſunto,
 Ut fero, ſum, fio, uolo, eo, queo, ſultis, edo, ſis,
 Auſim, quæſo, forem, faxo, cedo, pluraq̄
 multo.

Defectiua etiam ſic ambeſt, inquio, & inquam.

Inſit, aue, ſalue, capſis, apage, quibus euge

Des & ait, ſodes, ouat, omnia proſa recludet.

Verbum ano malum uel anorme eſt quod cōtra aliorum regulam cōiugatur, ut ſum es eſt. Anomalū dicit̄ ab a. i. ſine, & nomos lex, ideo ſine r anomalā ſcribes. Anorme dicitur

ab a, id est sine, & norma, id est regula. Eclipticum uel defectiuum est, quod aliquo ad per
fectam coniugationem necessario caret, ut polleo caret praeterito, & timeo supino. Verum
de carentibus praeterito & supino satis dictum. Nihil caret proprie eo quod nec ipsum nec quid
uis eiusdem speciei solet habere. Neque enim dicimus digitum esse imperfectum, quia ei de-
tes non assunt, ideo imperatiuus modus defectiuus non est, quia prima personam in singulari
numero non habet, quia nullus imperatiuus eam personam habere solet, nec ea indiget, nec is
modus anomalus est, licet eius formatio sit uaria, de qua Alexander multos minime ne-
cessarios uersus tradidit. Eam profaice sic habeto, Ama, doce, audi, ab amas, doces, audis,
ablata s litera. Lege a legis, ablata s litera, & i in e uersa: dicimus tamen dic, fac, duc, fer,
ut parebit. Amet, doceat, legat, audiat, & similia sunt tertiae personae futuri optatiui. Sic
in plurali ament, doceant, legant, audiant. Et similiter prima personae plurales, Amem
doceamus, legamus, audiamus, quae quidem personae prima: eadem sunt in praesenti &
in futuro imperatiui. Amato, docero, legito, audito, & pluraliter amanto &c. fiunt a ter-
tia persona singulari praesentis indicatiui adiecta litera o, ut amat amato, amant amato
&c. haec rursus faciunt adiecta s litera. Tertiae personae amatore, doce-
tote &c. exoleuerunt, & dicimus solum amanto &c. teste Nebrissensi. Quae in t definiunt,
adiecta ut faciunt uocem passiuam, ut amet ametur, ament amerentur. Quae in o, adiciunt
passiuo r literam, ut amato amator, amanto amator. Amemur sit ab amem, uersa s in r,
amamini ab amate, uersa te in mini. Amaminor ab amatote, uersa tote in minor. Sic di-
ces de similibus: fruolum mihi uidetur hac de re multos aut aliquos uersus pueris confi-
cere, sed & reliqua sat uidetur mihi paucis uersiculis enumerare, & coniugationem singu-
lorum per ordinem lucide docere, quod modo per dei gratiam faciam, quia pueris prodesse
semper cupio. Fero sic coniugatur: Indicatiuo modo tempore praesenti fero fers fert: &
pluraliter ferimus ferris ferunt. Ferebam &c. Tuli tulisti &c. Tuleram &c. Feram feres fe-
ret &c. Imperatiuo praesenti fer ferat, & pluraliter feramus ferte ferant. Futuro ferto tu
& ille, plur feramus fertote ferunto, olim etiam feruntote. Optatiuo utinam ferrem &c.
utinam tulissem, utinam feram feras. Coniunctiuo cum feram feras, cum ferrem &c. cu tu-
lerim, cum tulissem, cum tulero. Infinitiuo praesenti ferre, praeterito tulisse. Futuro laturum esse. Ge-
neralia ferendi ferendo ferendum. Supina latum latu. Participia ferens laturus. Passiuo
genere indicatiuo modo feror ferris uel ferre fertur, & pluraliter ferimur ferimini ferunt.
Ferebar ferebaris, latus sum uel fui es uel fuisti, latus eram uel fueram eras uel fueras, fe-
rat fereris. Imperatiuo ferre feratur, & pluraliter feramur ferimini ferantur. Futuro fer-
tor tu uel ille, & pluraliter feramur feriminor feruntor. Optatiuo utinam ferer fereris
uel ferrere ferretur, utinam latus essem uel fuisset eses uel fuisset esset uel fuisset
ferar feraris. Coniunctiuo cum ferar &c. cum ferer, cum latus sim uel fuerim, cum latus essem
uel fuisset, cum latus ero uel fuero. Infinitiuo praesenti ferri. Praeterito latu esse uel fuisse. Futuro latu
iri. Fero, i. porto. Ferculi, in quo aliquid portat, & cibus. Et patior seu tolero. Terent. Na
que feret si patre non fert fuisse. Et cupio. Oui. In noua fert animus mutatas dicere formas cor-
pora. Et dico &c. Affero attuli allatu. i. apporto. Aufero abstuli ablatum, id est, tollo. Co
fero cotuli collatum. i. coporto uel dono uel coparo. Differo distuli dilatum. i. peraho,
perendino. Lucil. Semper nocuit differre paratis. Etiam significat distipo. Transfero tras
tuli translatu, & aliqui tralatu. i. transporto uel transpono. Suffero sustuli sublatu. i. susti-
neo. Verg. Nec claustra nec ipsi custodes sufferre ualent. Refero retuli uel rettuli relatu. i.
reporto uel reddo uel narro. Refert etiam. i. interest. Profero, ptuli, platum, pdico uel
pnuntio. Praefero, antefero. i. praepono. Perfero, usque fero. Defero, deporto, uel accuso.
Sueton. Princeps qui delatores non castigat, irritat. Sum omnium maxime irregularis est,
& patet ex Donato. Praeteritum sui habet ab antiquissimo uerbo fuis. i. sum, cuius ad
huc aliqua reperiuntur apud Plautum, & ipsum etiam Vergili. ut Aenei. ii. Tros Rutulius
ue fuat nullo discrimine habebat, Plautus in Amphitruo. Ne quisquam tam audax fuat homo qui

Fero

Sum, Fuat

DE VERBIS DEFECTI. ET ANOMALIS

obulam obfistat mihi. Idem in capt. Cauteto mihi iratus suas. Secunda persona presentis singularis imperatiui est sis uel es, & in plurali sitis uel estis, aliqui sive. Terent. Bono animo es. Verg. Huc ades o formose puer. Plant. in Curg. Site mihi uolentes, ppitij. Ibidem: Site causa mea Lydi barbari. Caret gerundijs & supinis, licet in Donato mendose (ut opinor) ponantur essendi essendo essendum. Ens in usu doctorum non est. A philosophis interdum recipitur. Potens nomen est, participia uero presentis absens, sic Mancinellus. Nihil tale a reliquis compositis est, quia non dicimus prodens, obens, & cetera. Assum ades adest, assumus adestis assum: aderam, affui, affueram, adero. Imperatiuo adsis uel ades & cetera sic prosum prodes prodest &c. Possum potes potest, possumus potestis possunt: poteram, potui, potueram, potero &c. Veteres dicebant potesum potessem &c. pro possum possem: & potestur, poterat, possetur, pro potest, poterat posset. Quadrigarius apud Marcellum: Cum non possetur discerni utrius putaretur uictoria. Calius apud eundem: Cur iure sine periculo bellum geri poteratur. Comicum est siem sies fier sient, pro sim sis sit &c. Sic posses pro possis. Præsum, præfectus sum, ueluti præsum urbi. Superfium, id est, resto. Interfium, inter aliquos sum uel presentis sum. Obsum, noceo. Profum, utilitatem affero. Desum, deficio. Absum & asum contraria sunt. Assum, aduenio. Vergilius: Huc ades o Melibœe. Fio .i. efficior, irregulariter fierem pro firem facit, & fieri pro fieri præteritum est factus sum uel fui. Presentis imperatiui capit a futuro optatiui fias fiat, fiamus fiat is fiat, quia si non dicitur, & fite rarissime legitur, ut apud Catonem, & fitote in Amphitr. Plauti. Fiens & fiendus barbara sunt. Veteres fitur dixere, & facitur, parui faciat, & facessetur, & alia multa ut probat Priscianus, quæ exoleuerunt. In reliquis fio per quartam coniugatur. Volo ex Donato notum est. Imperatiuo caret, quia uoluntas libera est, tamē loco imperatiui aliqui futurum optatiui capimus. Terentius: Quæso ædepol, qm̄ non possit fieri id qd̄ uis, id uelis quod possis, sed hortatio potius est q̄ imperatio. Diomedes imperatiuo etiam dedit uolito uolitor, quæ in usu non sunt. Cice. in .1. de natura de. dixit: Quo facilius id qd̄ docere uolumus pro uelimus, teste Nebrissensi. Supino gerundijsq; caret, teste Phoca, licet iuniores ausi sint dicere uolitem uoliturus. Composita similiter eunt, ut peruolo peruis peruult &c. id est, ualde uolo. Malo maui mauult, malum mauultis malunt. malebam, malui, malueram, malam males malet. Quintilianus lib. 1. Qui græcā figuram sequi malet, non latine, sed citra reprehensionem loquetur. Imperatiuo caret. Optatiuo malle, maluissem, malim. Coniunctiuo malim, mallem, maluerim, maluissem, maluero. Infinitiuo malle, maluisse, ceteris caret. Et significat magis uolo, mauelim mauellē &c. Plautus in Asina. Moriri sese misere mauolet q̄ non perfectum reddat. Et in Amphitr. Experiri isthuc mauellem me quam mihi memorarier. Nolo similiter coniugatur excepto imperatiuo: Nolo nonuis nonuult, nolimus nonuultis nolunt: nolui, nolueram nolam nolēs. Imperatiuo temporee presentis ad secundam personam noli, & pluraliter nolite. Futuro ad secundam personam noliro, & pluraliter nolitor, & pluraliter nollem, noluissem, nolim. Coniunctiuo nolim, nollem, noluerim, noluissem, noluerō. Infinitiuo nolle, noluisse, & significat non uolo. Eo & queo per quartam coniugatur, & nihil irregulariter habent nisi ibam quibam, ibo quibo, & in quibusdam temporibus aut personis secundam uocalem pro tertia, ut eo is it, pluraliter imus itis eunt: ibam, iui, iueram, eam ies &c. sed melius ibo. Alia olim similiter enuntiauerunt, quia Vergilius lenibat nutribat &c. dixit pro leniebat &c. Cæcilius: Audibis male, si male dicis mihi. Propertius: Lenibunt tacito uulnera nostra sono. Plautus in Aulula. Testudineum istū grandibo grandum. Imperatiuo eat, eamus, eunto euntote, cetera recte. Optatiuo futuro eam &c. Coniunctiuo tpe presentis eam &c. cetera recte. Gerundia eundi eundo eundum. Sic queo coniugatur omnino, cuius gerundia non inueni, nec a uenao participia. Sultis comicum est pro si uultis, & sis pro si uis, & capsis pro cape si uis, sodes pro si audes, quibus comici & alij interdum utuntur ad uitandam arrogantiā, quia superbū foret maioribus imperare, ideo addunt sis sodes sultis, pro si uis, si uultis, si audes uel si placet, ut uidebis, capesis, a pagesis,

Fio

Volo

Malo

Nolo

Eo
Queo

Sultis

caueſis, dic fodes & cætera. Perſius, Videtiſ ne maiorum tibi forte limina frigeſcant. Do-
natus uocat ſis parelcon, id eſt, adiectionem. Quidam dicunt fodes eſſe aduerbium hortan-
di uel precandi. Præſtitanus uerbum eſſe uult. Indicatiuo mō tempore præſenti ad ſecun-
dam perſonam ſingularẽ fodes, cæteris caret. Sic ſecunda perſona præſentis indicatiui
ſis, & pluraliter ſultis, cæteris caret. Edo eſt, & pluraliter edimus editis edunt. Edebã,
edi, ederam, edam. Imperatiuo eſ, uel ede edat, & pluraliter edamus editẽ uel elic edant.
Futuro eſto uel edito, pluraliter edamus eſtore uel editote edunto uel eduntote. Oprati-
uo eſſem, ediſſem, edam. Cōiunctiũ edam, eſſem, ederim, ediſſem, edero. Inſinitiuo eſſe,
ediſſe, eſurum eſſe. Gerundia edendi edendo edendum. Supina eſum eſu uel eſtum eſtu,
Paſſiuum regulare eſt, niſi quod eſtur pro editur etiã dicitur. Cōpoſita eunt ſimiliter,
ur comedo comes comẽſt & cætera. Exedo exes exceſt. Vergilius quarto Aneidos: Quid
deſubra iuuant? eſt mollis flamma medullas. Idem primo Georgicorum: Ut mala cul-
mos eſſet rubigo. Plautus in Milite, Es bibe, pro ede dixit, ut Nebriffenſis notauit. Martia-
lis, Si uis eſſe ſatur noſtrum potes eſſe priapum. Ouidius primo de Ponto: Eſtur ut occul-
ta uitiatã putredine nauis. Plautus: Sine mō ueniat ſenex quem abſentem comes. Idem,
Tam facile uinces quã pirum nulpes comẽſt. Plinius: Comeſſe ſactus ſuibus nõ eſt pro-
digium. Tullius: Aegritudo lacerat & exceſt mentem. Lucanus: Aut latus alti montis ad-
eſt. Cicero pro Horten. Quæ ſæpe ipſe comẽſt. Et pro Sextio: Et bona ſolus comẽſſet. Et
pro L. Flacco: Quafi bona comẽſſe Romã nõ liceret. Apud ueteres edo omnino regula-
riter coniugabaſ, teſte Seruio, in illud quinti Aneid. Non mediã de gente phrygum ex-
diſſe nefandis. Vbi etiã dicit eſ à ſum corripĩ, ab edo produci. Hieronymus in ſacris
quandoq; uetuſtiſſimos imitatur, ut quis plantat uineã & de fructu eius non edit: uiuẽ-
ti dabo edere de ligno uitæ. Seruio cōcinit Diome. dicens: Veteres declinabant edo edis
edit. Veteres intelligit qui lõgo tempore ante Cicerone non fuerunt. Ergo melius dicemus
comes comẽſt quã comedis comedit. Auſim. Indicatiuo uel optatiuo futuri temporis
auſim is, it, & pluraliter auſint, cæteris caret, id eſt, audebo uel utinã audeam. Liuius
lib. primo: Nec ſi tẽam dicere auſim. Vergilius in Georgicis: Auſim uel tenui uitem cõ-
mittere ſulco, id eſt, auſus ſum uel audebo, teſte Seruio. Feſtus, auſis, id eſt, audeas. Ouidi-
us. 6. Meta. Et nihil eſt quod non inopino captus amore auſit. Catullus in epiſt. Quis hu-
ic deo comparariẽ auſit. Quæſo, Indicatiuo tempore præſenti ad primã perſonã
quæſo, & pluraliter per eandẽ perſonã quæſumus irregulariter u pro i, id eſt, rogo
& rogamus. Cætera exoluerunt. Cicero in primo de legibus, Quãobrem aggredere
quæſumus. Silius lib. decimoquarto: Nõ ardua regnis Quæſumus aut in honora tuis.
Politianus per i quæſimus ut legimus dixit, & ſignificat rogo rogamus, olim fuit inte-
grum quæſo quæſis quæſiui quæſitum uel quiſum. Inſinitiuo quæſere apud Salluſtium,
teſte Phoca. Lucretius in. 1. Ni diuini pacem uotis adit ac prece quæſit. Forem. Optati-
uo mō tempore præſenti & præterito imperfeco, & coniunctiũ modo tempore præte-
rito imperfeco utinã uel quũ forem fores foret, & pluraliter forent, id eſt, eſſem eẽs
eſſet eſſent. Inſinitiuo, futuro, fore, id eſt, futurum eſſe, & ita diſſert ab eſſe contra indo-
ctos, cæteris caret. Terentius, Dixit hoc fore? Compoſita eunt eodem modo. Afforem,
id eſt, adeſſem. Proforem, prodeſſem ſic reliqua per compoſita à ſum declarantur. Ver-
gilius, Atq; utinã rex ipſe nõ nõ compulſus eodem Afforet Aeneas. Confore, ſimul fo-
re. Terentius: Chremes mihi exorandus eſt & ſpero confore. Defore, defuturum eſſe.
Silius, Promittitq; uiris nulli ſe defore teſtẽ. Horatius, Quæ nocuere ſequar, fugiam
quæ profore credam. Forem pro fuiſſem ſumitur, ſed rariffime, teſte Seruio, ut apud
Vergiliũ octauo Aneidos, Nõ equidem extimui Danaum quod ductor & arcas, Quod-
que à ſtirpe fores geminis coniunctus atridis. Fore uidetur nonnunquam futuro iungi.
Cicero libro tertio epiſtola ſa. ad Appium Pulchrum, Quafi diuinã tali in officio fo-
re mihi aliquando expectandum ſtudium tuum, ſed poteſt hoc eſſe gerundium, non par-
icipium. Idem libro quinto epiſtolarum ad Atticum, Te ad me fore uenturum, neſcio an

Edo

Auſim

Quæſo

Forem

DE VERBIS DEFECT. ET ANO.

- Faxim** mendum sit, non ausim imitari. Faxo: Indicatiui modi est futuri temporis pro faciam. Vergilius libro nono: Haud sibi cum Danais rem faxo & pube pelatga esse putent. Idem, Ego fœdera faxo. Lilius libro sexto: Faxo me iuuet uox ista. Cõigatur autem faxo is, it, & pluralit̃ faxunt. Dicimus etiã faxim is it, & pluralit̃, faximus faxitis taxint, pro faci am facias & cœtera, uel fecerim is it & c. Faximus ponit Nebrissensis, & est taxim optati ui modi futuri temporis & presentis coniunctiui. Lilius lib. sexto, Quod taxitis deos uelim fortunare, id est, facieris. Ennius apud Cice. in lib. de senectute, Nemo me lacrymis decoret, nec funera faxit, id est, faciat. Terentius in Heauton. Vtinam dii ita faxint.
- Cedo** Plautus, Verbum caue faxis uerbero. Idem in Aulu. Lubens faxim. Cedō: Imperatiuio mō tpe presentis ad secundam personam cedo, id est, dic uel da, & pluraliter ad eandem personam cedere, id est, dicite uel date, ceteris caret. Terentius in Phormi. Tu mihi argentum cedo. Plautus: Cedo marsupium. Terentius: Quid scium est cedo. Cedit apud Plautū reperies. Pro hoc uetustissimi cete dixere, teste Marcello. Enni. in Medea, Saluete opti ma corpora. cete manus uestras, measq; accipite. Inuenit cedo cecidi, cedo cessi, & cedo defectiuū qd priore corripit. Itaq; differentia nota est.
- Ambest** Ambest, tertia persona presentis indicatiui, p̃circum est, sola est.
- Inquio** Inquio uel inquam, id est, dico. Indicatiuio mō tempore presentis inquio inquit, inqt. Et pluraliter inquitur. Præterito perfecto, inquitur inquit, futuro inquires, & Imperatiuio mō tempore presentis ad secundam & tertiam personam inque inquitur. Futuro optati ui inquitur. Hæc in usu sunt, reliqua olim lecta, inquitur, inquitis, inquitia, inquitite, inquitrem & c. inquitens & c. iam pene omnino exoleuerunt. Cice. lib. secundo de orat. Aucupari uerba oportebit inquio, ut ea quæ sunt frigidiora uitemus. Persius, Hoc inuat hic inq̃s uero quisquam faxit olerum. Iuuenalis, Quando aribus inquit honestis. Cice. in Verrum, Vbi sunt Pamphile inquit scyphi. Idem in secundo de oratore, Tu uero inquit molestim non eris. Inquit inquit, inquam apud Boetium frequenter occurrunt. Inquam etiam significat dixi. Terentius in Phormione, Abs te emittere inuitum eam inquam. Cice, in quarto ad Herennium, Quid enim tibi uis aliquis inquit. Plautus in Aulularia, Ira dii faxint inquio, id est, dicitō.
- Infit** Infit tertia persona presentis & præteriti perfecti indicatiui tantum est in usu, licet Varro infio dixit, & nonnulli infiunt. Vergilius duodecimo Aeneidos, Ira turbidus infit, id est, dicere incipit. Plautus: Infit lenoni suadere, ut secum eat, id est, dicere incipit.
- Aue** Imperatiuio mō ad secundam undiq; personam, Aue, & pluraliter auere. Futuro auero, & pluraliter auerote. In hantiuio mō tpe presentis, auere. Sic cõigat salue, utraq; est salutantis uerbum, ut aue Maria, salue regina. Et dicit aue ab auo es, id est, cupio, & præ nimia cupiditate gaudeo, ut sit aue, gaude, & lætare. Nō autem dicit ab a, id est, sine, & interfectione ue, ut putat cum reliquis barbaris Riga. Martial. Mane tibi pro me dicat auere liber. Aduenienti dicimus aue uel salue, uel ipsi aduenientes. Recedentes, uale dicimus, aliquando etiam salue, ut uale ac salue mi Cicero. Martialis: Iam satis est nō uis Apher auere, uale. Horati⁹, Virbis amatorē Fuscum saluere iubemus rurs amatores. Plau. salueo dixit p̃ saluus & sanus sum. In trulentō, Salue, satis est mihi tua salutis, nihil moror, nō salueo. Legit etiam in futuro saluebis. Cice. lib. sexto ad Atticum, Saluebis à meo Cicerōe, olim etiã lecta sunt salueat salueatq;. Vale. i. sanus sis, integ̃ est, q̃ ualeo nihil aliud est q̃ sanus sum. Sic docent Tiberge, Clichthoueus, pluresq; & recte, q̃ a solo Alexandro ponit inter eclipsica, nō a Prisciano, Diomede, Phoca, Donato & c. Cic. lib. 6. ad Atticum, Valebis igit, & puella salutem particulate dices. Valetudinarius. i. raro sanus. Nō idē de aue dicendum est, quia licet ex auo deductum sit, tamen ab illius significatione quæ p̃prie est aliquid cupio, longius recedit. Apage. Imperatiuio mō tpe presentis ad secundam personam apage. Et pluraliter ad eandem personam apagete, id est, abduc, remoue. Ab apo, id est, ab, & Græco uerbo ago, id est, duco. Multi dicunt aduerbium uel interiectio nem esse, mihi placet uerbum esse, quia accusatiuum post se regit, Apulcius, Apagelis iam

eruentos deos, sis, id est, si uis. Plautus, Apagesis amor tuas res tibi habe, id est, remoue te hinc & recede. Idem, Apage nescio quid uiri sis, id est, recede, hoc est, abduc te. Idē in Am. Apage, nō placet mihi hoc nosse esse, id ē, comesse. In eodē, Vah apage te à me. Dicit hoc Amphitryo excaudescens Sofiaz, ubi apage uerum est uerbum, id est, remoue, aliena seq̄ fra, seuuga, ut in Gassī, Apage te à dorso meo. Et alibi, Apage illum à me. Diomedes bene dicit apage in plurali habere uos apagete. Apuleius in li. i. de asino, Apagete inquit fœtorem extremā lattinā. Corripit autē apage penultimam, ut in uersificatoria probauī satis (ut opinor) bene, sed nihil ab omni parte beatū, ideo licet plurima optime dixerim, tamen deprehendo me aliquando, ut hominem errasse, ut in dictione choragus, cuius penultimam putauī corripī, quia eiusdem est deriuationis cum apage pædagogus & cætera, est enim ductor & princeps choreæ, & expensa suppeditator, & chori conuiuīq; magister, ueruntamen contra primitiuī naturam recte produceretur. Suetonius in Augusto dicit uersus ignoro ab autore in Augustum editos, quorum hic est primus: Quum primū istorum conduxit mensa choragum. Itaq; bonus est uersus: Diurum posita flet maiestate choragus. Non pudet nec pudebit unquam si quid sensero me errasse reuocare, nec si possum differam. Nam quis scit an adiciant hodiernæ crastina uitæ Tempora diū superi? Id si reliqui facere uellent, pulchre se haberet lingua latina.

Choragus

¶ Euge Imperatio nō tpe præsepti ad secundam personam, euge, cæteris caret. Plurimi dicunt esse interiectionem assentientis, & sponte sua congratulantis. Perlius: Euge poeta, id est, bene age & confortare. In Psalm. Euge euge uiderūt oculi nostri, id est, bene bene, teste Hieronymo. Aio, id est, dico. Indicatio nō tempore pñti. Aio is it, & pluraliter, aiunt. Prō imperfecto aiebam &c. integrum est. Prō perfecto, aiiti, & pñr, aistis. Imperatio tempore pñti ad secundam personā, ai. Futuro optariui & pñti cōiunctiui aias aiat, & pñr aiam aiant. Participiū est aiens. Cætera nō sunt in usu. Licet quidā ponāt aiam aiat, aiat, plorāq; Plautus in Rud. Vel tu mihi aias uel neges. Idē: Vel ai ul' nega. Næuius, An nra est sponsa prægnans uel ai uel nega. Cice. de fi. bo. Quasi ego curem qd ille aiat aut negat. Gel. lib. 16. Sive aias siue neges hærebis in captione. Priscianus aiam dixit in libro primo cōstruct. Diuis Augustinus aiiti dixit qdam in loco, atq; aistis, Vos adijcentes in malo aistis, Sabellicus arbitratur legendū esse apud Catullum aite pro dicite. Apuleius sexto Meta. Sic aiens crystallo dedolatum uasculum tradidit. Cicero in Topicis, Cōrraria aiens inquit. Ouat, Phocas solum ponit hanc tertiam personam, participiū est ouās. Reliqua parū sunt in usu, licet quidam ponant ouo, as, at & cæ. sine eclipsi. Si quid tamen apud elegantissimos oratores, uel historicos uel poetas inueneris uitior & parce quidē, raro inuentis utendum esse semper memento. Ouat, id est, lætatur & gaudium uociferando aut canendo demonstrat. Lilius libro primo, Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio quo prope metum res fuerat. Vergilius primo Georgico. Et ouantes gutture corui. Ouatio, paruus triumphus, de quo multa apud alios reperies. Amabo integrum est, quia coniugatur amo amas, nec est proprie interiectio, licet interiectionis uel aduerbiū officio fungatur blandiendi, regit enim post se accusatiuum ut amo, & penultimam semper producit contra Phileticum & plures. Cicero in secundo epistolarum fa. Amabo te cura & cogita, sic Plautus persæpe. Explicit, & pluraliter expliciunt, Alexander ponit, quæ à doctioribus censentur barbara. Latini dicunt liber est explicitus aut finitur. Martialis in Apophoretis, uersibus explicitum est omne duobus opus.

Euge

Aio

Ouat

Amabo

Explicit

¶ Addunt eclipticis lucefcit, diefcit, ninguit, pluit quia solas tertias personas in usu habent, & impersonalia, quia autore Phoca carent futuro imperatiui, gerundijs & participijs. Plura uidebis in Syntaxi.

¶ Si quis uellet omnem antiquitatem diligenter perscrutari, longe plura inueniret anomala & ecliptica, ut excellis, & irritallis, locastim, prohibebissis, taxis, danunt, perdidit, leuallo, duis, creduis, cre duas, duit, supplicassis, negassis, adassint, duas, seruassis, &c.

DE VERBIS DEFECT. ET ANO.

pro excedas, irrites, des, credas, dederit, aut det, supplices, neges, locauro, aut locem, prohibeas, tangas, dent, perdant, Leuo aut Iuabo, adigant, des, serues, sine numero, id genus alia sunt apud Plautum & uetustissimos ut bitet, pro ueniat, Plautus: Dij te seruas sint. Idem: Id Iupiter prohibesit. Terentius: Caue quoquam ex isthoc excessis loco. Var. Caue ne meum raxis librum.

Dor, furo, for, der, fer, uix unquam suscipit usus.

Prima personae dor, furo, for, der, fer, a fari non sunt in usu, teste Martiano Capella, id de simplicibus intellige, quia pessundor, affor, bene dicimus.

Dic, duc, fac, fer, ais: fice non sic dicitur apte.

Per apocopen dicimus dic, duc, fac, fer, pro dic face & caetera. Sic praedic, adduc, benefac, perfer. Composita autem a facio ubi a in i uertitur, non patiuntur apocopen, quia perfice, infice dicimus non perfic & caetera, leges aliquando dice, duce, face. Terentius: Orandi iam finem face. Idem: Me missum face. Vergilius undecimo, Tu Voluse armari Volsorum edice maniplis, pro edic, teste Seruio. Plautus: Circduce hunc has a des, Ain pro ais ne, uiden pro uides ne & c. etiam per apocopen efferuntur. Apocope quid sit, patet in secundo libro.

Face
Edice
Circduce:

3' **Syncopa diminuit de ui formata frequenter,
Ni dissyllaba sint: tamen inuenies bene nosti,
Et scisti, flasti, flesti, sic plura notabis.**

Syncopa praeteritis in ui syllabam desinentibus & in de formatis saepe contingit, ut peth pro petui, formati pro formaui, redijt pro rediuit & caetera. Dissyllaba rarius syncopantur, quia nosti pro nouisti, nasti pro nauisti, isti pro iuisti, tristi pro triuisti, uix ulquam inuenies praeterim extra compositionem, quia commosti, redisti uel redisti intriti, & plura aliquando leges, ut frequenter nosti, scisti, flasti, flesti. Martialis: Nubere uis Prisco non miror Paula sapisti. Horatius: Vnde tam bene me nosti. Teren. Scisti uti foro. Terentius: Omnes congruunt, unum quum noris, omnes noris. Idem, Ni causam nosses, crederem hunc uerum loqui. Idem, Eho tu consobrinum tuum non noras? Naso: Flesti discedens hoc saltem parce negare. Inuenies etiam nesti consuesti & caetera. Silius libro septimo, Qui memet finibus unquam amoris Ausoniae, pro amouerim, sic Horatius commorit pro commouerit dixit. Cicero libro septimo epistolatum familiarium ad Trebatium, Nam Vlubris honoris mei causa uim maximam ranunculorum se commosse constabat, pro commouisse. Vergilius quarto Aeneidos, Hircanaeque admirant hubera tigris, pro admouerunt. Fit etiam in alijs terminationibus praeteritorum aliquando syncopa, sed raro & uix apud alios quam poetas. Aeneidos primo, Accessit scopulos, pro accessistis, idem extinxem, p extrinxissem, & plura dixit. Horatius euasti surpite surpuerat, & plura. Naso: Abstit, comici dixit, intellexit & caetera, percusti, immisti, & alij uixer, diuise, crepssem & caetera, solum poetica.

**Præteritum signant & praesens praeteritiua
Sub uoce hac, odi, coepi, noui, meminiq;**

Et pepigi, memini, tote atq; memento reponit.

Hæc quinque uerba odi, cepti, noui, memini, pepigi, sub uoce præterita significant præsens & præteritum tam imperfectum quam perfectum, ut odi, id est, odio habeo, habebam, aut habui. Sic cepti, incipio, incipiebam, uel incepi. Sic dices de reliquis. Differunt itaque noui eclipiticum & noui à nosco, quia hoc solum præteritum significat: illud præsens & ptm. Noui annumerant istis Diomedes, Phocas, Sergius: Lancilotus reclamation. Phocas etiam pepigi adicit, licet alij à pãgo, alij à pago, alij à pacifcor deriuent: unde Seruius in octauo Aeneid. Tentamenta tui pepigi. Dicit pacifcor ptm facere pepigi uel pactus sum, ut placeo placui uel placitus sum. Itaque pepigi eclipiticum differet à pepigi præterito à pago uel pacifcor, ut de noui diximus. Odi, à quo uerbo fit non satis liquet, habet supinum ofum. Hinc ofor, id est, contemptor, ut ofor uxoris, latinitatis: & participium ofus, id est, odio habens. Plautus: Inimicos ofa sum. Exofus, perofus, ualde ofus, quia exodit, perodi, pro ualde odi olim dicebant. Vergilius: Si nondum exofus ad unum Troianos. Naso: Ille perofus opes syluas & rura colebat. Hinc ofurus participium futuri temporis. Cicero in Lælio: Ut si uellet aliquando esset ofurus. Inuenitur uerbum in sacris integrum odio odium oditum, quod apud ethnicos rarissime leges. Cicero usus est in libro de oratore dicens: Aut odiant aut diligant. Seneca de uirtutibus cardinali. Neminem odias. Hieronymus in psalterio. Odium omnem uiam iniquitatis. Ethnici sæpius odi dicunt. Horatius: Oderunt peccare boni uirtutis amore. Dista uerba solum habent tempora à præterito formata, ut odi, oderã, odissem, oderim, odissem, otero, odisse. Sic reliqua. Memini ultra alia habet in futuro imperatiui memento tu, memé tote uos. Meminero, otero &c. etiam habent sensum futuri indicatiui. Memini, id est, recordor uel recordatus sum, facit participium meminens raro lectum. Vallæ placet esse ab antiquo uerbo meno. Hinc mentũ & mētio. Cepti cum ce diphthongo uenit ab antiquo uerbo ceptio. i. incipio. Terentius in Adel. Olficissem q̄ ille quicumq; ceperet. Plautus in Menæch. Neq; pugnas ueliris ceptio. Cato: Ceptiam seditiosa uerba loqui. Supinum est ceptũ: inde participium ceptus a um, & nomen ceptum, id est, initium. Ouidius: Dii ceptis aspirate meis: dii cepta secudent. A ceptio ce in breuem uersa (quamuis longa esse uelit Nebrissenfis) fit incipio, & quod idē significat occipio, incepi, occorpi, inceptum, oceptum. Hinc frequeratiuum incepto, occcepto. Vergilius: Incipe Damoceta &c. alij hæc à capio deducunt.

Pepigi

Odi
Ofor
Ofus
Exofus
Perofus
Ofurus
Odio

Memini

Cepti
Ceptio

Ceptum

Sunt neutropassiuua, solet, fit, fidit, & audet.

Mæreo cum gaudet, passiuum præteritum dant.

Ast utrunq; uolunt, titubo, placeo, pateoq;.

Suesco, caret, iuro, prandet, nubit, miseretq;.

Coeno, piget, tædet, pudet, & licet: addito potō.

Et libet & mereor, pro quo mereo quoq; legi.

Verbum neutropassiuuum est quod desinens in o facit præteritum acti desineret in or, ut soleo solitus sum, fio factus sum, fido factus sum, audeo aulus sum, mereo mæstus sum, gaudeo gaudius sum. Olim dicebant in præterito solui, fisi, ausi, mæruui, gaudiui, & plura iam penitus exolera. Sallustius & Solinus solui dixere. Tu solitus sum dicito. Quædam retinent utrunq; præteritum actiuæ & passiuæ uocis, ut titubo titubauui uel titubatus sum, placeo placui & placitus sum, careo carui & castus sum, iuro iurauui & iuratus sum, prædeo

DE VERBIS DEFECTIVIS ET ANOMA.

Liceor
Soleo

Infolens

Fio
Fido

Audeo
Mæreo
Gaudeo
Titubo
Iuro

Deiuro
Peiuro

prandi & pransus sum, nubo nupsi & nupta sum, miseret miseruit & miserum est, cenæ cenavi & cenatus sum, piget piguit & pigitū est, tædet tæduit & perta sum est, quia tæsum non est in usu, perta det pertæduit & pertæsum est, pudet puduit & pudicum est, licet licuit & licitum est, pota potavi & potus sum, liber libuit & libitum est, mereor merui & meritus sum. Dicitur pro eodem aliquando mereo. Mereor tñ non neutropassivū uocatur, sed neutrum passivum, teste Phoca, quia cum in or desinat, facit etiam præteritū acsi desineret in o, qualia sunt, teste Gellio lib. 2. ca. 25. Diuertor diuertī, lautor laui, astringor atrinxi, extergor extersi, quibus alij iungunt opperui opperui, pacificor pepigi, liceor licui, de quo uerbo in syntaxi plura dixi. Cicero lib. 12. ad Atti. De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, ego id quoq; audieram. Liceor, i. pretium defero. Impersonalia miseret, piget &c. in syntaxi declarantur. Soleo participium facit solens, soliturus non legi. Plautus in Amphi. Si dixero mendacium, solens meo more fecero. i. ut soleo, uox est (ut ait Baptista Pius) nitida & eloquentissima, nec minus propria q̄ insolens, i. non solens. Terentius in And. Quid tu Athenis insolens. Dicitur etiam insolens consuetudine impudens ac petulans. Hinc insoleo, i. petulans fio. Sallust. Animus malax artium insolens. Puerilis animus per licentiam insolecit. Insolitus nomen, i. non solitus. Sallusti. Talibus uiris non erat labor insolitus. Fio quartæ est. Horatius. Lenior & melior sis accedente senectæ. Fido, fidutiam & spem habeo. Verg. Fideite ne pedibus. Confido, idem. Diffido, nō fido. Fidus, cui fidendum est, Petrarca: Fidus auaritiæ nunq̄ contingit amicus. Infidus, penultima longa, ind est, non fidus. Perfidus, penul. breui à fides, qui fidem uiolat. Confidentia, id est, audacia. Audeo, sum audax. Paulus: In quo quis audet & ego. Mæreo mæstus sum per æ uel ce diphthongon, i. lugeo & tristior. Mæror, mæstitia idem, i. luctus, tristitia. Gaudeo, lætor. Propheta: Non est gaudere impijs dicit dñs. Titubo, i. lingua uel pedibus uacillo, nec in sistere queo. Quintilianus: Iugulasti uulnerarum, titubantem sirauisti. Qui dius: Haud aliter titubat q̄ si mera uina bibisset. Iuro, iuramentum facio aut præsto. Cicero ad Heren. Iuratus fuerat, i. iurauit: capitur etiam passiuè. Verg. 2. Georg. Aur coniurato descēdens Dacus ab Ithro. Inuenitur etiam passivum iuror. Lucan. in. 5. Et lætæ iuratur aues bu bone sinistro. Stati. 7. Theba. Numina captiuus etiam iurare Thebis. Iniuratus, qui non iurauit. Composita producunt penultimam, ut coniuro, simul iuro, cōspiro. Coniurator, i. conspirator. Deiuro, periuro, exturo, i. uehementer iuro. Plautus in Amphit. Exturasti mihi dicere per iocum. Præiuro, ante alios iuro. Eiuro, i. iuro non posse præstari quod de sideratur. Plautus: Eiurauit militiam. Duo mutant u in e breuem, deiuro, peiuro. Deiuro, id est, ualde & sancte iuro uel libere iuro, ut Ionathas deiurauit. David eo q̄ diligeret eū. Peiuro, i. falso & animo fallendi iuro, uel iuramentum infringo. Plautus in Asina. Si quid fecit scelestè pro illo lingua peierat. Perjurus, qui peierat. Periurus, falsum iuramentū. Mereor, aliquid facio quam obrem dignus sum habere. Ouid. lib. 4. Meramorpho. Quam meruit pœnam solus digessit in omnes. Optime de nobis meritus es. Commercio, id est mereor, sæpius in malum capitur. Terentius: Quid feci aut commercii pater? Idem: Nunq̄ scīens commercii ut ista caperet odiū mei. Demereor, concilio, & in amicitia iungo. Quintilianus: Ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei. Pro mereor legitur mereo. Plautus: Tu meruisti & adhuc meres. Idem: Nunq̄ ego illi possum gratiam referre ut meritus est de me. Ergo merui à mereo uidetur esse. meritus sum à mereor. Merco etiam est militare. Lucan. Aere merent paruo. Dicimus etiam mereo æra pro lucrō. Horat. Hic meret æra liber Solsijs. Quid. Iussit & in castris æra merere suis. Emeritus, qui præ senio amplius non meret, aut rude donatus est. Neoterici barbarè capiunt demereo demeritum q̄ malefacio & crimen. Poto potaui uel potus sum adicitur dictis à Gellio lib. 2. cap. 25.

Passiuè signant sub o uapulo, ueneo, fio,
Exulo cum nubo, liceo quibus addimus apte,

Verbum neutrum passiuum est, quod in o desinens, passiuè significat, ut sex hic posita. Vapulo. i. percutior. Plautus: Videtis q̄ mox uapulare uis, nisi actutum hinc abis. Actutum i. mox. Fio. efficio. Defio. deficio. Vergil. Lac mihi nō astate nouum non frigore defit. Confio. i. fio. At suffio media breui, suffiui suffitum. i. fumigo, nihil cōmune habet cū fio. Vergilius: At suffire thy mo cerasq; rescindere inanes Quis dubitet. Veneo, uendor. Vere res ueneo dixere. Plautus apud Diomedem: Ego ne illi uenear? Titianus apud eundem: Illud melius emitur q̄ ueneatur. Exulo. cxul fio & patria expellor. Liceo. aestimor. Diomedes: Licet mihi. i. potestatem habeo. Et liceo es dicimus cum ad pretium referimus, id est, liceo denarijs totidem. Nubo uiro trador.

Vapulo
Defio
Veneo

Abundantia, & primo uerba communia.

Hæc & plura leges communia, largior, hortor,
Osculor, experior, stipulor, moror, hospitor, atq;
Criminor, amplector, ueneror, cum dignor adolor,
Obliuiscor eris, interpretor, addito solor,

Verbum abundans est quod sub una uoce actiue & passiuè significat, ut uerbum cōmune, ueluti largior, hortor &c. Aut cum idem est diuersarum cōiugationum, ut lauo lauas, ut lauo is. Aut cū aliqua i preteritis supinis ue coincidit, ut mulceo & mulgeo mulsi mulsum. Aut cum idem multiplex p̄m̄ aut supinū habet, ut sapio sapui uel sapiui, horz multa ex dictis satis patent, ut lauo, qd̄ etiam tertiaz esse ante probauimus. Verg. 3. Aenei. Fluidū lauit inde cruorem. In. 10. Lauit improba teter ora cruor. Arto as, uel artio artis, sono as uel is, oleo uel olo &c. albo actiuū, albo neutrum. Sic duro dureo, liquo liqueo. Neo nes, & pro eodem neo neis neit, ueteres dixere. Tibul. Aut si fata negant reditū tristesq; foro res stramina quæ ducunt quæq; futura neunt. Sunt quæ cum cōiugatione mutant significationem, quoz nōnulla declarauimus, ut mando, cōpello, appello. Fundo as. i. fundam tum iacio. Fundo is, spargo &c. Dico as, cōtecro. Dico dicis, loqr. Volo as, ut aues. Volo uis uult, cupio &c. Lego as, legatū mitto uel in testamēto do. Lego is, patuit. Sero as, claudio, Sero is, semino uel planto. Educo as, penul. breui. i. nutrio. Educo is, penult. longa, extrā duco. Talia diligens p̄ceptor per se plura inueniet, nos receptui canimus, paululum trā de cōmunibus dicturi. **V**erbum cōmune est, quod in or desinens actiue & passiuè significat, ut largior iris. i. tribuo aut tribuor. Hinc dilargior, elargior. idem. Hortor aris. i. mēi ro admonco uel incitor admonco, ut hortor canem in cuniculū. Adhortor. i. ualde hortor. Dehortor. i. dissuadeo. Osculor, osculum do uel accipio. Exosculor. i. ualde osculor, laudo, & amplexor. Experior, tento uel tentor. Terent. Omnia prius experiri ybis q̄ armis sapientem decet. Expertus, qui probauit. Stipulor. i. rogo uel rogor in obligatione cōtrahenda. Hinc astipulor. pro assentio. Instipulor. i. stipulor. Restipulor. i. cōtra sponsonem pecuniæ obligo. Moror in mora teneo uel teneor. Expecto uel or. Quis te morat^o est? Mulier à muliere facile morat. Demoror, remoror, ualde & iterum moror. Immoror in aliq̄ moror, ut quid multis immoror uerbis? Et pendo curoq; moror significat, ut Plautus: Nihil moror dotes istas da p̄files: sat dotata uirgo si bona est. Et habito, ut moror Gā dauī. Hospitor, suscipio uel suscipior hospitio. Criminor. id est, accuso uel accuor. Crimen, accusatio uel peccatum. Amplector, circūdo uel circundor, & accipio uel accipior. Seneca: Mala pro bonis amplecti demētia est. Veneror. i. honoro uel honoror. Hinc uenerandus, uenerabilis, ueneratio. Dignor, dignum iudico uel iudicor. Vergi. Haud equidem

Lauro

Neo

Largior

Hortor

Osculor

Experior

Stipulor

Moror

Hospitor

Criminor

Amplector

Veneror

Dignor

DE VERBORVM FORMIS

tali me dignor honore. Idem: Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo, id est, digne habite, teise Seruio. Adulor, commune esse in syntaxi ostendimus. Interpretor, declaro, uel or, ut interpretor Vergilium, à Pio interpretatur Plautus. Obluiscor, rarius passue capitur. Aufonius: Quando oblita mihi tor carmina. Solor & consolor, id est, consolationem do uel accipio. His me cōsolor. In euangelio: Hic consolatur, tu uero cruciaris. Gellius lib. 15. capite. 13. ostendit communia esse utor, ueveor, horror, cōsolor, testor, dignor, cōfiteor, longe plura ponit cum alijs Priscianus: ut auxilior, medeor, tutor, tueur, cōspicor, delpicor, metior, aspernor, miror, cōlector, carnificor, cōsequor, affector, assequor, adminiculor, auguror, dominor, architector, abominor, aggredior, machinor, furor, uenor, frustor, arbitror, reor, metor, adorior, blandior, calumnior, argumētor, executor, coplector, uociferor, amplexor, demolior, tari, uelithcor, depeculor, adipiscor, polliceor, exordior, patior, & plura que à Priscian. & Nestore probantur. Id etiam notandum est, multa uerba communia & deponentia olim abiecta r in o etiam desisse. Cic. lib. 15. ad Atticum: Te ut à me decesseris, lachrymasse moleste terebam. Tam frequēs est lachrymo, ut eo non minus libēter quàm lachrymor uterer. Titinnius: Laudo ꝑ osculau priuignæ caput. Ennius: Contempla & templum Cereris ad læuam aspice. Sic mino, adulo, desolo & cætera, à Marcello, Priscianoq; & pluribus pulchre declarata.

GRAMMATICAE HISPANICÆ

terianæ, Liber Septimus.

De uerborum formis.

32



Ræcipuas uerbi formas cognosce quaternas.

Formæ uerborum principales sunt quatuor, perfecta ut lego, meditatiua ut lecturio, frequentatiua ut lectiro, inchoatiua ut teruesco caleſco. Priscianus ponit plures formas minus principales. Desideratiuâ, ut uiso, capesso, faceſſo, id est, cupio uidere, capere, facere, hoc dictum reprobatur Valla, quia uiso nō cupio uidere, sed eo ad uidendum significat, sic capesso &c. Diminutiua, ut garrulo, modicum garrilo. Sorbillo, parū formeo. Cauillo, aliquantulum caluo. Dic etiam cauillor. Picisso, modicum bibo. Sunt item quædam apparatus dicta, ut albico, id est, albeo. Fodico, fodio. Nutricio, nutrio. Vellico, uello aut carpo. Mantuanus: Albicat intractum niueo uelamine corpus. Sunt & illa imitativa patrisso, græcisso, articcisso & similia, id est, imitor patrem, Græcos, Atticos. Plautus: Id tu ne miraris si patrisſat filius. Poetor aris. Philosophor aris, id est, operam do poetis & philosophis, aut hos imitor. Græcor, & pergræcor, id est, more Græcorum indulgeo genio. Fiunt quoque uerba à nominibus & aduerbijs, ut lignor, frumētor, perendino & cætera. quæ non habent certam formationis regulam, ideo reliquis omiſſis, solum de frequentatiuis, quæ etiâ iteratiua dicuntur, & inchoatiuis uel inceptatiuis, meditatiuisq; dicemus.

De Frequentatiuis seu Iteratiuis.

Sic iteratiuum formes; ito fiat ab atum.

Vper o mutabunt bene cætera uerba supini.

Si fuit or manet or: sunt cuncta frequentia primæ.
Prætereunt legem nato, quærito, fundito, scitor,
Sciscitor atq; agito, sector, loquitor, pauitoq;
Perscrutando libros doctorum plura notabis.

Verbum frequentatiuum uel (ut Diomedes placet) iteratiuum est, quod assiduum uel potius frequentem in agendo uim habet, & frequenter agendo iterat affectum, ut salto, clamito. Formatur autem dupliciter, primo, a uerbis primæ coniugationis habentibus in supinis atum penultima longa, mutando a longam in i breuem: & uel um in o, ut imperatum uel imperatu imperito: clamatum clamito, uolatum uolito & cætera. Reliqua frequentatiua formantur a supino mutando um uel u in o, ut cursum uel cursu curso curas, saltum salto, Dormitum dormito, as. Tueor, tutum, tutor, tutaris, quia ex uerbis in or, fiunt frequentatiua in or, ueluti minor minatum minitor.

Formantur cõtra regulam quædam, no natum, nato, as, penultima breui. do autem datum, quia priorem corrigit, recte facit dato das. Cæcilius apud Gellium libro secundo: Aduenti ac sedi, exemplo suauum datat. Persius: Hoc natat in labris. Hinc annato, innato, enato penultima breui. Quæro quæsitum quærito penultima breui facit pro quæsitum penultima lōga, sed hoc quoq; latine dici uolunt nō a quæro sed a quæso. Quærito, id est, instanter quæro, & proprie de his dicitur qui quotidie inquirendo uix uictum inueniunt, ut inquit Donatus. Terentius in Andria: Lana ac tela uictum quæritans. Plautus: Qui inops & sordidus quæritando alit familiam, id est, ostiatim quærendo uictum, quod mendicis faciunt, qui & rogatores dicuntur. Plautus: Ut rogator ostiatim petam panem. Fundo fundito, as, id est, sæpe fundo aut fundo, quia frequentatiua, p primitiuis plerumque eleganter locantur. Plautus in Amphit. Cum cructatu tuo isthæc hodie uerna uerba funditas, id est, fundis, effutis, loqueris. Scio scitum scitor, id est, interrogo uel inuestigo, quæ occulta magis ac secretiora sunt. Vergilius: Suspenti Euripylum scitatum oracula Phœbi mittimus. Horatius: Scitari libet ex ipso. Scisco facit sciscitor, aris, id est, scitor, & est magis in usu quàm scitor. Plautus in Captiuis: Secede huc: nam sunt quæ ex te solo sciscitari uolo. Terentius, Quicquid est libet hinc sciscitari. Ago agito facit ut cõpositum eius cogo cogito, id est, rem frequenter ad memoriam duco uel cogo. Vergilius secundo Geor. Ipse dies agit at festos. Hinc cõponitur exagito subagito. Legito autem frangito, tangito, as, pangito, as, apud solos grammaticos inueni, ideo ut mihi uerba omisi, non docens a secunda psona præsentis abiecta s addito to, facere frequentatiuum, ubi præteritum in gi delinit, ut lego legito & cætera, quia in frequentatiuis uix alijs quàm inuentis utemur, nisi forsitan in pulchro opere, ideo amito, as, nollet dicere Nebrissenlis, nec mihi placet hæc & similia, nisi auctoritate pbentur. Arito, uacito, errito, calcito, creito, castigito, rito, ualito & cætera. Itaq; hæc regulæ de frequentatiuis nō sunt catholicæ, quia semper auctoritate opus est, quæ ubi adest, recte uteris frequentatiuis, qualia sunt apud Gellium hæc & multo plura, defensito, rasito, ito, esito, uictito, solito, aduento, defento, surresito, obseruito, uentito, molitor, responsito, uectito, diuersitor, appellito, accessito, portito & cætera. Tacitus: Mansitasse una cõuincebatur. A sequor fit sector sectaris, psecutor, id est, cõtinue sequor. Insector, uehementer sequor, insequor uel persequor. Loquor loquitor. Gellius libro primo: Supra modum loquitans cõturbabat. Pauero, facit pauito pauitas, licet careat supino, nisi olim fuerit pauitum, & significat ualde pauero. Terentius in Hecyra: Vxorem Philomenam pauitare (nescio quid) dixerunt, id est, laborare ex frigidibus, ut exponit Seruius, nam est reciproca translatio, & timor pro frigore & frigus pro timore ponitur. Vergilius; Exemplo Aeneæ soluuntur frigore membra, Si qs

Nato
Dato

Quærito

Rogator
Fundito

Scitor

Agito

Loquitor
Pauito

DE VERBORVM FORMIS

Pascito

doctissimorum scripta perscruteretur, plura notabit: nam pascio pascito facit pro pasto pas-
 fitas. Varro: Nunc feras quæ in syluestribus locis pascitant, cicuresq; cultis. Nosco facit
 noscito. Plautus in Cistella, Nunc uelligia siqua sunt noscitrabo. Et noto, as, priore breui
 pro confidero, signo, taxo, & potius à nota esse uideatur quam à nosco. Composita penul-
 tima breui sunt annoto, denoto & cætera. Nunc ad recte formata redeo. Increpo, incre-
 pito, Silius libro primo: Fessosq; labore ministros increpitar. Sic leges singulto, subue-
 cto, aduecto, aspecto, profpecto, respecto, inspecto, uerso, rogito, imperito, abiecto, reie-
 cto, comecto, dormito, adiuto. Terentius: Amabo adiuta me. Celli. Adolescens ego qui ad
 grammaticos irarem. Silius libro tertio: Breuitasque uerat mirabilis, hora prolatare
 diem, à profero est. Statius sexto Thebai. Responfant flebile Thebæ. Et primo sylvia-
 rum: Fallax responsat imago. Horatius capit pro resistere, Responfare cupidinibus,
 contemnere honores.

Noscito

Q Omnia frequentatiua sunt primæ coniugationis, tamen à neo fecit Statius, teste Cal-
 derino neto, is, terræ, ut .i. sylviarum. Netite nemo modum transmissi computet æui.
 Idem quarto sylviarum, Cumq; tibi uagitet tertius infans. Idem, Defensasq; patrem. Ci-
 cero in septimo epistola fami. Si foris cenitarem. Sallustius in Catil. Exercitum in Asi-
 am ductauerat. Vergilius, Fluuium mersare salubri. Muto facit mutito, de quo uerbo
 pulchra uidebis in annotationibus Beroaldinis. A pendo fit penso & pensiculo, id est,
 cogito & confidero. A penso pensatum, rursum fit pensito, ubi notabis ex fre-
 quentatiuis parum aut canoris aut uisitatæ sæpe fieri alia frequentatiua, ut à supino le-
 ctum lectu, fit lecto, quod raro reperitur, hinc lectito. Sic à frequentatiuis uix repertis fa-
 cto, luso, acto, uiso uisat, scripto, fesso & cætera, dicimus, factito, iustito, actito, uilito, scri-
 pto, fessito, & cætera. Sic elito, cursito, licet curlo cursas, in usu sit. Sic surrectito, defen-
 sito & cætera. Horatius, At quatram taceo post hanc uagor aut ego lecto. Idem secun-
 do ferm. Veluti succinctus cursitat hospes. Martialis, Cogit me Titus acitare causas. Dif-
 ferunt tamen dicto & dictito: nã dictitare, est sæpe dicere. Dicto as, id est, prælego, ut ali-
 us scribat, & suggero, ut ratio dictat. Paracletus dictat ueribus. Hieronymus, Dictamus
 hæc non scribimus corrente notariorum articulo. Plinius in epistolis, O sylvia, o litus,
 quàm multa compositis, quàm multa dictatis. Boerius, Ecce mihi laceræ dictant scriben-
 da camæna. Dictatum est, quod magister pueris dictat. Et ad alia per metaphoram
 transfertur: nam imperatoris & cuiusq; artificis præcepta nonnunquam dictata dicun-
 tur. Iuuenalis: Peragit dictata magisteri omnia, uulgus male capit dictare pro compone-
 re. Dicto, recte frequentatiuum dicitur, quia dictans sæpe idem dicit & iterat ne notari
 us inepte scribat. Dictamen Calepinus ponit, ego apud ueteres nunquam legi. Sunt quæ
 à significatione frequentatiua deficiunt, ut Capto, non est frequenter capio, sed cape-
 re cupio. Martialis: Dum me captares mittebas munera nobis. Vendito, cupio uendere
 uel sedeo ad uendendum, ut hic uenditit libros.

Dictito

Dicto

Q Frequentatiuum aliquando significat diminutionem, ut Dormito, id est, paulum &
 non profunde dormio, sed per interualla, & id frequenter contingere potest, sed semper
 paululum. Horatius: Quandoq; bonus dormitat Homerus. Et in Psalmis: Ecce non dor-
 mitabit neq; dormiet. Et alibi: Dormitauerunt omnes & dormierunt. Et scriptitare est
 non totam rem simul scribere, sed per interualla & per partes diuersis temporibus scri-
 bere: quanquam aliquando scriptito simpliciter pro scribo capiatur. Cic. lib. 7. ad Atticum:
 Et hæc & si quid aliud ad me scribas uelim uel potius scriptites. Hic manifeste ostenditur
 differentia inter scribo & scriptito.

Capio

Dormito

Scriptitare

De Inceptiuis seu inchoatiuis.

Præsentis primiq; modi co iunge secundæ

Personæ, si uis uerba inceptiua creare.

Sic ferues feruesco facit; Sed tollitur hisco.

¶ Verbum inchoatiuæ uel inceptiua formæ est, quod continuum incrementum passionis innata significat, & à Valla augmentatiuum appellatur. Et proprie tantum fit à neutris secundæ coniugationis addendo secundæ personæ præsentis indicatiui singularis numeri syllabam co, ut Tepeo tepes tepesco, id est, in horas magis tepesio. Calefco, id est, fio calidus. Sic Aegresco, Albesco, Feruesco, Ardesco, Madesco, & cætera. Quorundam primitiua in usu non sunt, ut ignesco, Sanesco, Herbesco, Liquesco, Iuuenesco, Senesco, & cætera, quæ sunt ex obsoletis uerbis. Igneo, id est, ignitus & ardens sum & cætera. Ferdesco, sordidus fio. Sic Pinguesco, Macresco. Horarius: Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Hæc omnia licet recte augmentatiua dicantur, tamen non inepte appellantur inchoatiua: nam qui calefcit, incipit aliquid caloris acquirere: licet non penitus incipiat iam primum calere. Ita declaratur in reliquis. Quæ similiter in sco desinentia, formantur ab alijs uerbis quàm à neutris secundæ, non proprie dicenda sunt inchoatiua: sed inchoatiuis formatione similia: uulgo tamen etiam inchoatiua dicuntur, ut præsentio, id est, presentio. Concupisco, id est, cupio. Pertimesco, pertimeo. Edormisco, edormio. Plautus: Edormiscam hanc crapulam quam potaui præter animi sententiam. Præfisco, præficio. Vergilius: Corda licet longe præfiscere. Repuerafco, id est, rursus puerafco, id est, fio puer. Plautus: Aiunt solere senes repuerafco, id est, uetustesco, hoc est, uetus fio. Inueterafco, ualde in consuetudinem uenio. Nigidius inter hæc putauit hoc esse discriminis, quod quæ uetustate deteriora fiunt uetustescere dicantur, ueterafcere quæ meliora, & quanquam hæc differentia interim confundatur, tamen uenuste aliquando seruabitur. Politianus in prætatione miscel. Si mō hæc ipsa non uetustescere adhuc, sed ueterafcere de integro possint. Adauresco, auribus morem gero. Phileticus: Tenendum est, ut uerba adaurescant. Viuisco, uiuo. Labafco, labo, cado, deficio. Terentius: Hui labafco uno uerbo uictus. Amafco, pro amo uetustissimi dixere, teste Diomede. Hinc amafco, id est, amator. Plautus: Iucundos amafcos. Hoc quoq; pene obsoletum est. Integrafco, id est, integror. Terentius: Hoc malum iutegracit. Hæc in sco omnia sunt tercie declinationis, nec præterita aut supina habent, nisi à primitiuis, quanquam non nihil aliter significant præterita, ut primitiuorum sunt, quàm ut quum inchoatiuorum fiunt: nam calui à caleo significat calidus fui: calui à calefco, id est, calidus factus sum & maiorem calorem nactus sum, ut ostendit Laurentius Valla. ¶ Unum formatur irregulariter Hisco ab hio, as: quia regula poscit hiasco. Et est hiscere proprie oscitare. Item os ad loquendū aperire. Plautus: Ne hiscere quidem aude. Et miror, dubitōne. Næuius, Hiscit, dubius est quid agat. Et patescieri. Ouidius: Hiscere nanq; tibi terra neganda foret. Hinc dehisco. Vergilius: O quæ satis ima dehiscat terra mihi, id est, deorsum patescat, ut me absorbeat. Fathisco cum aspiratione, id est, abundanter aperior, quasi affatim hisco. Ambrosius libro hexa. Plerunq; terra meridiana plaga torret ardoribus, atq; estu solura fathiscit in puluerem miserandi agricolæ labore cōsumpto. Fatisco sine aspiratione, id est, deficio aut fatigor. Statius: Brachia iam pridē cyclopum operosa fatiscunt. Item, Hisco, id est, loqr; sed proprie summisse & timide. Titus Liuius: Tantus pauor mulierem cepit ut diu hiscere nō posset. Vergilius: Vix pauca furenti subijcio & raris turbatus uocibus hisco. Ab hio etiam fit hiato frequentatiuū, p aperior scindōne irregulariter: quia hio regula poscit. Plautus: Si qua forte cōcio est ubi cum hiarare nō dum in mentem uenit. Græcus Atticus lib. uicesimo liados: Ille hiarans herbam moribundo sustulit ore. Laberius passiuè dixit fores hiarant pro hiarant. i. patent, ut Diomedes ait: q̄ teste etiam dicimus per secundam uocalem hieto, as. Cæcilius: Sequere me tu qui mihi oscitans hietansq; restas.

Edormisco
Repuerafco
Veterafco
Vetustesco

Adauresco

Labafco

Integrafco

Hisco

Fathisco

Fatisco

Hiato

De Meditatiuis quæ & desideratiua.

In meditatiuis quod in u fit iunge supino,
V semper breuians rio, sic dabit esurit esu.

Meditatiuum uerbum quod cum primitiuo significat cupio, ut Esurio, esse cupio, eti-
am significat famem parior. Iuuenalis de Stat. Elurit inactam Paridi nisi uedat Agauen.
Hinc eluries, elurito, elurigo, id est, fames. Formatur meditatiuum a superiore supi-
no, correpta u & adiecta rio, ut partu parturio, id est, cupio aut conor parere. Vergilius:
Parturit almus ager. Si quis neget in quibusdam posterius supinum latine dici, fingat
ipsum, & sic formet. Scaturio, scalpurio, prurio, ligurio meditatiua no sunt. Valla mauit
hæc quæ meditatiua uulgo dicuntur, dici desideratiua, quia desiderium non meditatio-
ne notant. Ego desideratiua rectissime hæc appellari sentio, nec inepte tñ meditatiua, quæ
maxime solemus meditari, quæ uehementer desideramus, recte ergo meditatiua uocabi-
mus cœnatorio, cacatorio. Nupturio, id est, nubere cupio, ut soror mea nupturit. Emptu-
rio, emere cupio. Varro in secundo de re rustica: Te empturientem in campos macros ad-
ducit crebro pedes. Micturio, meiere cupio aut meio. Iuuenalis, Noctibus hic ponunt le-
cticas micturiunt hic. Dicturio, dicere cupio. Macro. lib. 6. Saturna. Quid duces & milites
qui fortiter à se facta semper dicturiunt.

FINIS.

Esurio

Parturio

Nupturio
Empturio
Micturio
Dicturio



EPISTOLA APOLOGETICA.

IOHANNES DE

SPAVTERIVS NINIVITA, AEGIDIO

Clauardo D. Augustini regulæ canonico Formo-
cellensi, & Iohanni Langimercio Plalsdalano

Salutem.




NGENTES uestræ humanitati gra-
tias habeo dulcissimi amici, qui tam so-
llicite honori meo & famæ studetis, ut
quæ uitio mihi ab indoctis uertuntur,
nihilominus ægre atq; ipse, feratis. Hæc
aut duo præcipue esse intellexistis, mor-
dacidatè, & in autoribus citandis incon-
stantiam, quatinus summos uiros nimis
interim acerbe suggillare uideor: & (qd
peius est) cerdonibus parastisq; confer-
re. Ad hæc eos plerunq; taxare, per quos
opinionè meam stabilire, & probare ni-
tor. Quo fit ut cõpluseculi per satanicam
zoilorum suggestionem libellos meos,
uixdum perlecto titulo, tanq; aconium
aliquod aspernètur. His falso obiectis ne
tacendo consentire uidear, paucis respõ-
dendū censeo. Ergo de mordaciditate sic
habeãt canes mei. Nõ usqueadeo sum ru-
dis, ut nesciam multos esse theologos, iurifconsultos, canonicos, animarum pastores, &
id gñs reliquos summa doctrina, politioribusq; literis exornatos, & magna ueneratione
dignos. Cæterum inter cuiuscũq; facultatis hoies, quis nisi humanarè res; om̃ino expers,
negauerit ioueniri q̃sdã elegantioris literaturæ, imò meræ latinitat̃is rudes: Itaq; id solũ
colligere uolui, si quispiam excellentis alicuius artis, ut theologiæ aut medicinæ profes-
sor euaserit, aut dignitatem q̃libet adeptus fuerit, nõ cõtinuo eundem politioris litera-
turæ peritum esse necessum est, contra quosdam adeo agrestes, ceruicosos, & peruicaces,
ut quicquid à theologo aut in dignitate cõstituto effutatur, tanquã à fonte Hammonis
relatum, acceptandum putent. Quod secundo obicitur, tam est friuolum, ut responsio-
ne uix digner. Nam si uitium est eum interim reprehẽdere, per quem opinionem nostrã
aliquando confirmamus, nullum artium scriptorem huius uitij immunem facile ostende-
ro. Ergo ut à philosopho maximo inceptem: Nonne Aristoteles Pythagorã, Anaxago-
ram, Platonem, cum reliquis philosophis sepicule carpit, per quos opinionem suam non-
cc ij.

EPISTOLA APOLOGETICA.

nunq̄ fortificat? Quis theologorū quæso, nisi imitator quispiam seruum pecus omnium doctōrū opinionibus undiq̄ atipulatur? Quis item iuriscōsultus semper Accursio, Baldo, Bartholo, & reliquis legum aut canōnum enarratoribus suffragatur? Et ut ad grammatīcos ueniam: Quisnam Vallæ probandi locus relinquetur, si per nullum probare poterit, quē semel reprehenderit? qui nec Vergilio nec Ciceroni semper cōcinit? Et ut rem in uerba pauca conferam, tam friuola est hæc obiectatio, ut nemini liceat quamlibet artē scribere, qui nolit usquam ab eo quem semel testem citauerit, dissentire, quandoquidem præter prophetas, apostolos, euangelistas diuino numine afflatos uix quisquam nō aliquā errat. Quoniam in hac lachrymarum ualle deus ab omni parte beatum uoluit esse nihil. Id præclare Quintilianus enucleat libro nono dicens: Neq̄ id statim legenti persuasum sit, omnia quæ omnes auctores dixerit, utiq̄ esse perfecta. Summi enim sunt, homines tamen: ideo ait Moratius: Tu nihil in magno doctus deprendis Homero: Et alibi: Quādoq̄ bonus dormitat Homerus. Possem id multis ostendere, nisi notius sit q̄ ut proluxa probatione indigeat. Itaq̄ satis superq̄ fuerit, pro omnibus unum attulisse Cefellium Vindicē hominem, teste Gellio, doctissimum nimis pueriliter semel hallucinatum, dum putauit cor apud Ennium masculino genere reperiri in his uersiculis, Annibal audaci dū pectore dehoratur Ne faciam bellum quem credidit esse meum cor. Cefellius legit interrogatiue: Dum Annibal audaci pectore dehoratur ne faciam bellum quem cor meum esse credidit: pro quod cor, & id sane nimis pudende: quia sic Ennius quem cordem dixisset, nisi putauisset cor esse aptorū. Errauit itaq̄, teste Gellio Cefellius, quoniā tertium uersum nō considerauit: Suasorem summum & studiosum robore belli, ut circa interrogationē sensus sit: quem Annibalem cor meum credidit esse suasorem summum &c. Hæc faciunt ut uehementer admiret nonnullos uesaniā, adeo pertinaciter in aliorū uerba iurantium, ut mille cruces pati malint, quāam auctori cui semel se addixerint, uel in unico uerbulo refragari. O imitatores seruum pecus, nolo quēquam nominare, ne crabrones irritē. Iam satis clarescere opinor, iniuria mihi uitio dari, q̄ interim longe me doctiores hallucinari offendam: & per eosdem, ubi ueterum non obsistit auctoritas, opinionem meam cōfirmem. Vix equidem ullum sine honesta præfatiuncula carpo, nec gloriosorum more doctissimorū errata in marginibus indicibusq̄ librorum propalo: ut summos uiros quibusq̄ etiam agrarijs, & bonarum osoribus literarum deridendos propinem: absit a Despauertio tam inhumana temeritas. Præterea Alexandrum (quem ne reprehensione quidem dignantur doctissimi) honestissime interim defendo. Et si quid errauit, non eius culpa, sed temporum, quibus res literaria penē interierat, ascribendum censeo. Neque enim adolescentulos decipere, neq̄ linguam latinam extinguere, sed omnibus prodesse studuit. Qui (quamuis id assecutus non sit) magnas agimus gratias, quia si Aristoteli credimus, nō mō his agere gratias æquum est, qui nobis præcepta disciplinarum diligentissime tradiderūt, uerum nōs etiam qui de illis leuiter ieiunēq̄ disseruere: nam hi quoq̄ aliquid nobis utilitatis attulēre, dum habitum nostrum exercitatione reddiderunt aptiorem. Cæterū quantumuis honeste de Alexandro alijsq̄ iudicem, scio plerosq̄ ægre laturos q̄ illum dixerim aliquando falsa scripsisse, id autem ideo contingit, quia Alexandri erroribus iam olim imbui, nequeunt doctioribus assentiri: non secus q̄ ethnici a superstitione liberari, usq̄ adeo apud omnes consuetudo ualer: quæ inueterata (ut Bessarion ait) quāuis iusta careat ratione, longo tamen tempore usq̄ animis hominis hærens, nescit rebus etiam ab surdis dissentire atq̄ obsistere. Verum utcumq̄ uellicabunt me doctōrū hostes, non desistā ab incepto, quia spero diligentiam meam & præsentibus & posteris profore. Itaq̄ obduro, & Homerice parænesi admodū salutarī morē gerā: Fortiter ista feras, iā iam grauiora tulisti. Valete amici, & Iohannē Despauerte, uestrū redamate. Bergis. 15. cal. Octob. 1512.

Errata: g in facie. 1. y su. 1. Crescit ir, ur, gener &c. z ij facie. 1. y. 3. textus: nestere, pecto.

Impensa & ære M. Godofridi Hittorpij cuius Colonien. Octauo cal. Maij.



OCN 901230481